D. Luis Mo
Albarez.

D. Albarez

D. Luis Mo
Albarez

D. Luis Mo
Albarez

Ex Libris D.nis Arosa



Corporate 37
Indiana 2nd
Vol 9

ANALECTA
IVRIS
AD
NOVISS. LL.
RECOPILATIONIS.
PARS PRIMA.

ANALECTA
IVRIS
AD
NOVISS. LL.
RECOPILATIONIS.
PARS PRIMA.

ANALECTA IVRIS
SIVE AD
HISPANAS LEGES
IN ILLARVM NOVISSIMA COMPILATIONE NOVISSIME AVCTAS;
ET
PHILIPPI IV. HH. RR.
POTENTISSIMI SACRO IVSSV,

NECNON

DOCTISSIM. SENATOR. D. IOSEPHI GONZALEZ,
Et D.D. Ferdinand. Pizarro i Orellana cura, ſtudio, & obſequio
in Vnum Collectas;

Collectanea, & Commenta:

Opus acri Sedulitate, nimiaque diligentia nunc primò Digeſtum, Iuriſperitis utile, Theologis non aſpernabile, Philologis & bonarum Artium fautoribus Iucundum, Pragmaticis Hiſpaniæ Noſtræ Cauſidicis omnino neceſſarium, & omnibus proficuum:

AVCTORE L. D. PETRO GONZALEZ DE SALZEDO I. C. H.
& in Hiſpana Curia Diſceptationum Forenſium Publico Patrono.

PARS PRIMA.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

CVM PRIVILEGIO

MANTVÆ CARPENTANÆ: Ex Officina DIDACI DIAZ DE LA CARRERA.

ANNO M. DC. XLIII.

Expenſis Petri Coelli Bibliopolæ.

16 67

SIVE AD

HISPANAS LEGES

IN ILLARVM NOVISSIMA

COMPILATIONE NOVISSIME

AVCTAS,

ET

PHILIPPI IV. HH R.

POTENTISSIMI SACRO IVSSV,

DOCTISSIM. SENATOR. D. IOSEPHI GONZALEZ,

Et D. D. Ferdinand. Pizarro i Orellana cura, ſtudio, & obſequio

in Vnum Collectas,

Collectanea, & Commenta:

Opus arcri Sedulitate, summaque diligentia nunc primo Digeſtum, Nuſquam antehac Typis excuſum, ad perennabile Philologiæ & bonarum Artium Fautoribus lucrandum, Pragmaticæque Hiſpanæ Noſtræ Candidatis omnimodo neceſſarium, & omnibus profecturum:

AVCTORE L. D. PETRO GONZALEZ DE SALZEDO I. C. H.

& in Hiſpana Curia Dilectationum Forenſium Publico Patrono.

PARS PRIMA.

CVM PRIVILEGIO

MANTVÆ CARPENTANÆ: Ex Officina DIDACI DIAZ DE LA CARRERA.

ANNO M. DC. XLIII.

Expenſis Petri Coelli Bibliopolæ.

ILLVSTRISS. ET DOCTISS. DOMINIS

HISPANIÆ NOMOTHETIS ELECTISSIMIS

D. D. IOSEPHO GONZALEZ D. IACOBI EQVITI Purpurato, in Supremo Caſtellæ, & Inquiſitionis Almo Senatu & in Arcano Summo Cameræ Cõſilio Meritiſsimo

SENATORI:

ET D. D. FERDINANDO PIZARRO ET ORELLANA in eodem Supremo Caſtellæ Conſeſſu Togato Digniſsimo, Militiæ Calatravenſis Equiti, Præceptoriæ de Vetera Præceptori Clariſs. Oppidi de la Cumbre

TOPARCHAE.

D. PETRVS GONZALEZ DE SALZEDO I. C. H. Animo Lubenti, Supplici, & Humili

D. D. O. C.

NVlla Verior (AMPLISSIMI SENATORES) Caſiodori ſententia dicentis, quòd ſi Principes omnibus honores conferant; à ſuis Senatoribus Ipſi recipiũt; nam cum eorum literis, virtute, & vigilantia, regimẽ Imperij, tutelaque glorioſa conſequatur, atque in beatitudinẽ illius, Regisq; plauſum vbique reſonet, a ſuis ideò Conſiliarijs honores eum accipere Caſiodor. eleganter infit. Hinc Patres Principis illi dicti: hinc membra corporis illius: hinc radij Solis Regij: hinc illorũ Nomina regio inſcripta diademate, vt cuncti ſcirent quo regeretur cõſilio. Hæc eſt ratio ex qua ſumma eſſe debet cura Principis in eligendo magiſtratu: nam etſi ad regimen cæterarum rerum, vt rectum illud ſit, vti perfecta oppor tet providentia; quare non in eligendo viro literato ad vniverſale

Regni bonum ipſa adhibēda? Decet ergo ad ſummam rerum eligere doctiſsimos, quibus ſumma committatur poteſtas, vt nullo defectu impediēte meritorum, proviſa Reipublicæ vtilitas explicetur. Quid ad ferenda legalia præcepta? Quid ad rogandas leges? Nec ſufficit priuata delectio ad electionem illius, cuius cura, doctrina, ſtudio, perpetua commēdatur Reipublicę gubernatio, iuſtitiæque executio.

Verùm & glorioſum Diadema eſt Principis, quod legibus contextū, cādida manſuetudine amoris in ſubditos, purpureaque executione iuſtitiæ Regnum cingit; Vbi Nomina Magiſtratuum inſcripta ſint omnino oportet. Iuſtè in hoc Cōpilation. Nouiſsim. Opere nomina Inſcripta Senatorum, quorum cura nunc recopilatæ, reductæque ſunt Hiſpanæ noſtræ leges, & præcipuè adiectū; *Embiamos orden al Preſidente, y à los del nueſtro Conſejo para que pudieſſen hazer Imprimir la Recopilacion de las dichas Leyes, con todas las publicadas haſta el año de ſeiſcientos y quarenta.* Nam ad ferendas leges ſic eligendus Magiſtratus, vt de illius electione, virtute, ac doctrina dubitare ſacrilegum ſit.

Inter omnes Antiquos Legiſlatores, ciuitatibus leges olim ferentes, ſine ſimulato diuini Numinis afflatu eam in ſe Prouinciā ſuſcepiſſe Neminem inueniemus; quia cum ſolutis viveretur moribus; duraque lata præcepta viderētur, neceſſe fuit illorum tœdiū metu Religionis evincere. Sic credidit Licurgus, vt ſuarum legum Authorem Apolinem Delphicum finxerit, & eas inde ex præcepto Numinis detulerit. Verius enim in noſtro caſu, vt ex dictis verbis, *Di orden al Preſidente, &c.* patet à vero Numine latas noſtras leges. Nam verè diuina præcepta illa dicenda, quæ à Principe proveniūt, atque in ſuos dirigūtur Magiſtratus, vt rectæ Reipublicæ gubernationi proſpiciatur. Id vtile iudicans Numa Pompilius ad rogandas Romanas leges ab Ægeria Dea ſe doctū & inſtitutū ſimulauit. Minos Rempublicam Cretēſem ordinaturus in ſpecus præaltum vetuſta Religione conſecratum ſolitus erat ſecedere, vt crederetur illic à Patre Ioue doceri, quæ populo vtilia erant: Non aliter Zaleucus Locrenſium Legiſlator Mineruam iactavit ſuā præceptricem: cuius item Numine ſuas leges commendauit Solon.

Sed cum plura fuiſſent negotia quā leges, neceſſe fuit in omni

Re-

Republica, ad negotiorum expeditionem leges rogare; quæ rogatio, ad certos, particularesque pertineret Magistratus. Horum cura erat, antequam eas essent laturi, peritos consulere, domique illorum scita scribere, nequid contra bonum publicum, antiquasque leges, quidve inane, iniustūve ferretur. Idque legale scitū ex postfacto Magistratus referebat ad Senatum, & si ei placebat, denuo promulgabatur; per trinasque nundinas, aut dies viginti septem publicè prostabat, vt hac exactissima trutinatione quidditas, & bonitas illius cognosci ab omnibus posset. Quò circa varià ferendarum legum fuit consuetudo: De quo sermo nobis non erit; Sed tātum adnotare apud Romanos (reiecta Regia potestate, legibusque Regijs) subsecutas fuisse aliàs in Plebiscita, Senatus Cōsulta, Prætorum Edicta diuisas.

Hæ enim, cum sine ordine leges latę fuissent, vt ad ordinem reducerentur necessariò visum, à Sextoque Papirio in vnum redactę, Iusque compositum, quod Papirium dictum fuit.

Erat enim hic Sextus Papirius ex Principalibus Viris Romanæ Reipublicæ. Nam decet vt virtute & nobilitate, tam naturali, quā quæsita, luceat eligendus ad opus tam verè necessarium, vtileque Reipublicæ. Demonstravit id etiam noster Supremus Senatus, ibi: *Se acordò en el, que los Licenciados Ioseph Gonçalez Caballero de la Orden de Santiago del mi Consejo y Camara, y del de la Santa y General Inquisicion; Y D. Fernando Pizarro Caballero de la Orden de Calatraua, y Comendador de Uetèra del dicho mi Consejo* (rectè enim hinc Inscripta Senatorū nomina, Nam; vt dixit D. Nacianc. Ne nomina quidem ipsa prætereunda sunt, quæ ad virtutem exortentur) *Iuntassen las dichas Leyes y Pregmaticas, y las reduxessen à sus Titulos, y hiziessen Imprimir la dicha Recopilacion, lo qual se ha executado assi por los susodichos.*

Quorum nobilitatem, litteras, virtutesque referre quis poterit? Integra volumina ad id non sufficiunt. Nam D. D. Ioseph Gonçalez; ex Antiquo origine *Domus de Valdosera* originem sumit; à tempore Regis Ramirij clara (sic denotant Tot Nobilitatis Stemmata, Tot Inquisitionis Ministeria, in eo fulgentia, & ab eo possessa) Quo iustè conueniunt, quæ cecinit Iuuen.

Clarus genere, atque opibus vir.

Nam tanta est in eo naturalis Originis, & virtutis acquæsitę gloria, indefeso labore, quo Regijs est functus per tot annos Ministerijs, vt dicere cum Ovidio possim.

Unde prius captisurgat mihi Carminis ordo,
Quos ve canam Titulos, dubius feror.

Sed nec silendum, nec posse, Antiquam Heroicamque progeniē Domini D. Fernand. Pizarr. à Gothorum Tempore deriuatam. Quem huius familię latēt egregia facinora, dum Tempore Regū Castellanorum ciuitatem Toletanam suis Regibus subiugarunt? Cui non vtique nota quæ in Peruano Regno comparando fidem præoculis habentes? Cui quæ Marchio D. Francisc. Pizarro, Ferdinandus Pizarro, per tot Maria, totque Incognitas Prouincias, inuenerunt, ac debellarunt: Quorum facta ac generationem referens, dicere possit cum Homero.

At ego generationem magni Iouis glorior esse.

Sed quod Magis est cum Ouidio quimus exclamare.

O qui nominibus cum sis generosus Auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

His autem attenta deliberatione fuit commissa huius operis Cōpositio, Recopilatio, ac Collectio. Nā dignū erat opus tantis viribus, Dignique viri tanto opere. Cū post longam negotiorum experientiam, postque peractam, si dicere possumus, in iurisprudētia militiam, post tot negotiorum expeditionem in Valisoletana, & Granatensi Chancellaria, Supremoque, ac Ordinis Senatu, debitum, & ipsis, & legibus, & communi bono erat, vt tanto omini ad sui vtile omnes gauderent: Et leges tales cōditores habētes: Et bonum commune tales rogatores: Et ipsi digna suarū literarum, ac laborum præmia.

Sic post ingentes captivitates, calamitates, ac labores, vt Deuteronomium, seu legis Mosaicæ præcepta, quæ oblita aut amissa erant, recoleret, ac reduceret, fuit electus Neemias. Apud Romanos Apius Claudius legum formulas in Penetralibus Pontificum reconditas cōiunxit; quas Cneus Flavius Scriba illius evulgabit, qui liber Ius Flauianum dictus fuit. Augescente Republica Sextus Ælius alias actiones composuit librumque populo dedit, qui ius Ælianum dictus est.

Saluius Iulianus, ad nonaginta centum libros reducens omnes, vsque ad sua tempora latas, Quintam legum Compilationem edixit, quæ edictum perpetuum nuncupata fuit. Secuti sunt Imperatores Valerius, & Galienus, quorũ leges coniunxit Gregorius I. C. à quo Gregorianus Codex dictus. Et à Hermogeniano, dictus Hermogenianus Codex. Et Iustinianus, à Iustiniano Enucleatus. Qui tam eximiam in eo curam impendidit, vt Doctissimos atque Illustrissimos viros sui temporis elegerit ad illud opus verè magnum, quo ad quinquaginta Digestorum libros omnium legũ Romanarum molem reduxit, vt ipse Iustinianus attestatur hisce: *Ideòque ad hoc Maximum, & ad ipsius Reipublicæ sustentationem respiciens opus efficiendum, Elegimus tanto fastigio laborum, tantæque solicitudini sufficientes Joannem Virum Excellentissimum Exquæstorẽ nostri Palatij Consularem, atque Patritium, Leontium Virum Sublimissimum Magistrum militum, ex Præfecto Prætorio, Consularem atque Patritium. Phocam Virum Eminentissimum Magistrum militum, Consularem atque Patritium: Basilidẽ Virum Excellentissimum ex Præfecto Prætorio Orientis, atque Patritiũ. Thomam Virum Glorioſissimum Quæstorem sacri nostri Palatij, & ex Consule, Tribonianum Virum Magnificum Magisteria dignitate, inter agentes decoratum: Constantinum, Theophilum, Dioscorum, & Præsentium.*

Omnique ætate ad id Magni Doctissimique Viri selecti fuere, sicuti post Iustinianum Leo Philosophus Imperatorum Constitutiones à Iustiniano vsque sua tempora latas in lucem edidit. Quibus editas ab Heraclio, Alexandro, Constantino Porphyrogeneta, Michaele, Ioann. Leonclauius addidit. Abbas Anteguisus, Benedictus Leuita, & Pytheus, Caroli Magni leges in vnum reduxerunt. Theodoricus etiam Recopilationem legum incepit suarum, quam prosecutus Dagobertus, Magno Studio, Sũmaque diligentia Claudi Chaldis finem imposuerunt Clotarius, & Dagobertus.

Feudorum leges Tempore Friderici Primi Compilarunt Obertus de Oto, & Gerardus Niger, Senatores Senatus Milanensis.

Nec sileam Gothorum leges eo in volumine nuncupato, *Fuero Iuzgo*, iussu Regis Syſenandi, ad methodum redactas, & à Sexaginta quatuor Episcopis in Cõcilio Tolet. 4. postea probatas. Queis

Com-

Compilatio legum *del Fuero*, ſucceſsit.

Nec omitendus Azon, cuius cura, ac ſtudio magnũ illud Opus Partitarum ex iuris ciuilis Romanorum reſpõſis, ac Codicis penetralibus appoſitè deſumptum, enucleatum, ac confectum Magni Regis Ferdinandi III. laudabili iuſſu inceptum; Et R. Alfonſi X. Tempore conſummatum. Secuta fuit Compilatio legum Styli: ac Ordinamenti. Tandem Regis Philipi II. (cognomento *Prudens*) prudentiſsimo Decreto noſtrarum Hiſpanarum legum Compilatio Noua, ſtudio (vt in illius exordio patet) *De los ſeñores Licenciados Eſcudero, y Atiẽza*, rectèque digeſta. Vltimòque, D.D. Franciſci de Cõtreras Ordinis Diui Iacobi (qui poſtea Supremi Cõſilij Caſtellæ ſummus Præfectus, & Præceptor) eximia diligentia poſtmodum aucta, & addita.

Quibus opportunè memoratis edoctus exemplis Catholiciſsimus Monarcha noſter Hoc Opus verè magnum Illuſtriſsimis, & Doctiſsimis Viris è Supremi Senatus Supremo Senatorio Ordine *D. Ioſeph Gonçalez, & D.D. Ferdinando Pizarro* conſultò commiſit; vt ſæculo noſtro, quod antea tanto tempore, & deſideratum, & inceptum, & auctum, ſed nondum decenti pulchritudine decoratum; Hi tanti Senatores Hiſpaniæ communi bono gloriosè conſummarent.

Vobis igitur (ampliſsimi litterati Heroes) hæc meritò mandata Prouincia, qui litteris, integritate, conſilio, doctrina, & loco meritò nimium excellitis. Vt ſeruentur Hiſpanæ Sãctiones, à vobis (mei Supremi Tutelares) illæ nouiſsimè nunc omnes in vnũ digeſtæ. Hæc illuſtriſsima cura (Patres cõſcripti) vobis ideò fuit cõmiſſa: Nam ingentis huius laboris vnicus iſtè, *vt legibus æquè parendo, pacatè, nec iniquè viuamus*, anxiè finis avetur. Si ergo tanta vobis commendata, iuſtiſsimè Veſtrũ Nomen in limine operis inſcribitur, qui ſatis omnibus hoc inſigni monumẽto feciſtis. Pergite, Pergite, bono fauete publico; Et meis præſentaneis affanijs, etiam fauete. Curas meas ſub veſtro recipite Patrocinio. Satis erit mihi glorioſum meis laboribus hodiernis veſtram experiri fauẽtiam; dum nõ mihi & Muſis, ſed omnibus Cano. Vobis præcipuè; quod tantum pro præmio deſideraui diu. Non leviter in hoc elaborando levidẽſi munuſculo ſudauimus, alſimus. Sed (liceat cum

Ca-

Cassiodoro dicere) Humile de nobis verecũdè promitimus; Mediocre non improbè pollicemur; Summum verò quod propter nobilitatem sui est in edito constitutum, nos attigisse non credimus. At si vos fauetis, cum Horatio modulabor, etsi Codris ilia rumpantur invidia.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dijs miscent superis, me gelidum nemus
Nympharumque leues cum Satyris chori
Secernunt populo, sineque tibias
Æuterpe cohibet, nec Polyhymia
Lesboum refugit tendere barbiton,
Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam vertice sidera.

Valetè, & ęternùm Vivitè. Ex priuato nostro Musæo Pridiè Kalend. Octobr. anno 1643.

Vobis ex animo semper addictus.

ILLVSTRISS. ET DOCTISS. SS.

Licentiat. D. Petrus
Gonçalez de Salcedo.

L. D. PETRI DE LA ESCALERA I. C. H. CVRIÆ Metatorum in Regio Conventu Fisci Patroni, & in pervetusto Nobili Collegio Montariorum de Espinosa Consodalis in Regia Potentissimi H. H. R. Philipi IV. ab Obsequijs;

AD ANALECTA IVRIS Canonica Censio.

EX præscripto S. C. S. Imperio solito *Analecta Iuris, sive ad Hispan. Cast. LL in earum recenti Cõpilatione novissimè auctas; Auctore L. D. Petro Gonzal. de Salcedo I. C. H. Collectanea & Commenta* non perfunctoria, nec extemporaria, sed matura, iugique lectione; Censorium vt indictum mihi munus hac adhibita debita diligentia præstãter obirem; accuratissimè vidi, singulaque Collectanea peritius inquirens, hilaro frõte relegi cuncta. Nam Auctor His Analectis sui prænominis SALCEDO pulchrè referat Arcana; sic enim Hispanè nuncupari meritò Suspicor, quasi SAL--CEDO; quodque Sal dapibus, hoc Analecta sua legibus Castellæ Nostris hodie præstãt. Commẽta præsentanea, potius earum esse prædicto Sale rectè disposita condimenta, Regales vt Ille lautitias publico Iuris in eleganti Symposio (Mensa Solis eo rediviva) largiretur omnibus, æquè iudico. Convivium id non temerè, sed consultò vocatum; varijs etenim, exquisitis, & vndique magno laboris impendio conquisitis epulis instruitur Hæc Mensa, quò Conviva quisque, qui bono suo Triclinium hoc esui salutaverit, lubentiùs discumbat (Nam, 1 *vt vino interdum, interdum aqua vti delectat, ita varij tenoris Stylus*; quo solemus *Satietatis* 2 *periculum effugere*) dapsiliùs epuletur. Non est gustus idem omnibus, sed suum palatum cuique. Sic ille cibus huic stomacho gratus, alteri nauseam parit, eadem esca alium excitat, & alterum sopit; nec ideò Convivio culpa tribuenda. Nam *in ratione* 3 *Conviviorum, quam vis à plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen cænam laudare Omnes solemus: nec ea, quæ stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis, quibus capitur*. Ergo si Collectaneis hisce, seu refertissimo Iuris penuario, famelicis litterarum obsonatoribus escam optimam Auctor instruit, ei, vt eâ fruantur Omnes, non solùm quam ad id expostulat condonanda facultas, verûm & grates referendi; nimis enim opportuno tempore nobis egenis eo recenti Convivio legitimas primus offert suppetias. *Ita Censeo*: nec Musca, nec Canis hodie contrà; nam agitur de Convivio, vbi vel parasitis & vmbris etiam adest locus. Ex Musæo nostro, VII. Kal. Septembr. ann. 1643.

1 Barclaij *in Paranes. ad Sectar. lib. 1. c. 11.*

2 Plin. *Epist. tol. libr. 8. Epist. 21.*

3 Idem *lib. 2. Epist. 5.*

Licentiat. D. Petrus de la Escalera Guebara.

LE-

LECTORI S.

TVam iterùm (Amantiſsime Lector) exantlatione publica litteraria civili lubentiam experimur. Affanias DE LEGE POLITICA Noſtras anno proximo præterito publicæ lucis vſuræ mandatas hilari ſuſcepiſti vultu: Nunc *Analecta Juris Hæc ad LL. Patrias* ex temporariè digeſta ſimili fronte benevolus excipe, iinuque tuo fove candidus. Vt tibi Vigilias Alias Legales, quas in diès edere paro, queàm ardentius offerre, Te Mei Favitorem hodie deſidero. Votis annuas eâ ſolitâ faventiâ deprecor, quâ gratiora quæque tibi viſa iucundè reſpicis, fauſtè tueris, eruditè protegis; vt à meo limine, tuo Numine territi furiales Ariſtarchi, rodentes Archiloci, qui torvo lumine curas alienas intuentes, incuriâ vel invidiâ temerè cuncta vilipendunt, Orco devoti prorſus exterminentur. Eo namque tutelæ tuæ ſalutaris amuleto, velut Palladis Ægide, peſtilentes illorum oculos æternùm claudere, ne faſcinent amplius, omine ſecundo conſequi nunc aveo, & tibi rectam valetudinem, divitias, & bonam mentem: Dij faxint. Ex Muſæo privato noſtro, prid. Kalend. Octob. anno 1643.

In ære tuo ſemper.

Licentiat. D. Petrus Gonçalez de Salcedo.

INDEX
LEGVM IN HOC OPERE CONTENTARVM.

Ex lib. 1. Recopil.

L.10.tit.1.fol.1.
L.32.&33.tit.7.fol.23.
L.34.cod.tit.fol.29.
L.35.&36.cod.tit.fol.43.

Ex lib.2.

L.63.tit.4.lib.2.fol.44.
L.64.cod.tit.fol.50.
L.65.cod.tit.fol.58.
L.66.cod.tit.fol.65.
L.20.&21.tit.10.fol.85.
L.34.tit.16.fol.96.
L.25.tit.17.fol.112.
L.19.tit.19.fol.120.
L.7.tit.21.fol.129.
L.8.cod.tit.fol.138.

Ex Lib. 3.

L.68.tit.1.fol.147.
L.26.tit.5.fol.157.
L.42.&43.tit.6.fol.162.
L.44.tit.6.fol.174.
L.25.tit.9.fol.181.
L.8.tit.12.fol.186.
L.2.tit.13.fol.199.
L.1.tit.14.fol.209.
Dict.l.1.cap.5.fol.215.
Dict.l.1.cap.6.fol.217.
L.3.cap.3.cod.tit.14.fol.222.
Dict.l.3.cap.5.fol.234.
L.4.dict.tit.14.fol.237.
Dict.l.4.cap.20.fol.237.
Dict.l.4.cap.24.27.&28.fol. 266.
Dict.l.4.cap.25.fol.306.

INDEX
LEGVM IN HOC OPERE CONTENTARVM.

Ex lib. 1. Digest.

L. 10. tit. 1. fol. 11.
L. 32. & 33. tit. 7. fol. 23.
L. 34. cod. tit. fol. 29.
L. 35. & 36. cod. tit. fol. 43.

Ex lib. 2.

L. 63. tit. 4. lib. 2. fol. 44.
L. 64. cod. tit. fol. 50.
L. 67. cod. tit. fol. 58.
L. 66. cod. tit. fol. 65.
L. 20. & 21. tit. 10. fol. 85.
L. 34. tit. 16. fol. 96.
L. 25. tit. 17. fol. 112.
L. 19. tit. 19. fol. 120.
L. 7. tit. 21. fol. 129.
L. 8. cod. tit. fol. 138.

Ex Lib. 3.

L. 68. tit. 1. fol. 142.
L. 26. tit. 5. fol. 157.
L. 42. & 43. tit. 6. fol. 162.
L. 44. tit. 6. fol. 174.
L. 25. tit. 9. fol. 181.
L. 8. tit. 12. fol. 186.
L. 2. tit. 13. fol. 199.
L. 1. tit. 14. fol. 202.
Dig. l. 1. cap. 5. fol. 215.
Dig. l. 1. cap. 6. fol. 217.
L. 3. cap. 3. cod. tit. 14. fol. 222.
Dig. l. 3. cap. 5. fol. 234.
L. 4. dig. tit. 14. fol. 237.
Dig. l. 4. cap. 20. fol. 237.
Dig. l. 4. cap. 24. 27. & 28. fol. 266.
Dig. l. 4. cap. 25. fol. 306.

Suma del Priuilegio y demàs licencias.

ESTE Libro tiene todas las Aprobaciones y demas diligencias ordinarias que se mandan hazer por los Señores del Consejo. Y su Autor tiene Priuilegio por diez años, despachado en Zaragoça en siete de Setiembre de 1643.

TASSA.

TAsose cada pliego deste Libro por los Señores del Consejo a cinco marauedis, como consta de su original à que me refiero: Dada en 19. de Setiembre de 1643. ante Don Diego de Cañizares y Arteaga Escriuano de Camara.

Menda sic corrige.

FOl. 6. col. 2. lin. 48. cui, quē, fol. 7. col. 1. lin. 11. magnæ, magnas, & lin. 13. blasphemiæ, blasphemias, & col. 2. lin. 19. nondum, necdum, fol. 262. col. 2. lin. 2. ad similis, adsimile, & col. 1. lin. 15. subrogati, subrogatum. Fol. 296. col. 2. lin. 9. patet, pater. Fol. 247. col. 1. lin. 24. Bythinia, Bythiniæ.

Liber hic nomine inscriptus *Commentaria ad Leges Recopilationis*, respondet suo exemplari. Dat. Matriti die 28. Septemb. anno 1643.

Doct. D. Franciscus Murcia de la Llana.

COMMENTARIA
AD LL. RECOPILATIONIS,
NOVITER RECOLECTAS
IVSSV
MAGNI PHILIPPI IIII.
ANNO M.DC.XLI.

Ley 10. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopilat.*

ENTRE los pecados y delitos que mas ofenden à Dios nueſtro Señor, es jurar ſu ſanto nombre en vano, y con mẽtira: y no ſolo caſtiga Dios eſte pecado en la otra vida, ſino tambien en eſta, llenãdoſe los que deſta manera le ofenden de muchos trabajos, y pecados. Y porque ſiendo nueſtra primera obligacion hazer guardar, cumplir, y executar la ſantá Ley y Mandamientos de Dios en todos nueſtros Reinos, ſegun que haſta aora lo hemos hecho y executado; teniẽdo noticia del abuſo que ay en los juramentos, y deſeando deſterrar de mis Reinos eſte tan vil y abominable pecado: Mãdamos, que ninguna perſona de qualquier eſtado y calidad que ſea jure el nombre de Dios en vano en ninguna ocaſion, ni para ningun efecto. Y que aquel ſe diga y tenga por juraméto en vano que ſe hiziere ſin neceſsidad, declarando, como declaramos, que ſolo quedan permitidos los juramentos que ſe hazen en juizio, ò para valor de algun contrato, ò otra diſpoſicion, y todos los demàs, abſoluta y generalmente los prohibimos: Y qualquiera perſona que lo contrario hiziere, por la primera vez incurra en pena de diez dias de carcel, y veinte mil marauedis, y por la ſegunda treinta de carcel y quarenta mil marauedis, y por la tercera, demàs de la dicha pena, quatro años de deſtierro de la ciudad, villa, ò lugar donde viuiere, y cinco leguas: y la dicha pena de deſtierro ſe pueda conmutar en ſeruicio de preſidio por el miſmo tiempo, ò de galeras, ſegun la

calidad de la perſona,y circunſtancias del caſo. Y quando el Reo no tuuiere bienes para pagar la pena pecuniaria,que aplicamos por tercias partes,Camara,Iuez,y Denunciador,ſe comute en otra pena correſpondiente al delito,y no ſe pueda moderar,ni hazer remiſsion de ninguna de las dichas penas.

Y porque reſpeto de algunas perſonas no ſe podrian proporcionar todas las dichas penas,dexamos reſeruado a las nueſtras juſticias el poder imponer otras,con que no ſean menores de las expreſſadas,y con que antes de la execucion den cuenta en eſta Corte a la Sala de los Alcaldes,y en las demàs ciudades,villas y lugares deſtos Reinos,à las Chancillerias,Audiencias,y Sala de Alcaldes dellas, para que con ſu noticia y aprouacion ſe puedan executar:y que en todos los dichos caſos ſe pueda proceder de oficio,y ſe haga cargo en las reſidencias a los Corregidores,y demàs juſticias de la omiſsion que tuuieren en la execucion deſta ley, y por eſte cargo ſe les imponga culpa graue,y la pena que le correſponde,y deſto ſe añada clauſula en los titulos de Corregidores que de aqui adelante ſe deſpacharen.

Y porque tenemos reſolucion,y deliberada voluntad de deſterrar deſtos nueſtros Reinos eſte abominable pecado: Ordenamos y mandamos, que en los Conſejos de la Inquiſicion,y Ordenes,Colegios y demàs comunidades de Eſtatutos, a la pregunta de coſtumbres,ſe añada la nota deſte vicio,y ſe pregunte a los teſtigos:y hallandoſe notado el pretendiente, es nueſtra voluntad que no conſiga,ni ſe le dè Abito,ni otro honor, declarandoſe que le pierde por eſte defecto, para que en lo demàs no ſe haga perjuizio a la familia. Y la miſma aueriguacion ſe haga quando huuiere de ſer admitido algun criado para nueſtra Real Caſa,para que en ella de ninguna manera ſea recibido el que eſtuuiere notado,y infamado en eſte vicio.

Y porque los Miniſtros, y los que han de gouernar,aſsi en lo Politico como en lo Militar,han de ſer los primeros q̃ han de dar exemplo en todo y a todos:y en ellos,ò qualquiera dellos ſeria eſte pecado mas eſcandaloſo,y mas ofenſiuo,y digno de mayor caſtigo: Ordeno y mando,que en los Conſejos de Eſtado,y en el de la Camara y Guerra, y en los demàs por donde ſe conſultan cargos y oficios,no ſe me pueda proponer, ni conſultar para ningun Oficio Politico,ni Militar,perſona que eſtè notada deſte pecado,porque mi animo no es hazer merced,ni ſeruirme en ninguna ocupacion de aquellos que faltaren,ò contrauinieren a eſte mandamiento. Y expreſſamente declaro,que junto con perder mi gracia,incurran en mi indignacion.

Y para que tan vil,y abominable delito ſea como conuiene caſtigado, quiero que ninguno que fuere acuſado,ò proceſſado por razon del,de Oficio,ò por querella,llegando el juramento à tener calidad,no goze de ningun priuilegio,quanto al fuero y juriſdicion, ni por razon de dezir que es

de

de las Ordenes Militares, Miniſtro, Titulado, ò Familiar del Santo Oficio, ò hombre de Armas, aunque ſean de mi guarda, ni por otra qualquier razon, por eſpecial y particular que ſea: porque en quanto a lo ſuſodicho, mi voluntad es, que todos queden ſujetos a la juriſdicion ordinaria, para que por ella y ſu mano ſean caſtigados, ſin que puedan declinar juridiciõ, ni formar competencia, ni admitirſe quanto a eſte delito, y pena que por el ſe ha de imponer. Y rogamos, y encargamos a los Arçobiſpos, Obiſpos y Prelados de las Religiones den cuenta, y auiſen a los del nueſtro Conſejo en todos los caſos, y de las perſonas que contrauinieren a eſta ley, y fueren notadas, ò dieren eſcandalo con eſte pecado, para que viſto por los del nueſtro Conſejo ſe executen las penas ſuſodichas, y las demàs que pareciere, aſſegurando, como aſſeguramos a los dichos Arçobiſpos, y Prelados, que ſe les guardarà el ſecreto.

Y aſsi miſmo mandamos a los Curas, y demàs perſonas Eccleſiaſticas, que con el miſmo ſecreto den cuenta a las juſticias de cada ciudad, villa, ò lugar de todo lo que huuiere digno de remedio y caſtigo, y ſino lo caſtigaren la den a los del mi Conſejo, y qualquiera dellos, para que con el rigor que conuiene ſe proceda contra los vnos, y contra los otros.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti definitio.*
2 *Iuramentũ, an neceſſariũ ſit, & quare?*
3 *Iuramenti Sacramentum ad Religionem pertinet.*
4 *Iuramenti obligatio, & inuiolabilitas ſumma eſt.*
5 *Iuramentum duplicem continet obligationem, vnam Deo factam, homini alteram.*
6 *Iuramenti Religio ſumma fuit apud omnes nationes, diuersèque exequebatur.*
7 *Principis prima obligatio eſt Religionis cura.*
8 *Iurandi conſuetudo ad periurium deducit iurantes, & ex ea magnæ exoriuntur blaſphemiæ, & crimina multa.*
9 *Iurans frequenter eſt in morali actu proximo peccandi.*
10 *Iurare, an peccatum mortale ſit?*
11 *Iurandi frequentia damnoſa eſt, ac punibilis.*
12 *Iurandum non eſt per iocum, nec frequenter, quamuis per ſe iuramentum ſumma ſit religio.*
13 *Nec appetendum eſt iuramentum.*
14 *Eccleſ. cap. 23. verba contra iurantes referuntur.*
15 *Iuranti aſsidue difficile, & parum creditur, fidemque amittit frequenter iurans.*
16 *Iuramenta licita, & neceſſaria ſunt.*
17 *Sed abutendum non eſt iuramento.*
18 *Cõcilium Moguntinum contra crebro iurantes diſpoſuit &* 19.
20 *Philonis Iudæi verba contra crebro iurantes referuntur, & num.* 43.
21 *Concilij Turonenſ. 3. verba adducuntur.*
22 *Verba noſtræ legis referuntur.*
23 *Iuramentum exequendum, cum neceſsitas exegerit.*
24 *Iuramenti aſſuefactio an bona ſit, necne?*
25 *Cap. etſi Chriſtus, de iur. iurando exponitur.*
26 *Iurans ſine cauſa, an peccet mortaliter.*
27 *Iurandi conſuetudo, an peccatum conſtituat.*
28 *Iurandi abuſus perniciosiſsimus eſt, ideòque magnopere vitandus.*
29 *AEſeni apud Iudæos magnopere vitabant iuramenta.*

30 *AEthnici nefas eſſe iudicabant ab hominibus probæ vitæ iuramentum petere.*

31 *Conditio iuramenti faciendi reijcitur alegato, & hæreditate.*

32 *Refertur ratio ex qua hæc conditio reijciebatur, etiam ex teſtamento militis.*

33 *Iuramentum frequentandum eſſe dixerunt aliqui Iudæi, etiam ſine neceſſitate.*

34 *Iurare per Deum licitum eſt.*

35 *Iurare non eſſe licitum tenuerunt Manichæi, & Vvaldenſes.*

36 *Iuramentum licitum eſt, ſi debito modo fiat, & num. 44.*

37 *Damnatum vero ſi fruſtra, ac indebitè.*

38 *Iurandi abuſus iuſtè prohibitus, ne ex conſuetudine in periurium incidatur.*

39 *Suar. verba referuntur contra frequenter iurantes.*

40 *Soto refertur contra frequenter iurantes exclamans.*

41 *Regum pietas ſumma in Religionis conſeruatione exequenda eſt.*

42 *Iurandi abuſus inualuit, apud Conſtantinopolitanos, tempore Copronimi.*

45 *Iuramentum licitum eſt.*

46 *Iuramentum ſummè habitum, ac inter idolatras receptum.*

47 *Iuramentorum formulæ apud idolatras executæ remiſsiùs adducuntur.*

48 *Iuramentum per verba Imperatoris fiebat apud Romanos.*

49 *Seianus fecit, vt iuraretur in eius nomine apud Romanos.*

50 *Iuramentum, vt licitum dicatur debet continere in ſe veritatem, iudicium, & iuſtitiam, & num. 52. & 55.*

51 *Iuramentum incautum damnatur, quia iudicio caret.*

53 *Verba noſtra l. referuntur.*

54 *Iuramentum licitum ad cognitionem veritatis.*

55 *Iuramentum, vt verum dicatur ſufficit, quod credat iurans verum eſſe, & num. 56.*

57 *Iuramentum, vt iuſtitiam contineat, ſufficit, quod res honeſta ſit, ſuper qua fertur iuramentum.*

58 *Iurans peccat mortaliter. ſi in iuramento qualitas aliqua a iure requiſita deficit.*

59 *Iurãdi conſuetudo proxima eſt periuro.*

60 *Iuramentum quamuis per ſe licitum.*

61 *Acta ſcandalum afferentia omitti debent.*

62 *Iuramentum vitandum, ſi ex eo ſcandalum naſcitur.*

63 *Iurandi abuſus abolendus omnino ad idque conſtitutiones edi a Principe ſæculari poſſunt ex Soto.*

64 *Sæculares Principes contra crebro iurantes ſtatuere poſſunt, ne ex eo damnum bono communi ſequatur, & numer. 85.*

65 *Pœna crebro iurantibus Impoſita a l. an ſuſtinenda ſit.*

66 *L. 2. C. de rebus cred. exponitur Deum faciens vltorem iuramentorum.*

67 *Pœna à Principe laico contra iurantes ferri valet, & 69 & 73.*

68 *Periurus pœna ſæculari punitur.*

70 *L. 2. C. de reb. credit. & l. ſi quis maior, C. de trrnſ. diſcrim. circa iuramenti vltionem exponitur.*

71 *Periuro pœna imponitur, ſi per iurium in præiudicium partis redundat.*

72 *Si vero vtile partis non reſpicit, Deus periurij eſt vltor.*

74 *Iuramenti violatio duplex delictum continet.*

75 *Contra partem ex violatione pacti, & tunc pœna ſæcularis contra periurum admittitur.*

76 *Et contra Deum.*

77 *Iudex ſæcularis poteſt punire periurum attenta tanti peccati circunſtantia.*

78 *Iuramentum per Principem, factum puniendum pœna ſæculari ex Menochio.*

79 *Si illius obſeruantia inuiolabilis non ſit, l. 2. C. de reb. credit. intellectus.*

80 *Iracundiæ calore dicta pœnam non merentur.*

81 *Cognitio an iuramentum cum calore iracundiæ factum ſit difficilis eſt.*

82 *Quæſtio de iure iurando non admittitur, ſed ſufficit iuranti ipſius periurij pœna, ex l. aduerſ. de except. l. quod ſi. de dolo mal.*

83 *Iudex non poceſt ex officio de periurio cognoſcere.*

84 *Denegatio officij iudicis contra periu-*

ros quare inducta.
86 Auth. vt non luxurientur hom. refertur.
87 Pœnæ contra iurantes conſtitutæ fuerunt apud omnes nationes, vt vindicaretur contemptio Dei.
88 Verba l. referuntur.
89 Peierandum non eſt, diuini nominis metu, & dedecoris apud homines.
90 Infamibus portæ honoris clauſæ ſunt.
91 Periurus à dignitate ſæculari, & Eccleſiaſtica remouetur.
92 Et à militari.
93 Miles periurus fidelitatem Domino ſeruare non poterit aſſuetus periurio.
94 Pœnæ à lege contra iurantes conſtitutæ, an exequi poſſint à communitatibus Eccleſiaſticis.
95 Sæculares leges, an ſuper iuramento diſponere poſſint.
96 Iuramentum licitum quid dicatur ſecundum l. Regni.
97 L. 1. de iur. iurando refertur.
98 Iuramento quæ permiſſa à lege.
99 Iuramentum licitum, quod iudice mandante fit.
100 Vel quod à parte in iudicio recuſari nõ valet.
101 Iuramentum, vel aſſertorium, vel promiſſorium, vel comminatorium eſt.
102 Suar. de iuramento tractatum edidit.
103 Ioann. Gutierr. tract. de iuramento cõfirmatorio edidit.
104 Iuramentum in contractu præcipuè minorum, an permiſſum ſit.
105 Minori, an detur reſtitutio contra depoſitionem iuratam.
106 L. 22. tit. 11. lib. 5. commendatur remiſſiue, & 109.
107 Princeps ſæcularis, an poſſit prohibere, vt in contractu adhibeatur iuramentum.
110 Iuramentum, vt permittatur an debeat concernere publicum, vel priuatum commodum.
111 Mulier an poſſit cum iuramento res dotales alienare.
112 Maritus cum iuramẽto, an poſſit res dotales alienare in præiudicio mulieris, & filiorum.
113 L. 2. C. de reſcind. vend. remedium, an valeat renuntiari cum iuramẽto.
114 Et an à minore.
115 Iuramentum, an ſit per ſe taliter obligatorium, quod addat vires contractui, cui adijcitur.
116 Contractus à iure ciuili prohibitus, exequi poteſt, ſi iuratus eſt, in Eccleſiaſtica ditione.
117 Iuramentum, vt operetur, attenda eſt contractus natura, taliter, vt ſi prohibitus ſit, vires non habebit iuramentum.
118 Iuramentum non variat naturam obligationis.
119 Iuramentum non confert vires contractui inefficaci.
120 Donatio cauſa mortis iurata, an irreuocabilis efficiatur.
121 Iuramentum, vt mutet naturam donationes, quærendum eſt, & quo genere donatio valeat, nam ſi in vim inter viuos non valeat, etiam ſi iuretur remanet intra limites cauſa mortis.
122 Iuramentum fidelitatis, ac Omagium, an à lege noſtra permiſſum ſit.

IVRAMENTI diffinitionem Theologi, & Summiſtæ, ex D. Th. 2. 2. q. 89. art. 1. deducunt dicẽtes, eſſe inuocationem diuini teſtimonij in alicuius dicti confirmationem, D. Ambroſ. in Proœm. comment. Euang. ſecundum Luc. Xenoph. in orat. Hæcatonimi: A Tullio 3. officior. Affirmatio religioſa, teſtimonium fidele, conſcientiæ ſigillum, dicitur. Caſiod. lib. 11. epiſt. 8. ſemper enim inuocatio diuina eſt, vt Bald. in rubr. de iur. iur. ſic Virgil. 1

Sto nunc Sol teſtis, & hæc mihi terra præcanti,
Et Pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno.

Item.

Tangat aras, medioſque ignes, & numina teſtor.

Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 20. Ioann. Bapt. Hanſen. de iur. iur. veter. lib. 1. c. 1. Aliter enim diſtinctionem adfert, ex Diu. Thom. Villalob. in Sum. tract. 36. diffic. 1. num. 1. Quamuis omnes fateantur, Iu-

ramentum, nihil aliud eſſe, quàm diuini nominis inuocationem in teſtimonium alicuius rei, Cicer. *lib. 3. offic.* Laym. *Theol. Mor. lib. 4. tract. 3. cap. 1. num. 2.* Filiuc. *tract. 25. cap. 2.* Fagund. *in 2. præcepto Decalog. lib. 2. cap. 1. num. 1.* Vveſembech. *ad tit. de iur. iur. num. 6.* Petr. Greg. *lib. 50. ſyntagm. cap. 3.* Menoch. *conſ. 212. num. 2.* Scripſerunt de iuramento Magiſtr. *Sentent. in 3. diſt. 39.* Diu. Thom. *2. 2. quæſt. 89.* Soto, *lib. 8. de iuſt. & iur.* Ledeſm. *2. part. Sum. tract. 11.* Azor, *inſt. mor. tom. 1. lib. 11.* Leſio *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 42.* Sanch. *lib. 3. Summæ*, Sayr. *clau. reg. lib. 5.* Suar. *integr. tract. de iuram. tom. 2. de Relig.* Villalob. *in Summa tom. 2. tract. 36.* Franc. Patric. *de inſtitut. Reip. lib. 5. tit. 5.* Vincenc. Macrin. *de iuram. quæſt. 1.* Galganet. *de iur. public. lib. 2. tit. 34.* Borrel. *Sum. deciſ. tit. 60. de iur. iurand. ex num. 1.* Gutierr. *de iur. confirm.* Couarruu. *in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 9.* Corſet. *de iuram.* Seraphin. *de priuileg. iuram.* Gabriel, *com. opin. lib. 2. tit. de iur. iur.* Auguſt. Barboſ. innumeros referens *in Rubric. extra de iur. iur.* Ioann. Baptiſt. Hanſen. *de iur. iur. veter.* Torres, *de vitijs, & virtut. c. 167. vſque ad 175. part. 1.*

2 Hoc ius iurandi ſacramentum neceſſarium dicit D. Thom. *d. quæſt. 89. art. 1.* propter defectum veritatis humanæ, propter defectum humanæ cognitionis, ac illius incertitudinis: ideò ad infallibilitatem diuini teſtimonij recurrendum, vt pro verò habeatur, id quod ſub inuocatione illa diceretur, Nicol. de Lyra, *ad cap. 23. Eccleſiaſt.* latè Suar. *d. cap. 1.* Ioann. Bapt. Hanſen. *d. cap. 1.*

3 Hæc neceſsitas, fragilitasque humana, calamitasque, ac lapſus primi parentis, ſicuti ad veritatem requirit diuini nominis inuocationem, Soto *lib. 8. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. art. 1.* iuramentum intra Religionis terminos conſtituit. Et ſic D. Thom. *dict. quæſt. 89. art. 4.* ad Religionem, & latriam pertinere, dicit Soto *lib. 8. de iuſt. & iur. q. 1. art. 4.* Suar. *lib. 1. de iuram. cap. 4. num. 4.* & Apuleius *lib. de Deo Socratis*, inquit: *Ius iurandi honor proprius eſt ſummi Dei.* Et Luc. de Penna, *in l. 3. nu. 12. C. de. Præd. cur. lib. 10.* dixit obligationem, ac vim, & reuerentiam iuramenti ex iure naturæ eſſe. Quare obligatiuè diuina reuerentia imponitur iuranti, Deuteron. *cap. 6. Dominum Deum timebis, & ipſi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis*, & Pſalm. 69. *Laudabuntur omnes qui iurant in eo, & in* Odyſ. decantauit Homerus.

Et tellus ſciat, & cœlum, & ſtygis vnda, beatis
Dijs magnum Sacramentum.

Ex eo enim ſummam iuramenti eſſe obligationem inuiolabilitatemve, dixit D. Ambroſ. *lib. 1. de Abel, & Cain, cap. 10.* Et D. Thom. *d. quæſt. 89. art. 7. ad 3.* inquit, quod duplex adeſt in quocumque iuramento obligatio. Vna, qua quis homini obligatur ad aliquid faciendum. Altera, qua quis Deo obligatur, vt impleat, quod per nomen eius promiſit, D. Thom. *2. 2. quæſt. 87. art. 7.* adductus à Iacob. Menoch. *conſ. 917. num. 38.* Et cum hæc ad Religionem, & latriam pertineat exequēda, eſt abſolutè, maximèque vitanda illius cōtemptio, ac inexecutio. 4 5

Nullam fuiſſe, nec tam barbaram nationem, inquit Cicero, quæ Dei religione non teneretur. Neque penes, quàm huius Sacramenti Religio ſumma non fuiſſet, Aul. Gel. *lib. 7. cap. 18.* Tullio 3. *Offic.* Polyb. *lib. 6.* Saluſt. 1. *Hiſtor.* Plaut. *in Rudente, act. 5 ſect. 3.* Terent. *Adelph. act. 11 ſect. 1.* ideóque diuerſos ritus, ac cæremonias in iuramento exequebantur. Semper tamen ſummè habitum, ac reuerenter, vt referunt Liuius *lib. 2. Decad. 3.* Cicer. 4. *Academ. quæſt.* Polyb. *lib. 3 Hiſtor.* Beat. Renat. *lib. 1. rer. Germanicar.* Plutarch. *in vita Dion.* Virgil. *lib. 4. AEneid. & lib. 12.* Geneſ. *cap. 24. & 47.* Iudith, *cap. 1.* Ioan. Baptiſt. Hanſen. *de iur. iur. lib. 1. cap. 2. & cap. 6.* 6

Noſtros verò Catholicos Reges de hac obligatione, ac reuerentia Religioſa in hac lege loqui. Cui latet? Et meritò: nam cum vt ipſius legis verba demōſtrant: prima Principis obligatio ſit obſeruatio Religionis: *Yporque ſiendo nueſtra* 7

tra primer obligacion hazer guardar, cumplir y executar la ſanta Ley, y Mandamientos de Dios, &c. Sic Gelaſius Papa 1. *epiſt. ad Anaſt. Auguſt. Etenim Imperator Auguſtæ, ſi contra leges publicas aliquid, quòd abſit, quiſpiam fortaſſe tentaret, nulla id pati ratione potuiſſes. Ad diuinitatis puram, ſinceramque deuotionem, vt tibi plebs ſubdita redigatur, conſcientiæ tuæ non putas intereſſe?*

8 Cognoſcẽtes enim magnæ in Deum committi blaſphemię, multa ac deteſtãda crimina propter abuſum iuramentorum, præcipuè viam eſſe ad periurium frequentem iuris iurandi conſuetudinem D. Ambroſ. *Proœm. Euang. ſecundum Luc. Et de oratione ad Virginem*, Nicet. *in comment. carmin. Tetraſt.* D. Nazianz. *Ita ſit vt iuramentum periurij pater ſit*, Soto *lib. 8. de iuſt. quæſt. 1. art. 2.* Vel
9 vt Suar. *de iuram. lib. 3. cap. 6. n. 8.* frequenter iurantem eſſe in morali occaſione proxima periurãdi. Rectè ſtatuerunt contra frequenter iurantes, l. noſtram.

10 Nec meum eſt quærere, an iuramentum peccatũ ſit mortale, de hoc enim, & de obligatione ac natura iuramenti, latè Magiſter Sent. *in 3. diſp. 39.* Diu. Thom. *2. 2. quæſt. 89.* Alex. Ales, *5. part. quæſt. 31. & quæſt. 63.* D. Anton. *2. part. cap. 3.* Soto *lib. 8. de iuſt. & iur.* Nauarr. *in Sum. cap. 12.* Ledeſm. *in Sum. tract. 11.* Azor, *tom. 1. Mor. lib. 11.* Tolet. *lib. 4. Sum. ex cap. 20.* Suar. *de Relig. tom. 2. tractat. 5.* Leſio *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 42.* Sayr. *lib. 5. clau. Reg. lib. 5.* Sanch. *in Sum. lib. 3.* Couarruu. *in cap. quamuis pactum*, Ioann. Gutierr. *de iuram. confirm.* Villalob. *in Sum. tom. 2. tract. 36.* D. Ioann. Machad. de Chau. *Del Perfect. Confeſſ. lib. 2. part. 3. tract. 8.* Barboſ. *cap. 1. 22. quæſt. 1.* Duar. *de iur. iur. cap. 1.*

11 Eſt vero aſſerere, punibilem, ac damnoſam eſſe iuramentorum frequentiam, Homer. *Illiad. 11.*

Stygia non flumen ab vnda
12 *Ilius exoritur, quam dij iurare verẽtur.*

Semperque Deum in teſtem inuocare, vt decantauit Sanct. Nazianz. *Carm. aduerſ. eos, qui frequenter iurant.*

Nec ergo iures cuncta, nec ſemper puta
ludens, edenſve.
Miſer, beatus, nauigans, carpens iter
vendens, emenſque.
Claudens, gemiſcens, in epulis, hircum
vomens, interque amicos.
Vt qui Lyæo dapibus, & multis tument.

Nam quamuis ſumma ſit Sacramenti, ac iuramenti Religio; non tamen ſic abutendum eſt iuramento, vt paſsim per iocum, ac frequenter iuramenta euomantur. Non enim, appetendum eſt iuramẽtum, quãuis ſit neceſſariũ, vt D. Thom. *d. quæſt. 89. art. 5.* quia cum ſit inſtitutum 13
ad ſubuentionem defectui humanæ fragilitatis, ſemper fateremur defectum, ſi ſemper antidoto iuramenti vteremur: non enim dum iocosè loquimur iurandum; nondum deriſorié, quid enim ex
hoc accidit? Audi Eccleſ. *cap. 23. Iuratio* 14
ni non aſſueſcat os tuum; multi enim caſus in illa; nominatio verò Dei non ſit aſsidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum nõ admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſeruus interrogatus aſsiduè, à libore non minuitur: ſic omnis iurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur: Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga, Petr. Gregor. *lib. 50. ſyntagm. cap. 3. num. 8.* D. Ambroſ. *de bortat. ad virginitat, fol. mihi 330. tom. 4.*

Nec tantùm hæ calamitates iurantẽ 15
ſequuntur, fidem amittit, dum aſſueſcit iuramento iurans, & ei difficilè creditur, dum ad fidem opus eſt iuramento. Sic Nicetas *in comment. ad carmin. Tetraſtic. D. Nazianz. Quanam ergo ratione inquies, res eas de quibus loquimur, ijs, qui de illis dubitant perſuadebimus? Nimirum verbis, hoc eſt, ſimplici ſermone, ita rem ſe habere aſſerentes; ac morum probitate animique affectione ad veritatem propenſiſsima, ſermone noſtro fidem conciliante, facilè eos ad aſſentiendum adducemus? Equis enim homini probo aliquid affirmanti fidem abrogare queat? Contra, qui mendacijs delectatur, vitamque ſceleribus omnibus flagitijsve coopertam ducit, huic nec iuranti quidem facilè quiſquam fidem eſt habiturus. Hic enim, & Dei negator, & irriſor,*

& contemptor eſt. D. Baſilius *in Pſal. 14. Turpe ſanè omninò, & ſtultum ſe ipſum accuſare, vt indignum fide, & veritatem ex iuramentis adferri.* Cicer. pro Roſcio, *Vbi ſemel quis peierauerit ei credi poſtea, etſi per plures Deos iuret non oportet.*

16 Inquient autem iuramenta licita, & neceſſaria eſſe, Soto *de iuſt. lib. 8. q. 1. art. 2.* de quo Pater Marquez *Gubernat. Chriſt. lib. 2. cap. 23.* ſicut & Deus dixit, & ipſe ſæpe iurauit.

17 Haud negandum eſt, ſed non omnino iuramento vtendum. Nam dixit Dominus *Matth. cap. 5. Non iurare omnino. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.* Ideò ſummopere cauendum erit à iuramento, præcipuè contra Domini præceptum. Exod. cap. 6. *Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra, quia non erit impunitus, qui ſuper rem vanam nomen eius aſſumpſerit.*

18 Quare à Concilio Moguntino *ſeſſ. 4. cap. 87.* contra crebrò iurantes ſic diſponitur: *Cum ſcriptura admoneat virum crebrò iurantem iniquitate oppleri, ac plagis multis obnoxium fieri: iurationem enim multa comitari pericula; quæ non tam peierantem, quam eum, qui periurio cauſam cum debet, & poteſt, non ſubſtrahit, inuoluunt.*

19 Hoc enim Reges noſtri cognoſcentes præſentem tulerunt ſanctionem contra iurantes crebro, ſicuti & Concilij Patres ſubſequuntur: *Nos igitur crebram illam iuramentorum exactionem in capitulis, ſi non, vt iniuſtam, certè vt periculoſam cenſemus coarctandam.* Quamuis illi in publico ac ſolemni, & etiam ſolito iuramento, qualiter facto in actis capitularibus, loquantur.

20 Plura equidem Philo Iudæus *in lib. Decalog.* exponens ſecundum præceptum contra fruſtra iurantes ſcripſit, ſed proſequitur: *Multis & varijs modis in hac parte peccant homines, proinde vtiliſsimum fuerit, & rationali naturæ conuenientiſsimum omnino abſtinere à iure iurando, & ſic veritati aſſueſcere, vt ſimplex ſermo vim iuramenti habeat.*

21 Contra hanc conſuetudinem iurandi fruſtra, crebrò Patres Concilij Turonenſ. 3. *ſub Leon. 3. can. 43.* ſic ſtatuerunt: *Omnes homines admonemus ne per ſingula verba quaſi ad confirmationem ſuæ aſſertionis nomen Domini in vanum aſſumant. Hoc ipſe Dominus interdicit faciendum, vbi ait: Non aſſumas nomen Dei tui in vanum: In vanum enim nomen Dei aſſumitur, quando aliquis ad ſingula verba, quibus vult, vt ſibi ab alio credatur Deum omnipotentem teſtem rei, de qua eum loquitur inuocat.*

22 Audi enim poſt Concilij conſtitutionem noſtræ legis verba: *Y que aquel ſe diga y tenga por juramento en vano, que ſe hiziere ſin neceſsidad.* Quam legis noſtræ conſtitutionem intelligendam credo, & ex antecedentibus verbis, de iuramento ſolito fieri ob libidinem tantum iurandi ſecundum Diui Auguſtini doctrinam traditam *in cap. non eſt præceptum 22. q. 1. In ore habentes iurationem tanquam magnum, ac ſuaue aliquid.* Velut poſtea ipſe Auguſtin. *Prohibemur ergo iurare cupiditate, aut delectatione iurandi*, ibi Archidiachon. *num. 1.* Ratio enim ex ipſo Gratiano deducitur præter præcepta legis *Deut. 5. Matth. 5. ex cap. ita ergo, eadem cauſa, & quæſtione.* Quia nec iuramentum tanquam bonum appetendum eſt, nec tanquam malum vitandum, ſed tunc exequendum cum neceſsitas exegerit, vt infrà. 23

Quapropter Nicol. de Lyra *Eccleſiaſt. cap. 23. num. 27.* quærit, an aſſuefactio iuramenti ſit bona, & tenet, quod licet iuramentum ſit bonum per ſe, abuſus tamen iuramenti nocibus eſt: ideo abſtinendum eſt à iuramento. 24

Hæc omnia latè Pontifex differit *in cap. & ſi Chriſtus, de iur. iur.* vbi voluntatem iurandi prohibet, cum ad iuramentum non debeat ſpontanea voluntas inducere, ſed importuna neceſsitas trahere: rationem enim prohibitionis iuramenti ſic proponit Pontifex: *Sic & iuramentum per ſe quidem malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamè prohibetur ex cauſa quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium ſæpe contingit.* 25

Ex quo Abbas Panormitan. ibi *nu. 15.* 26 quærit, an peccet mortaliter iurans ſine cauſa, & quamuis *in cap. tua, de iur. iur. nu. 4.*

nu. 4. teneat peccatum veniale eſſe, frequẽtẽ tamẽ ius iurandi vſum peccatum eſſe mortale, tenet P. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib. cap.*

27 Ex his Doctores quærunt latè, an vſus, ac conſuetudo frequens iurandi peccatum conſtituat, Soto *lib. de cau. iur. abuſ. cap.* 12. *&* *lib.* 8. *de iuſt. & iur. q.* 2. Sanch. *Select. diſp.* 20. Fagund. 2. *Decalog. præcepto. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 10. *&* 14. Suar. *lib.* 3. *de iur. cap.* 7. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 4. *q.* 1. *p.* 14. *num.* 3. Machad. *del Perfect. Confeſſ. lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 8. *docum.* 9.

28 Varia quidem eſt hæc quæſtio inter Doctores, quod nunc noſtrum non eſt. Fatendum tamen iurandi abuſum pernitioſiſsimum eſſe ideo magnopere vitandum, Comment. ad D. Gregor. Nazian. *orat.* 3. *aduerſus Iulian. Ad ius iurandum autem impetum facere, aut in opus perducere apud nos eo graue atque horrendum eſt, vt apud nos ſolos locum non habeat, verum & vetitum, & interdictum prorſus à nobis vitetur*, vt Pater Villalobos *in ſum. tom.* 2. *tract.* 36. *diffic.* 3. *num.* 3. Vide late Carm. D. Gregor. Nazianz. *aduerſus eos qui frequen. iur. & in carm. Tetractica.*

Iurare noli. Quo fides fiet modo?
Sermone, vita & quæ fidè verbis ſtruat.

Et in ea Nicetas: *Qui ad iurandum procliuis eſt, is, vel ex ignoratione, vel vi aliqua maiore, vel ex Dei contemptu commotus, in periurum ominò præceps ruet.*

29 Quare notant interpretes Eſſenos apud Iudæos magnopere iuraiuranda vitaſſe, vt Ioſeph *lib.* 2. *de Bello Iudaico cap.* 7. *Ipſum autem iusiurandum quaſi periurio deterius vitant; iam enim mendacij condemnatum arbitrantur, cui ſine Deo non creditur* Torr. *Philoſoph. Mor. lib.* 24. *cap.* 8. Ioann. Bapt. Henſen. *de iur. iur. veter. cap.* 29.

30 Sed etiam apud Ethnicos illud inualuiſſe refert Soto *d. lib.* 8. *q.* 1. *art. vltim.* quod à perſonis integræ vitæ, & inteme ratæ fidei illud petere, nefas eſſet, memi nit ex Plutarch. Padill. *in principio, l. ſiquis minor, C. de tranſact.* Et ex cuiuſdam Philoſophi Stoici doctrina refert Duar. *de iur. iur. cap.* 1. prohibita eſſe iuramenta tanquam illicita prorſus.

Ex hoc principio, & ex doctrina Plu- 31
tarch. *in quæſt. Centur. Rom.* ibi. *Cur flamini Diali non fas eſt iurare? vtrum quia quæſtio quædam eſt iusiurandum hominum liberorum?* Exoritur reſolutio ad textum *in l. quæ ſub conditione* 8. *de condit. inſtit. l. Antiſtites. de adquirend. hæred. l. municipibus. de condit. & demonſtrat. l. ſiquis inquilinos.* 115. *§ fin. delegat.* 1. vbi conditio appoſita per teſtatorem iuramenti faciendi, reijcitur alegato, hereditate, vel fideicommiſſo, etiamque à teſtamento militis, *l. ſi à milite* 29. *§. edictum de teſtam. milit.* Quare ergo? credo hanc con- 32
ditionem reici, ac tanquam purum deferendum eſſe legatum (de quo quamuis meminit Cuiac. *obſeruat. lib.* 5. *cap.* 1. Bart. Bald. & DD. *in dict. ll.* Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 1. *cap.* 5. rationem reitionis illius conditionis non adfert. Vveſembech. *in paratlit. ad tit. de condit. inſtit. num.* 1. Matienz. *l.* 22. *tit.* 11. *lib.* 5. Couarr. *cap. quamuis p.* 1. *§.* 3. *num.* 7.) quod nefas erat homini libero iuramentum facere, nedùm magna vergeretur cauſa, vt Padilla *d. l. ſiquis minor. ant. num.* 1. *C. de tranſact.* Et Soto *lib.* 8. *de iuſt. & iur. q.* 1. *art. vltim. in* 3. *concl.* inquit: *Viris ingenuis, & nobilitate inſignibus, iusiurandum tormenti genus erat.* Et cum ſumma eſſet religio Sacramenti, ne in periurium incideretur, à Prætore fuit conceſſum, vt conditio iurandi reijceretur, ac tanquam purum legatum, vel hereditas caperetur. Ratio enim ſicuti noſtrę legis ea eſt, ne numen contemnatur per iurandi abuſum *d. l. quæ ſub.* ibi: *Cum enim faciles ſint nonnulli homines ad lucrandum contemptu Religionis: alij per quam timidi metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem, ne vel hi, vel illi, aut conſequerentur, aut perderent quod relictum eſt, Prætor conſuluit.* De quo Bald. ibi *num.* Paul. de Caſtro *num.* 3.

Contrariam vero doctrinam aliqui 33
Iudęi amplexerunt, dicentes, quod iuratio per nomen Domini frequentanda erat, etiam ſine neceſsitate, vt Nicol. de Lyra *Deuterom. cap.* 6. ſuper illud, *Ac per nomen illius non iurabis.* Contra quod aſſerit prȩceptum non iurandi præſtitum

Soto

à Deo fuiſſe Matth. *cap.* 5. de quo latè Soto *lib.* 8. *de iuſt. & iur. quæſt.* 1. *art.* 2.

34 Omiſſo vero Decalogi præcepto Deut. *cap.* 5. vbi iurare per Deum permittitur, & quod licerè tenent Patres ac Doctores, vt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 2. Soto *dict art.* 2. Caſtro *lib.* 8. *de Hæreſ. verb. iuramentum*, Villalob. *in ſum. tract* 36. *tom.* 2. *difficult.* 3. *nu.* 1. Toled. *in ſum. lib.* 4. *cap.* 21. *nu.* 1. ſi debitè fiat, vt infra.

35 Manichæi, vel Vvaldenſes, vt Soto *dict. art.* 2. tenuerunt nullatenus eſſe licitum iurare. Quam hæreſim ſecuti ſunt Anabaptiſtæ, & Pelagiani, vt cum Caſtro Palao. Suar. *de iuramento lib.* 1. *cap.* 2. Leſsio *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 3. *num.* 13. Sanchez *lib.* 3. *mor. cap.* 3. *nu.* 2. Filiuc. *tract.* 25. *cap.* 5. Machad. *Perfect. Confeſſ. lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 8.

36 Tamen his omiſsis, quæ ad Theologicam diſputationem pertinent dicēdum eſt, iuramentum licitum eſſe, ſi debite fiat, ſummaque cum cautione, ac Religione, vt Maſius *Comment. in Ioſue cap.* 2. *fol.* 48. Damnatum vero dum fruſtra, & in vanum iuratur, ac dum ſic facilè ad ius iurandum adducimur, vt ſic iurantes parum timentes Deum iudicentur ſecundū Bald. *in l. quæ ſub cōditione 8. n.* 2. *de condit. inſt.* Duar. *d. cap.* 1. taliter, vt quæcumque verba firmemus iuramento, nec attenta qualitate materiæ, nec veritate rei, ſed per conſuetudinem, aut libidinem.

37 Ex quo iuſte dicendum eſt conſtitutum à noſtris Regibus, vt proteruus iurandi vſus ſummoueatur, vt dicit Soto *d. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 5. Nam licet Deut. *cap.* 5. iurare per Deum præcipitur. Tamen notandum eſt quod Matth. *cap.* 5. Iuramenta à Domino omninò prohibentur. Sed cum D. Auguſt. & D. Thom. inquit Suar. *cap.* 2. *lib.* 1. *de iuramento num.* 16. quod prohibita à Domino fuit facilitas iurandi, ideſt, iurandi frequentia, ne ex facilitate ad conſuetudinem, & ex conſuetudine ad periurium decidatur.

38 Audi enim Domini præceptū *Deut.* 5. *& Exod. cap.* 20. à Suar. *dict. cap.* 2. *num.* 16. explanatum contra frequenter iurantes: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, quod eſt, vt non ſolum intelligatur vanum, ideſt, falſum, ſed etiam non neceſſarium, ſeu quod fruſtra ſit, quod ſatis clarè explicatum fuerat Exodi* 20. *Nam poſt præceptum ſtatim additur. Nequc enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra, vnde in rigore illius præcepti prohibetur illa frequentia iuramenti, quæ eſt ſine neceſsitate, non ſolum propter periculum mali, ſed etiam quia ſic iurare malum eſt.*

39 Ex hoc Soto *dict. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 5. & cum eo Suar. *d. cap.* 2. *nu.* 20. exclamat contra ſceleratos ac perditos homines proteruam iurandi conſuetudinem excuſantes illo cōmuni Adagio, *Qui bene iurat, bene credit.* Blaſphemum enim eſſe dicit Suar. præſertim attenta ipſius reſolutione *lib.* 3. *de iuram. cap.* 6. *nu.* 6. ponens conſuetudinem iurandi diſcrimi natim eſſe aggregationē quandam grauiſsimorum peccatorum, & *nu.* 10. quod conſuetudo temere iurandi quidquid in bucam venerit conſtituit hominem in ſtatu peccati.

40 O Catholicorum Regum ad Deum reuerentia! Primam gubernationis executionem ac curam eſſe ſubditorum in veritate, & religione directionem Hieron. Oſſor. *lib.* 1. *de Reg. inſtit. Quid enim maius eſt quam continere imperio populos, deuincere multitudinem diſciplina, coercere, flagitiorum licentiam, excitare virtutis ſtudia.* Ex quo meritò noſtram legem tulerunt, curantes ne proteruus iuramentorum vſus ſuo in imperio inualeret, ſed virtutis executione polleret. Oſſor. *d. lib.* 1. *Rex eſt perpetuus Reipublicæ Rector, atque moderator, vniuerſum populum iuris æquabilitate deuincens, virtutiſque præſidio conſeruans*, ſæculares pœnas, ſuamq; exequētes poteſtatē ad Religionis defenſionē, cōſtituto vt frequenter iurātes punirentur, ac ab honoribus pellerentur, vt commendat Iaon. Bapt. Henēſ. *de iur. iur. cap.* 29. & ex *d. l.* 10. noſtra patet. Cum hæc peruerſiſsima conſuetudo invaluiſſe tempore impij Copronimi apud Byzancium teſta-

teſtatur Laurent. Labarr. *Hiſt. Sanct. PP. in vita Abbatis Platonis.*

43 Audi Philonem Iud. *lib. 3. vitæ Moyſ. Nequis Moyſis diſcipulus aſſueſcat vllo modo appellationem Dei contemnere, ſemper enim amabilis eſt, ac plauſibilis. Quod ſiquis nũ dico blasphæmauerit hominum, Deorum que Dominum: ſed auſus fuerit, vel nomen eius intempeſtiuè promere, noxam luat capite.* Qui proſequitur: *Quomodo igitur merentur veniam, qui temere abutuntur Sanctiſsimo Dei nomine, tantum ad explendum ſermonem non aliter quam prophanis vocibus.*

44 Sed qnamuis hæc conſuetudo iurandi ſic damnetur, & à Patribus, & communi omnium conſenſu, cum tamen iuramentum ſit antidotum contra falibilitatem à fragilitate humana prouenientem, ſi debito fiat modo ſacratiſsimum eſſe, vt Maſius *Comment. in Ioſ. cap. 2.* nec dubitatur.

45 Ab ipſo Deo iurante licitum eſſe deducunt DD. late ex Innoc. 3. *in cap. etſi Chriſtus de iur. iur.* Gratian. *in 22. q. 1.* D. Thom. 2. 2. *q. 89. art. 2.* Soto *de iuſt. & iur. lib 8. q. 1. art. 2.* Suar. *lib. 1. de iuram. cap. 2.* Villalob. *tom. 2. ſum. tract. 36. diff. 3. nu. 1.* Aragon 2. 2. *d. q. 89.*

46 Et taliter pro ſummo habebatur, quod etiam receptum ac vſitatum erat inter idolatras. Sic Iudith *cap. 1.* Nabucodonoſor iurauit per thronum, & Regnum ſuum, in quo notatu dignum eſt, quod Gentiles varijs iuramentorum formu-

47 lis vtebantur, qualitervel per thronum, vel per ſceptrum Regis, vt de Perſis, ac de Medis Scriptores: vel per lapidem, vt Romani, de quo Couarr. *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 2. nu. 8.* Petr. Gregor. *lib. 50. Syntagm. cap. 8.* varias iuramentorum Ethnicorum formulas refert Bobadill. *lib. 3. Polit. cap. 13. nu. 6.* plura cumulat Ioan. Baptiſt. Hanſen. *tract. de iur. iur. veter. per totum.* Epiſcop. Pacenſ. *Coment. Iudith, ad cap. 1.* Sed tamen non ratione humanitatis penes Reges vt homines exiſtentis fiebat, ſed quia in Principe quædam diuinitas venerabatur.

48 Iuramentũ ſeu Sacramentum fiebat apud Romanos per verba Imperatoris, & ſacratiſsimum erat, vt Liuius *lib. 31.* Tacit. *lib. 15. annal. & lib. 1. Hiſt.* Sueton. *in Galua. cap. 11.* Taliter vt Amian. *lib. 21.* ſenſerit milites iurantes gladios ceruicibus amouiſſe, vt mortem ſibi oppeterent, priuſquã iuramentum deſereretur Demſter ad Roſ. *Paralipom. ad cap. 3. lib. 10.* & taliter obſeruari ſolitum, quod hæc verba ex Zozimo referat Buleng. *lib. 2. de Rom. Imp. cap. 14. Si enim per Deum iuratum eſſet, potuit diſſimulari Deo dante impietatis veniam, ſolita in homines humanitate. Quando autem per caput Imperatoris iuratum eſt, nefas eis eſſe in tanto Sacramento peieraſſe.*

Notat Bulenger. *lib. 2. de Imp. Roman.* 49 *cap. 14.* tanta fuiſſe elatione arreptum Seianum, vt iuraretur in verba eius ſub Tiberio, ſed tamen hoc vetitum, cũ priuatiuæ maieſtatis ſit tantum Sacramentum.

Sed qualè, aut quod iuramentum 50 licitum dicamus apud nos? Omnes fatentur, id licitum cenſeri iuramentum, in quo illæ tres qualitates à Ieremia Propheta quæſitę inueniuntur, Ierem. *cap. 4. Et iurauis viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iuſticia. cap. animaduertendum 22. q. 2.* Deſumptum enim eſt à D. Hieronym. *in Ierem. cap. 4.* D. Thom. 2. 2. *q. 89. art. 3.* Soto *lib. 8. de iuſt. q. 1. art. 3.* Suar. *lib. 1. de iuram. cap. 3.* Villalob. *tom. 2 ſum. tract. 36. diff. 3. nu. 4.* Laym. *lib. 4. tract. 3. cap. 3. num. 3.* Filiuc. *tract. 25. cap. 2 q. 3. nu. 25.* Sanchez *lib. 3. mor. cap. 4.* Machad. *Perfect. Confeſſ. lib. 2. p. 3. tract. 8. docum. 8. num. 3.* Petr. Greg. *lib. 50. Syntag cap. 3. nu. 8.* Boer. *conſ. 38. nu. 8.* Alex. *conſ. 42. num. 19. lib. 1.* Valenç. *conſ. 148. tom. 2. num. 39.* & mirabili, vt ſolet doctrina ex Rodrig. Suar. Curc. Crauet. Alciat. Gutt. & Pariſ. *conſ. 173. num. 51.* Menoch. *conſ. 212. n. 7.* Thuſc. *litt. I. concl. 500.* Rimin. *conſ. 338. num. 76. & conſ. 571. num. 30. & 815. nu. 66.* Cened. *pract. q. 50. nu. 32.* Marzar. *conſ. 19.* Pancirol. *conſ. 1. dub. 4.* Torniel. *conſ. 72. nu. 13.* Lancelloto Gallia *conſ. 51. n. 23. vol. 1.* Ludouiſ. *deciſ. Peruſ. 64. nu. 14.* Roland.

conſ.

*conſ.*98.*num.*34.*vol.* 1. Camil. Borrell. *ſum.deciſ.tit.*60.*de iur.iur.num.*300. Tiber. Decian.*tom.*2.*reſp.*39.*num.*12.

51 Si enim hæ tres qualitates â iuramento diſcedunt, non iuramentum, ſed periurium eſſe inquit D. Hieron. Et ſic merito incauta iuramenta damnantur in hac l. quia, vt D. Thom. 2.2.*q.*89.*art.*3. iuramẽtum incautum iudicio caret, admittiturque iuramentum, vbi hæ tres inueniuntur qualitates, quia cũ diſcretione, ſcientia, atque cognitione ferentis fit.

52 Ratio autem, vt ad iuramentum licitum hæ qualitates neceſſariæ ſint, ea eſt, quia cum in iuramento dicti Deus teſtis adducatur, qui ſumma veritas, iuſtitiaque eſt, neceſſe eſt, vt in eo adſit, & veritas & iuſtitia, circumſpectèque, ne leuiter homines ad iuramenta adducantur: ſed cum veritate fiat, ne dicatur incautum, cum iuſtitia, ne iniquum atque illicitum: cum iudicio, ne abſque diſcretionis circunſtantia, Soto *lib.*8.*de iuſt.q.*8.*art.*3. Suar. *de iuramento lib.* 1. *cap.*3.*nu.*2. Villalob.*dict. tract.*36.*diff.* 3.*num.*4. Machad.*Perfect.Confeſſ.lib.*2. *p.*3.*tract.*8.*docum.*8.

53 Ex hoc enim principio ſecundum Theologos, ac Summiſtas receptum, videtur impugnari illa noſtræ legis verba: *Y que aquel ſe diga, y tenga por iuramento en vano, que ſe hiziere ſin neceſsidad declarando, como declaramos que ſolo quedan permitidos los iuramentos que ſe hazen en juyzio, ò para valor de algun contrato, ò otra diſpoſicion, todos los demas abſoluta, y generalmente los prohibimos.* Nam ſi ex

54 D. Thom. doctrina *d. q* 89. *art.* 2. neceſſarium fuit propter defectum cognitionis, quia homines non poſſunt futura cognoſcere, neque cordium occulta, recurrere ad diuinum teſtimonium, vt provero haberetur, quod ſub inuocatione diuini nominis diceretur cum Gloſſ. *in §. altæ inſt. de actionib.* & alij, Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 1.*nu.*3. & ob id licitum eſt iuramentum, & etiam præceptum. Deut.*cap.* 5. quare damnatum abſolutè in noſtra lege?

55 Præſertim, quod ipſo iure diuino, & recepta ſententia, ſi illæ tres qualitates, ſcilicet, *veritas*, *iudicium*, & *iuſtitia* in iuramento inueniuntur, licitum eſt, 56 vt D. Hieronym. D. Thom. Soto, Suar. Villabob. Læſio, & cæteri. Et ad veritatem ſufficiat, quod iurans credat, quæ iurat, verè vera eſſe, vt ex D. Auguſt. Villalob.*d.diff.*3.*num.*4.

Et vt ipſe ad iuſtitiam, quod honeſta 57 ſit res, ex qua iuratur. Et ad iudicium, vt rationali prudentia Fiat: & hæc omnia extra iudicium, & contractum inueniantur, cum quibus ſolemnitatibus iuramentum diuino præcepto attento licitum eſt, ſecundum mentem, Sot. & Suar. ex communi conſenſu Theologor. *lib.* 1.*de iur.cap.*3.*num.*9. Qualiter damnatum extra iudicium â ſæculari lege, & ſi admittatur à diuina?

Tamen dicendum credo cum Villa- 58 lob. *dict.diff.*3.*num.*5. quod ſi ex dictis qualitatibus in iuramento requiſitis vna deficit, iurans peccat mortaliter. Et cum ex dictis ſupra cum D. Ambroſ. & D. Gregor Nazian. Conſuetudo iuran- 59 di proxima ſit periuro. D. Thom.*dict.q.* 89.*art.*2. Soto *d.lib.*8.*q.*1.*art.*2. ex quo poteſt exoriri indiſcutio ad iuramentum: ideo videtur dici poſſe rectè conſtitutum, vt omninò iuretur ſecundum diuinum præceptum Matth. *cap.* 5. Ne ex communi vſu, etſi cum veritate ſit, peierandi conſuetudo naſcatur. Sic Villalob.*dict.tract.*36.*diff.*4.*num.*9.

Secundò ſciendum eſt, quod licèt, iu- 60 ramẽtum purè, & ex qualitatibus interuenientibus licitum ſit, attamen ex circunſtãtijs poteſt eſſe illicitum, qualiter ſcandali, & alijs dicit Suar. *de iuram.lib.* 1.*cap.*3.*nu.* 9. Et cum ratione ſcandali, etſi paſsiui tantum, debeãt acta ſcanda- 61 lum afferentia omitti.*cap.nihil, de præſcription.* D. Thom. 2.2.*q.*43.*art.*7. Couarr. *reg. peccatum p.* 1.*in initio num.* 5. Mand. Albenſ.*conſ.*440.*num.* 16. Barboſ.*d.cap. nihil, de præſcript.num.* 3. Doctiſ. D. Ioann. de Solorçan. *de Gub. Indiar.p.*2.*lib.*1.*cap.* 18.*num.* 33. Mier. *ad conſt. Catalon. collat.*9.*cap.*23.*num.* 5. 62 etiam ſi aliàs ex modo, & debitis circunſtantijs iuramentum licitum eſſet;

cum

cum tamen ex frequentia illius ſcandala apud nos exoriuntur, rectè ob illius cauſam potuit noſtra lex diſponere, vt vſus iurandi, ac tam peruerſa conſuetudo euelleretur ſecundum D. Thom. *d. q. 43. art. 7. Gloſ. in d. cap. nihil.* Et ad illam conſuetudinem euellendam conſtituere, vt iuramentum licitum dicatur tantum, quod in iudicio, vel in contractibus fit, vt d. l. verba denotant.

63 Tertiò, licitè, iuſteque à noſtro Rege diſpoſitum videtur, vt iuramentorum abuſus apud nos inualeſcens prorſus aboleretur: etſi aliàs iuramentũ licitum ſit, ac permiſſum, de quo mirabile eſt quod notat Soto *lib. 8. de iuſt. & iur. q. 1. art.* 10. ſecundum D. Thom. mentem 2. 2. *q.* 89. *art.* 10. *Quod ſi cũ iſta iuratoriæ religionis ſanctitate abuſum noſtrorum temporum conferas, non poteris non locum deplorare in quem Chriſtiana Religio hoc pacto deciderit. Admittuntur enim, imo de improuiſo abripiuntur ad iurandum ſine delectu cuiuſcumque ſortis homines, nempe balbuci, muliones, baiuli, ebrij, & eluiones. Neque verò in templo; ſed vbi iusiurare abſque vlla præmeditatione coguntur. Neque vero Sacerdotibus idem honos habetur, quem iura ſanxerunt, ſed promiſcuè vti ſæculare vulgus iurare coguntur; imò ipſi ſe offerunt. Qua de re adeo iurandi religio iam viluit, vt periuria pro minimis delictis habeantur.*

64 Inquies; canonica atque Eccleſiaſtica iura Eccleſiaſticas pœnas contra iurantes conſtitutas, ac editas habent, vt quid noſtra lex? Haud meum ſit veſtræ obiectioni ſatisfacere. Contra ſic iurantes, ſeu blaſphemantes conſtitutionem edidit Iuſtinianus Imperator, ex eo commotus, ne ex contemptu iuramenti Reſpublica læderetur, cum numquam Deus inultam derelinquat proteruam hanc iurandi conſuetudinem, ſeu potius abuſum. Quam conſtitutionem refert Soto *de iuſt. & iur. lib. 8. quæſt. 2. art. 3. concl. 1.* & inuenies *in tit. Authent. vt non luxurient homin.* de qua ſic de prompſit verba Soto. *Quin vero (vt ſupra diximus) grauior illa eſt blaſphemandi impietas, quo circa propter huiuſmodi peccata (vt illic habetur) ſæuire ſæpenumero Deus ſolet in genus humanum. Nunc ſcilicet vrbium incendijs, nunc fame, nunc bellis, & ſubmerſionibus, & huiuſmodi alijs potentijs ſuum vindicans ſanctiſsimum honorem, & nomen. Et hanc ob cauſam ſanctiſsimè illic obteſtatur imperator Prætorem Vrbis, vt quos talibus delictis irretitos deprehenderit, præter quod ſemetipſos indignos faciunt Dei miſericordia, vltimis ſubdat ſupplicijs, vt non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas, & Reſpublica per hos impios actus lædi.* Vincent. Maruin. *de iurament. q. 2. num. 6.*

His iactis fundamentis, ex quibus deduci videtur iuſtè diſpoſitum à noſtris Regibus, ſecundumque præcipuam Regij officij obligationem ſciendum venit; num iuſta ſit pœna à noſtra lege impoſita, ibi: *Y qualquiera perſona que lo contrario hiziere, por la primera vez incurra en diez dias de carcel, y veinte mil maraudis, y por la ſegunda treinta de carcel, y quarenta mil maraudis: y por la tercera demas de la dicha pena quatro años de deſtierro, &c.* 65

Nam ſecundum diſpoſitionem *l. 2. C. de rebus credit.* iusiurandum Deum vltorem habet. Virgil. AEneid. 12. 66

Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine ſancit

Homer. Illiad. 1.

Iupiter pater qui idem præſes Auguſtiſsime, Maxime,
Sol qui cuncta inſpicis, & cuncta audis,
Et flumina, & tellus, & qui infra functos vita
Homines punitis, quicumque periurium iurauerit.

Ergo ſæculari lege pœna imponi contra iurantem non debet, ſed ſufficiet pœna ab ipſo Deo ratione peccati exequenda.

Nihilominus ſecundum Doctores tenendum eſt iurantibus fruſtra pœnam ſęcularem imponi poſſe. Nam cum aſsiduus iurandi vſus ſimilis ſit periurio, Petr. Gregor. *lib. 50. Syntag. cap. 6. num. 3.* vt diximus, ſicuti pœna ſęculari punitur periurium vltra diuinam vl- 67 68

tionem, vt Gloſ. *in d. l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Suar. *lib. 3. de iuram. cap. 20. num. 1.* Couarr. *cap. quamuis pactum p. 1. §. 7. num. 2.* Latè Tiber. Decianus *tract. crim. lib. 6. cap. 13.* Donel. *lib. 24. com. cap. 9.* Menoch. latè *de arbitrar. caſu 319.* per totum Padill. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* Fachin. *lib. 1. controu. cap. 14.* Surd. *conſ. 37. & conſ. 424. à num. 10.* Farinac. *in praxi quæſt. 160. num. 28.* Leſſio *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 42. dub. 14. num. 74.* latè DD. cumulat Auguſtin. Barboſ. *in d. l. 2. per totam, C. de rebus credit.* Pariformiter ſæcularis pœna imponi potuit aſsiduè per libidinem iurantibus, ad omnia quæ in buccam venerint Deum in teſtem adducentibus, vt dixit Philo Iudæus, & notauimus ex Soto. 69

70 Nec me latet diſcrimen à DD. notatum inter *d. l. 2. C. de reb. credit. & l. ſi quis maior. C. de tranſact. l. vltim. de crim. ſtellionat, & l. nam ſufficit de dolo*, cum hic iuranti pœna imponatur. *In d. l. 2.* Deo tantum iuramenti vltio relinquitur.

71 Nam vere attenta Cuiac. mente *lib. 2. obſ. cap. 19.* tunc de periurio pœnam imponi poſſe credendum, dum in partis detrimentum redundat, & ſic intelligenda *lex. 2. C. de reb. creditis*, notant Tiber. Decian. *d. cap. 13.* Farinac. *prax. crim. q. 160. num. 29. & 85.* Barboſ. *d. l. 2. num. 4.* Padill. *d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. num. 1.* adſentit P. Suar. *lib. 3. iuram. cap. 20. num. 1.* Petr. Gregor. *lib. 50. Syntag. cap. 11. per totum*, Duar. *com. tit. de iur. iur. cap. vltim.* Boer. *deciſ. 305.*

Quandiu vero iuramentum non perti- 72 net ad vtile partis, nec in contractu aut iudicio factum eſt, ſentiunt abſolutè DD. ſupradicti, pœna ſæculari puniri non poſſe, ſed illius vltionem ad Deum ipſum pertinere.

Nihilominus tamen dicendum à lai- 73 cis Principibus poſſe frequenter iuranti tanquam parum reuerenti, *vt ex d. l. qui ſub conditione 8. &* ibi Bald. *nu. 2.* & Paul. de Caſtro *n. 3.* pœnâ imponi. Nã duplex delictum in iuramento inuenitur, Menoch. *de arbitrar. caſ. 319. n. 23.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 13. n. 2. verſ. ego.* vel contra partem ex fallentia proueniens, ac fidei, pactique fractione, & hoc caſu procedere non dubito intellectum ad *d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & l. vltim. de crim. ſtellionat*, & quę congerunt Doctores. 75

Aliud eſt contra Deum factum, & vt 76 notat Petr. Greg. Toloſan. *lib. 50. Syntag. cap. 6. n. 8.* de vtroque crimine pœnas luere debet. Nec credit prohibitũ, vt à iudice exequi valeant ex quo Deum iuramenta habeãt vltorem, ipſe eodem *lib. n. 1. cap. penult.* imò poſſe credit ſtatuere Principes Catholicos pœnas, ac infligere contra ſic temerè iurãtes (cum à temeritate liberari non poſsint. Luc. de Pen. *in l. vnic. n. 17. C. de ſumpt. recuper. lib. 10.*) ſicuti cætera crimina, ac delicta, in Republica puniuntur pertinentia ad offenſam Diuinæ Maieſtatis, Couar. *reg. peccatum p. 1. §. 7. n. 2.* Quod ſic coniungens Philo Iud. *lib. de iuramento.* inquit: *In periuros pœna à Deo, & hominibus: à Deo grauiſsima, cum ſcelere contaminatis non ſit propitius, ſed vt impios aduerſatur perpetuo: ab hominibus, quia hoc illi aut morte mulctabant, aut verberibus.* Huius criminis punitionem magna curà executam apud Romanos refert Duar. *tit. de iur. iur. cap. fin.* Cuius pœnas, ſeu ſacrilegij, in ipſa Deorum republica inultas haud remanſere notauit Statius. 77

Et Styx periura Diuum
Arguit.

Ioan. Bapt. Henſen. *de iur. iur. veter. cap. 15.*

Miratur Menoch. *d. caſu 319. nu. 15.* 78 *& 16.* Cuiac. & alios dicentes iuramentum per Principem factum tanquã delictum pœna ſæculari puniri poſſe, vt *l. 2. C. de reb. cred.* Per Deum vero relinqui vltioni diuinæ ſenſit, & meritò iuramenta per Deum facta, & quæ ſcandalum generant, pœna ſæculari, tanquam publica delicta punienda.

Et vt finem intellectui *d. l. 2.* impo- 79 namus, de qua Vincent. Maruin. *de iuram.*

ram.q.2.num.5. Gaiganet. *de iur. public. lib.2.tit.35.num.3.* dicendum eſt, etiam ipſius ſerie attenta legitimè pœnas contra iurantes à noſtra l. impoſitas legitimas eſſe, ac iuſtas, quia *d. l.2.* ſenſus (vt credo) erit, quòd cum diſpoſitum ſit à iure, & ſecundum illius regulas. Quod
80 quæ calore iracundiæ dicuntur, pœnam non mereantur, *cap. ſi quis iratus. 2.q.3. cap. illa propoſitorum 11. quæſt. 3. l. quidquid. de reg. iur.* lib. *l. ſi duo Patroni, & ſi quis de iur. iur.*

81 Et cognitio delicti, vel periurij facti iracundè difficilis ſit, cum interior ſit, & hæc tantum ad Deum pertineat, & humanæ aures talia iudicare nequeant, *cap. humana. 22.q.5.* Villalob. *in ſum. tom.2. tract. 36. diff.6. num.9.* Rectè Imperator inquit. *Iusiurandi contempta Religio* (per iracundiam ſcilicet) *ſatis Deum habet vltorem*, quia ipſi patent corda, iudiciumque faciet de iuramento, an pœnam mereatur, necne? Nec remittere valet Princeps, nec facere iudicium de incognito ſibi, ideo Deo remittit vltionem; quod vero ad ipſum attinet, cum iudicium legale ſeu certum fiat, de non commiſſo crimine, remittitur pœna, & impunitus remanet per Principes iurans cum calore iracundiæ, huic ſenſui etſi contraueniat Cuiac. adſentit Duar. *ad tit. de iur. iur. cap. fin.* Menoch. *diſt. conſ.319. ex num.22.* & Petr. Greg. *d. lib. 50. cap. 1. num. 1.* Vvſembech. *in Paratlit. de iur. iur. num.13.* quo conueniunt. eloquentiſsima verba. Bulenger. tradita ſuprà *num.48.*

82 His autem etſi ſic intellectis, effugere non valeam difficultatem, *l. aduerſus de except. l. quod ſi differente, & l. ſequent. de dolo malo*, vbi cauetur, ne de iure iurãdo quæratur, ſed ſufficiat iuranti periurij pœna: ergo conſequenter non valuit l. noſtra diſponere contra iurantes pœnas ſupra relatas.

83 Nihilominus dicendum eſt, quod etſi attentis dd. ll. poteſtas iudicibus denegatur ad cognoſcendum de periurio, vel vt potius dicamus, de iuramento ſic inconſultè facto, vt noſtra l. diſponit, ſecundum Decian. *d. lib. 6. cap. 13. num. 2. verſ. ego*, ac conſequenter quod poteſtas 86
deneganda erat iudicibus ad cognoſcendum in hoc iudicio, cum ſecundũ Boer. *deciſ. 305.* ex officio non valeat procedere ad punitionem iuramenti.

Quod hæ pœnæ, ac iudicis officium 84
infligi, ac implorari non poſſe, verum ex eo eſt, quòd antiquutus iurans vltione viſibili puniebatur. *Horat. Od. 8.*

Vlla ſi iuris tibi peierati
Pœna Verine nocuiſſet vnquam
Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngue.

Vt de fontæ Palicę Siciliæ refert Ariſt. *lib. de miracul.* igne corripiente periuros ac ſubmergente. Et de Aditu Corinthiaco refert Pauſan: ac quod antiquitus credebãt furias exire ad puniẽdum periurum, ex Heſiodo diximus noſtro *de leg. Politit. tract. lib. 3. c. 4. n. 11.* Et cum ad cognitionem periurij vteretur hoc remedio mirabili, nihil mirum quod ſufficere poſsit ipſius periurij pœna dicat l. C. cum ſatis pœnas luat, & diuinas, & ſeculares, qui viſibili periurij punitione comburitur, vel ſubmergitur, vt latè Petr. Gregor. *lib. 50. Syntag. cap. 6. num. 10. & 11.* Alex. ab Alex. *lib. 5. Dier. Gen. c. 10.* A Eneo Rob. *lib. 1. rer. iudic. cap. 11.* Oſual. in Donel. *lib. 24. com. cap. 17. lit. R.* Leſio *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 42. n. 74.* Bobad. *lib. 2. Polit. cap. 18. n. 198. & lib. 3. cap. 3. n. 6.* Campan. *diuerſ. iur. Canon. rub. 4. n. 38.* Ioan. Bapt. Hanſen. *de iur. iur. veter. cap. 2. fol. 11.*

Poſtquam vero ad veritatem Euange- 85
licam ventum eſt, licet Deus contra iurantes vltiones quam magnas fuerit vſus, vt ex diuinis ſcriptoribus, & ipſe comminatur per Zachar. *cap. 5.* Nihilominus imperatores curare tenentur de huius flagitioſi criminis punitione, & ſecundum leges puniendos poſſe iurantes tenet Vveſembech *in Paratlit. de iur. iur. n. 13.* vt diſpoſuit l. noſtra. *Y ſi haga cargo en las reſidẽcias a los Corregidores, y demas juſticias de la omiſsion que tuuieren en la execucion deſta ley: y por eſte cargo ſe les imponga culpa graue, y la pena que le correſponde.*

86 Sic vide à Iuſtiniano diſpoſitum poſt quam iurandi abuſum damnauit in Authent. *vt non luxurientur homines, Ipſius etenim glorioſiſsimus Prafectus ſi inuenerit quoſdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit ſecundum noſtras leges; primum quidem obligatus erit Dei iudicio, poſt hæc autem, & noſtram indignationem ſuſtinebit.*

Sed ne prolixiori calamo in vaſto huius diſputationis gurgite petamus, ad pœnas impoſitas contra ſic iurantes temere deueniamus.

87 Et notandum eſt, ſicuti ſacratiſsimum habitum apud omnes nationes iuramentum, ſic contra iurantes diuerſe fuerunt conſtitutæ pœnæ, non vt pro vtili parti quæſito ex iuramento proſpiceretur, ſed vt vindicaretur contemptio Dei ex periurio prouenions. AEgyptias, Iudaicaſque leges, ac Germanas refert Petr. Gregor. *lib. 50. Syntag. cap. 6. num. 11.* Duar. *ad tit. de iur. iur. cap. 33. & lib. 2. diſput. cap. 37.* Suar. *lib. 3. de iuram. cap. 20. num. 1.* Bobadill. *lib. 2. Polytic. cap. 18. num. 198.* Et cum dictis pœnis carceris, atque exilij conueniunt quę contra periuros exequi apud Romanos refert Agel. *lib. 7. noct. Attic. cap. 18.*

88 Ad illud deueniendum eſt noſtræ legis: *Ordenamos y mandamos, que en los Conſejos de la Inquiſicion, y Ordenes, Colegios, y demas comunidades de eſtatuto, a la pregunta de coſtumbres, ſe añada la de la nota deſte vicio, y ſe pregunte a los teſtigos: y hallandoſe notado el pretendiente, es nueſtra voluntad no ſe le dè habito, ni otro honor.* Et poſtea: *Ordeno y mando, que en los Conſejos de Eſtado, la Camara, y Guerra, y en los demas por donde ſe conſultan cargos y oficios, no ſe pueda proponer, ni conſultar para ningun oficio Politico, ni Militar perſona que eſtè notada deſte pecado.* Et ſciendum quo iure ſuſtineri valeat, vt iurans ab honoribus reijciatur.

89 Iuſta equidem ac ſancta conſtitutio ſecundum receptas legum, ac conſuetudinum ſanctiones: nam vt Cicero 2. *de legib. Nemo peierare debet, tum diuini ſupplicij metu, tum de decoris apud homines,* Tiber. Decian. *lib. 6. crim. cap. 13. num. 2. verſ. ego* & Torr. *Philoſoph. Mor. lib. 24. cap. 9. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus.* Ioan. Bapt. Hanſen. *de iur. iur. lib. 1. cap. 2.* Quo ſenſu Ciceronis conuenit, *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Quid ergo mirum, quod à communitate, ac honore illius ſummoueatur, ſcilicet, habitu Collegiorum, ac Sanctæ Inquiſitionis, cum infamis ſit, *cap. infamis. 6. quæſt. 1. cap. quicumque. 22. q. 2. cap. ſi quis conuictus de iur. iur.* Luc. de Pœna, *l. quotiès nu. 48. C. de dignitat. lib. 12.* Grat. *conſ. 6. num. 31.* Tiber. Decian. *dict. cap. 13. num. 11.* latè Farinac. *quæſt. crimin. quæſt. 160. ex num 147.* Suar. *lib. 3. de iuram. cap. 20. ex num. 7.* Petr. Greg. *lib. 50. Synt. cap. 11.* Villalob. *tom. 2. ſum. tract. 36. diffic. 12. num. 4.* Azor. *tom. 1. Mor. lib. 11.*

Nam vt eleganter Imperator *in l.* 90
quoties, C. de dignitat. lib. 12. Portæ dignitatis clauſæ ſunt, ac dignitatis exſors, ac indignus efficitur, Bart. *in d. l. quoties.* Iaſon *in l. ſi duo Patroni, § ſiquis, num. 2. de iur. iur.* Bald. *l. 2. C. de reb. credit.* Roman. *ſing. 516.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 13. nu. 13.* Farinac. *pract. crim. q. 160. num. 156.*

Sed nec tantum à dignitate ciuili per- 91
iurus remouetur, vt in *d. l. quoties,* ſed ab Eccleſiaſtica, vt ex Abb. *in cap. querellam num. 3. de iur. iur.* Ripa & alijs Farinac. *d. q. 160. n. 157.* Tiber. Dacian. *d. cap. 13. n. 5. & ſeqq.* vbi latè adducunt DD. hanc concluſionem comprobantes, Menoch. *conſ. 175. num. 23.*

Sed etiam vt noſtra lex diſponit, à 92
militari dignitate, aut officio ſummouendi ſunt, vt ex *l. 2. §. miles. de his qui notant. infam.* deducit Abb. *cap. querellam. num. 3.* & ibi Felin. *de iur. iur.* Tiber. Decian. *d. cap. 13. num. 14.* Farin. *d. q. 160. num. 158.* Rip. *cap. ex parte, num. 18. de reſcriptis.*

Qualiter enim militare ſeruauit ſa- 93
cramentum, qui iuramento conſuetus fidem Deo frangit, ac ſacroſanctam illius

illius violat Religionem? Quæ ſumma in militia erat, vt lato calamo, & florida bonorum litterarum miſcellanea refert Thom. Demſter Paralipom. *ad cap. 3. lib. vltim. Roſin. de Rom. antiq.* Ioann. Bapt. Hanſ. *de iur. iur. veter. cap.* 21. Vide DD. per nos adductos noſtro *de lege Polit. tract. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6.

94 Sciendum tamen eſt, ne id omiſſum cenſeant: quod hæ pœnæ à noſtra l. contra iurantes conſtitutæ, ſeu potius hæc Politica conſtitutio in bonum commune Regni, ac ad Dei reuerentiam lata, etſi in materia Eccleſiaſtica videatur diſponere, ac conſequenter inadmiſsibilis: tamen cum contra Eccleſiaſtica ſtatuta non ſit, imò adiuuet Canonicas conſtitutiones, contra iurantes latas, legitima eſt, ac ſecundum eam diſponi, ac iudicari debere, tenuit P. Suar. *lib. 3. de iuram. cap.* 20. per totum præcipuè *num.* 15.

95 Hanc quæſtionem an ſuper iuramento valeant ſæculares leges diſponere, diſputat Petr. Barboſ. *l. 1. p. 1. ex num.* 74. *ſolut. matr. & adducti nu.* 107. Et Couarr. *in cap. quamuis pactum p.* 1. *§.* 3. *num.* 7. *de pactis*, inquit: *Poteſt enim contingere, quod plurimum interſit Reipublicæ aliquot iuramenta minimè fieri (vt in noſtra l. prohibita ſecundum Authent. vt non luxurientur homines) atque ideo Princeps ſæcularis prohibere iuſtè poterit, ne talia iuramenta præſtentur.*

96 Cum quo omittimus quæ ad hanc partem execrandi iuramenti abuſum pertinet, & ad alteram partem noſtræ l. deſcendimus, ſcilicet, *Que ſolo quedan permitidos los juramentos, que ſe hazen en juyzio, ò para valor de algun contrato, ò otra diſpoſicion.*

97 Sed ne diffuſius procedamus notandum eſt, dicta verba ſecundum l. C. mentem fuiſſe prolata, ac DD. placito. Nam ex *l. 1. de iur. iur.* deducitur iuramentum maximum fuiſſe remedium expediendarum litium, vt dum probationes, ac inſtrumenta deficiant iure iurando res dirimatur, Vvefembech. *in paratitl de iur. iur. num.* 4. Bapt Hanſ. *de iur. iur. cap.* 15

Ideo rectè â l. noſtra, *Que ſolo quedan permitidos los juramentos que ſe hazen en juyzio.* 98 Nam ex omnium conſenſu patet, licitum ac permiſſum eſſe illud iuramentum, quod in iudicio iudice inſtante, vel mandante fit, quod iudiciale appellatur *in dict. l. 1. & in l. 1. C. de reb. cred.* vbi gloſ. & ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 1. Bonacin. *tom.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 1. *p.* 2. Machad. *perfect. confeſſ. lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 8. *doct.* 1. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 217. *num.* 2. & 3.

Vel etiam iuramentum neceſſarium dicitur, 100 cum à parte recuſari non valeat, *l. generaliter, §. ſin autem. C. de reb. credit. cap. vltim. de iur. iur.* Menoch. *dict. conſ.* 217. *num.* 6. & 26. ſeu mandante iudice defertur.

Nec enim noſtrum eſt de iuramento 101 aſſertorio diſputare, nec de promiſſorio, aut comminatorio, cum de hac materia D. Thom. *dict. quæſt.* 89. Soto *lib.* 8. *de iuſt. & iur. quæſt.* 1. Machad. *d. tr.* 8. Villalob. *dict. tract.* 36. 102 *diff.* 1. *num.* 3. P. Suar. de vnoquoque iuramento tractatum edidit. De aſſertorio, & promiſſorio. *lib.* 1. *de iuramento cap.* 9. & *toto lib.* 10. Petr. Gregor. Toloſ. plures iuramentorum ſpecies refert. *lib.* 50. *Syntag. cap.* 4. 5. & 6. Tuſch. *litt. I. concl.* 496. *num.* 12. & 13. Duaren. latè *tit. de iur. iur.* diſputat, quæ actiones ex iuramento deſcendant, quodvè ad iuramenta edictum à Prætore concedatur. Sed inconcuſſe aſſerere iuramentum iudiciale quodcumque, vel teſtificatiuum, aut in litè, calumniævè neceſſariù, non ſolù ad inſtãtiam partis, ſed ex officio impoſitum, à lege noſtra admiſſum ac legitimum cenſeri, quod ex ſacris conſtitutionibus, ac Conciliarijs defendit Petr. Creſpet *ſum. Eccleſiaſt. verb. iuramentum.*

De iuramento confirmatorio tra- 104 ctatum habemus, Ioann. Gutierr. omnia ad hanc materiam pertinentia latè diſputauit, & Couarr. *in reg. peccatum parte* 1. *per totam.*

104 Ad ſecundam partẽ deueniamus, ſcilicèt. an iuramentum obligatoriũ permiſſum ſit,& quo iure. Et omiſſa quæ latè diſputant DD. *in auth. Sacramenta puberum.* circa iuramenta in contractu minorum facta, an ſubſiſtant, necne? de quo repetitiones ediderunt Philip. Corn. Franc Curc. Ioann Ign. Vberto de Bonenc. Ioann. Gutierr. & DD. ordinar. ad d.l. quę apud Hiſpanos eſt *l.* 16.*tit.* 11.*p.*3.*&* 1.6.*tit.* 19.*p.*6. Ne repetam DD. adducit Auguſt. Barboſ. *in d. Auth. Sacramenta puberum.num.* 1. Boer. Capell Toloſ. Mantica. Matheſil. Gail Mar. Ant on. Gam. Sarmient. Rimin. Honded. Achil Pedr. Mand. Turr. Alph. Simonzel. Donel. & Oſuald. Ant. Gabriel. Ioſeph Ludouiſ. Brun à Sole, Lara, Azebed. Parlad. Fachin. Menchac. Molin. Bot. Marc Anton Eug. Barboſ. Duar. Caldei. Cald Perei. Seraphin. Montan. Gutierr. Alex Trentacinq. Burg de Paz, Anton Fab. Sayr. Soar. Mantic. Caſtill. Graueo. Sanch. & Hermoſ. vbi vide quæ ad hanc materiam pertinent. Adde Stephan. Grat. *diſceptat.cap.*233.*num.*8. Surd. *conſ.* 46. *num.*3. D. Ioſeph. Vela *diſſert.iur. diſ.* 6. *num.*55.*&* 56. Menoch. *conſ* 388. *num.* 8. Parlad. *rer.quotid.lib.*2.*cap.*4.

105 Omiſſaque quæſtione illa, an minori detur reſtitutio contra donationem iuratam, de quo Molin. *de Primogen.lib.*2. *cap.*3.*num.*31.*&* 32. in quo duas eſſe opiniones ſecundum Surd. *conſ.* 46. *nu.* 15. Peregrin. *conſ.*77. *num.* 35. *vol.* 1. Fontanel. *de pactis clauſ.*4.*gloſ.* 10.*p.*2. *num.* 50. *&* *gloſ.* 18.*num.* 71. latè refert Caſtill. *lib.*3.*controu.cap.*2.*per totum.* Cancer *var.cap.*15.*nu.* 223. Brun. à Sole *q.* 22. Vbi DD. diſputant, an ſcienter pubes donationem, & fecit, & iurauit: an cauſa interueniente: an vero fraudulenter tantum ad donationem, & iuramentum fuerit inductus. Quo caſu ſuſtinendum, credo, vt dum remunerato riè, cognitaque cauſa donat, reſtitutioni non eſſe locum, vt Molin. dicto loco perpendit, & ſenſit Surd. cæterique, quos Caſtill. refert.

106 Præuium enim his eſt de quæſtione nouiter apud Hiſpanos agere, recepta, ac deducta ex textu in *l.*22.*tit.*11.*lib.*5. *Recop.* vbi ſtatuitur, quod filius familias pubes, minorque non valeat contrahere nullo modo, nec mutuum recipere, aut quid aliud, nec valeat talem cõtractum iurare, de quo Didac. Perez *in l.* 2.*tit.* 11.*lib.*5.*Ordin.* Azebed. *d.l.* 11. Ioann. Gut. *auth. Sacramenta puberum.num.*47. *&* 48.*C.ſi adu.vendit.* Mier. *de maiorat.* 4.*p.q.*1.*lim.*4.*num.*9. Matienç. *d. l.* 22. *gloſ.*8. Hermoſ. *l.*4.*tit.* 1.*p.*5.*gloſ.* 12. per totam.

Et quamuis in d. l. diſputent DD. 107
Num valeat Princeps ſæcularis iuramentum in contractibus prohibere, vt Couarr. *in cap.quamuis pactum p.*1.*§.* 3. *nu.* 7. Matienç. *d.gloſ.*8.*num.*1. Palac. Rub. *rubr.de donat.§* 47. *num.* 10. Auendañ. *de exeq.*2.*p.cap.*27.*nu.*4. Gregor. Lop. *l.*6.*tit.*4.*p.*6. Pinel. *l.*2.3.*p.cap.* 1.*num.* 11.*C.de reſc.vend.* Mexia *ad l. Tolet.* 7. *p.fund.* 2. *num.* 23. Ioann. Gutierr. *d. auth.Sacram.puber. num.* 151. Parlador. *lib.*2.*rer.quot.cap.*4.*ex num.*53. Camil. *de Cur.de feud.*2.*p.cap. ex nu.* Zeuall. *com.q.*188. Tiber. Decian. *tom.* 1. *crim. lib.*2.*cap.*34.*nu.*6. Cancer. *p.*1. *var cap.* 8.*num.*40. *&* *p.*2.*cap.*1.*à num.*5. Fontanel. *de pact.nupt.gloſ.*3.*clauſ.* 3.*num.* 14. quos vide ad hanc quęſtionem. Et latè Camil. Borrel. *ſum.deciſ. tit.* 60. *de iur. iurand.ex num.*293. *&* *nu.*307. *&* 370.

Dicendũ eſt ſęculari Principi non eſſe 108
prohibitũ contractũ, prohibere, ac eius naturã, ni certa qualitate interueniẽte, ac quod ſecus factum nullum ſit, Luc. de Pen. *l.*2.*ex n.*2.*cum ſeqq.C. de Agric. & cenſet. lib.* 11. Ioan. Gutierr. *de iur. conſ.p.*1.*cap.*40.*num.*52. Et cum iuramentum vires non conferat contractui, ſed ſecundum eius naturam reguletur, *l. fin. C. non numer. pecun. l. fin. qui ſatiſd. cog. cap. quemadmodum, §. illud, de iur. iur.* Couarr. *cap. quamuis pactũ p.* 1. *§.* 3. *n.* 10. Gut. *de iur.p.*1. *cap.* 37. per totum D. Ioſeph. Vela *diſſert.iur.diſ.*10.*num.*9. Ripa, *l. qui Romæ, §. duo fratres num.* 13. *de verb oblig.* Menoch. *conſ.*358.*num.*11. *&* *conſ.*27.*num.*49. *&* *conſ.*91.*num.*27. *&* *conſ.*84.*num.*41. *&* *conſ.*198.*nu.*7.

Leon

Leon. *decis. Valent.* 144. *nu.* 49. Cephal. *cons.* 61. *num.* 30. & *cons.* 118. *num.* 30. & *cons.* 137. *num.* 69. & *cons.* 142. *num.* 43. Roſent. *de feud. cap.* 8. *q.* 18. & *Add. lit. G.* Ruin. *conſ.* 16. *num.* 14. *vol.* 2. Decian. *reſp.* 10. *num.* 73. *vol.* 1. Rub. *conſ.* 7. *nu.* 7. Hipol. Rimin. *conſ.* 569. *num.* 165. Mantic. *deciſ.* 270. *num.* 9. Latè Cenedo *pract. q.* 30. *num.* 31. & 32. Fontanel. *de pact. nupt. p.* 1. *gloſ.* 21. *num.* 83. Torn. *conſ.* 47. *num.* 38. Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 56. Si contractus eſt nullus, etiam iuratus non ſubſiſtit, ſed abſque viribus, & poteſtate remanet, cum operatio contra legem ſit, quo caſu nec validatur, nec confirmatur iuramento Socin. Iun. *conſ.* 44. *num.* 71. *lib.* 2. Angel. *conſ.* 160. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 308. *num.* 19. & 20. Hipol. Rimin. *conſ.* 569. *num.* 163. Præcipuè ſi prohibitio legis, ac iuramenti in perſonam contrahentis dirigitur, vt ex Bart. *in l. ſiquis pro eo, de fideiuſſor.* Imol. *cap. cum contingat, num.* 93. *de iur. iur.* Rodrig. Suar. *l.* 1. *tit. de las arras. lib.* 2. *for. q.* 3. *col.* 3. Zeuall. *com. q.* 200. Men. *conſ.* 918. *nu.* 33. Ideoque attendi non debet in his contractibus factis à minoribus contra diſpoſitionem *d. l.* 22. iuramenti qualitas, ſed legis prohibitio, vt abſolutè ſiue iurati, ſiue non, in eis d. l. ſeruetur diſpoſitio, vt Mier. Matienç. & cæteri. Similem diſputat quæſtionem Fuſar. an iuramentum ſuppleat teſtamẽtum, ſeu validet contra legis prohibitionem factum, & tenet quod non, cum repugnet viribus ſuis ipſa iuris diſpoſitio *de ſubſtitution. q.* 308. *ex num.* 15. *Et num.* 18. refert hanc opinionem receptam commu nemq; eſſe adducens Bart. Salic. Alex. Curc. Din. Alciat. Pariſ. Decium.
109 Villal. Viuio. Tiraquell. Vazq. Gabr. Craſ. & Cacher. quia cum ſemper legis obligatio operetur ad prohibitionem actus, iuramentum non tolit illam obligationem, ac operationem legis, Oldrald. *conſ.* 238. & 278. Hipol. Rimin. *conſ.* 254. *num.* 7. Præſertim, quod *d. l.* 22. circa validationem, vel irritationem iuramenti nihil diſponit, ſed tantum prohibet contractũ à filio famil. minoreve factum cum qualitate â *l.* prohibita, quo caſu diſpoſitio legis valida eſt, nec virtute iuramenti in foro ciuili vires ſumere defendit ex *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *ord.* Petr. Barboſ. *l.* 1. *p.* 1. *num.* 74. *ſolut. matrim.* Latè Zeuall. *comm. quæſt.* 183. per totam, Camil. Borrel. *d. tit.* 60. *ex num.* 370.

Nec noſtrum eſt diſputare an prohi- 110
bitio iuramenti adhibendi publicum, vel priuatum bonum concernat, vt contractus creatus virtute iuramenti vires ſumat, vel non, cum breuitatem ſequi deſideremus, de quo Barboſa *d. l.* 1. *p.* 5. *num.* 72. & *ſeq.*

Illudque quod deducitur ex textu *in* 111
cap. cum contingat de iur. iur. ſcilicet mulieres res dotales alienare non poſſe, iuramentaque contractibus alienationem inducentibus adhibita, qualiter obſeruanda vel non, de quo Ioann. Gutierr. *de iuram. confirm. cap.* 1. *per totum.* Couar. *cap. quamuis pactum* 2. *p.* § 1. *num.* 5. Petr. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 1. *ex num.* 69. *ſolut. matr.*

Et vtrum illius textus deciſio proce- 112
dat alienãte marito res dotales in præiudicium mulieris, ac filiorum cum iuramento; an vero contrauenire valeat, de quo Petr. Barboſ. *d. l.* 1. *ſolut. matr. p.* 5. *num.* 35.

Neque, an virtute iuramenti renun- 113
tiari valeat remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* ſecundum quam contra venditionem factam minori pretio datur actio, De quo Bart. *in d. l.* 2. *num.* 9. Alex. *conſ.* 42. *vol.* 1. Socin. *conſ.* 48. *vol.* 4. Iaſſon *conſ.* 76. Pariſ. *conſ.* 20. *num.* 37. *vol.* 1. & *conſ.* 75. *vol.* 3. Gozadin. *conſ.* 32. Crauet. *conſ.* 7. 11. 114. 142. 188. & 192. Ruin. *conſ.* 10. *num.* 14. *lib.* 3. & *conſ.* 16. *num.* 3. *lib.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 59. *num.* 18. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 360. & 361. Add ad Gam. *deciſ.* 66. Paſcal. *de virib. Patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 47. Galerato *de renunt. cent.* 2. *renunt.* 102. *num.* 24. Barz. *deciſ.* 67. *nu.* 13. & 14. Hip. Rimin. *conſ.* 814. *num.* 58. refert. conſilia vbi hanc quæſtionem ſcripſit Cephal. *conſ.* 208. *num.* 13. & *conſ.* 210. *num.* 35. Ioan. Gutier. *de iur.*

conſ.

conſ.3.p. cap. 3. num. 7. Roxas *de ſucceſ. cap.*21.*nu.*78. Maſcard. *de probat. concl.* 1076.*num.*7. Padill.*l.*2.*num.* 44. *C. de reſcind.vend.* Ripa *lib.*3.*reſp.cap.* 15. Afflict.*deciſ.*322.*num.*7. Cacher.*deciſ.* 41. Gregor. Lop. *l.* 34. *tit.*14.*p.* 5.*& l.fin. tit.*19.*p.*6. Zeuall.*comm.q.* 115. *ex nu.* 1. Parlad.*lib.*2.*rer.quot.cap* 4.*num.*24. Torniel.*conſ.*72. Caſtill.*deciſ.* 14. *num.* 8. Seraph.*de priuil.iuram.priuil.* 61. *nu.* 22. Menoch.*conſ.*903.*num.*33. Camil. Borrel.*ſum.deciſ.tit.*60. *de iuram. num.* 140. Caſtill.*tom.*7.*de tert.cap.*18. *num.* 114.*&* 115. D. Petr. Noguer. *allegat.* 18.*num.* 57.

114 Et vtrum minori renuntianti cum iuramento *d.l.*2. remedium detur reſtitutio. *cap. cum cauſam.de empt.& vend.* Alexan.*conſ.*147. *vol.*2. Decio *conſ.* 349. *num.*6.*& conſ.*403. Pariſ.*conſ.* 12. *num.* 43.*vol.*2. Socin. Iun.*conſ.* 48. *num.* 19. *vol.* 1. cum Rub. & Croto. Roland. à Val.*d.conſ.*59.*num.*22. Hipol. Rimin. *conſ.*338.*num.*77. Couarr. *cap. quamuis pactum* 3.*p.§* 4.*nu.*4. Pinel.*l.*2.3.*p. cap.* 1.*C.de reſcind.vend.* Matienz.*l.*1 *gloſ.*8. *tit.*11.*num.*45. *lib.*5. Molin.*lib.*2.*de primog.cap.*3.*num.*18. Zeuall. *com. q.* 171. *&* 834. Morl.*in empor.p.*1.*tit.*9. *ex nu.* 7.8.*&* 9. Parlador.*lib.*2.*rer.quotid.cap.* 4.*num.*24.*&* 29. Fontanel.*de pact.nuptial gloſ.*18.*p.*3 *num.*31. *& ſeqq. & aducti num.antecedenti.* Hermoſill.*l.* 56. *tit.* 5.*p.*5. *gloſ.*11. *&* 12.*per totam. Præcipuè ex num.* 35. D. Ioan. del Caſtill.*lib.*3. *controu.cap.*2.*ex nu.*36.*cum ſeqq.* Giurb. *deciſ.* 103. *num.* 113. Aug. Barboſ. *in coll.l.*2.*C.de res.vend.num.*130.*&* 131. Matienz.*l.*1.*gloſ.*8.*num.*50.*tit.* 11. *lib.* 5.*Recop.* Gut.*de iur.conf.tom.*1.*cap.* 26. *num.* 8. Menoch.*conſ.*39.*&* 84. *nu.* 46. *& conſ.*197.*num.*87. Sforc. *de reſtitut. q.*54.*art.*8.*num.* 32. Afflic. *deciſ.* 322. Peregr.*deciſ.*8.*num.*9.*& deciſ.*112. *nu.* 20. Mart.*voto.*25. Fab. Ann *conſ.*73. *ex num.*4.*vol.*1. Peregr.*conſ.* 77. *num.* 35. *vol.*1. Aldouin.*conſ.*1.*num.*51.*vol.*1. Aretin.*de fidei.*2.*p princ.ſect.*4.*cap.*11. *nu.* 5. Caſtill.*tom.*6.*cap.*168.*§ vn.ex num.*34. D. Petr. Noguer.*allegat.*34.*num.*14.15. *&* 16.

Ad illud deueniendum eſt, an iura- 115
mentum taliter ſit per ſe obligatorium quod contractui cui adijcitur, vires ad dat, prę ter ipſius naturam contractus nam quod ſic tenet Parlador. *dict. cap.* 4 *num.* 1.

In quo videbatur dicendum quod iu- 116
ramentum adhibitum in contractu ciuiliter prohibito, validat contractum, taliter quod etſi virtute laicæ prohibitionis vſus illius præcluſus ſit, tamen vti poteſt virtute iuramenti in Eccleſiaſtica ditione, vt Petr. Barboſ. *l.*1.*p.*1.*ex num.*74.*ſolut matr.*

Tamen fatendum eſt quod ad opera- 117
tionem iuramenti attendenda eſt contractus natura: nam ſi ipſe contractus ſimulatus, doloſe factus, ac conſequenter nullus à lege conſtitutus eſt, cum iuramentum illius ſequatur naturam, vtique iuramentum vires non habebit, neque vim conferet contractui, *vt in cap. quamuis pactum de pactis lib.*6.*d.cap. cum contingat, & in auth. Sacramenta puberum.*

Nam vt notat P. Suar. *lib.* 2. *de iura-* 118
mento cap. 1. *num.* 4. dum iuramentum additur obligationi ab homine factę, non variat illius obligationem, ſed tantũ confirmat à iure cõceſſam, *l. vlt. C. de non.numer pecun. l. cogi quiſatiſd. cog.* Doctor *in l.*1 *§ ſiquis.ita.de verb obl.* Fuſar. *de ſubſt.q.*260.*n.*18. Quare ſi alicui contractui lex non adſiſtit, vt de eo actio oriatur, vt notat Petr. Gregor. *lib.* 50. *Syntag cap.* 6. *num.* 3. tunc etiamſi in illo addatur iuramentum, virtute iuramenti non datur actio, nec lex adſiſtit ad illius validitatem, ſed ſemper ineffi cax remanet, cum non habeat vim confirmandi contractum, quod ex natura ipſius iuramenti probat Suar. *d. lib.* 2. *cap.*28.*num.*3.

Hanc concluſionem comprobant 119
DD. ex textu in *l. iurisgentium.*8.*§ ſi paciſcar.verſ.& generaliter de pact. l. non dubium, C. de legib. l. ſiquis pro eo. de fide iuſſor.* Vbi iuramenta non conferre vires contractui prohibito patet, vt latè Suar. *d. cap.*28. *ex num.* 3. Couar. *cap. quamuis pactum* 1. *p. §.*2.*num.*4. ex Corneo *conſ.*

135.*num.*

135. *num.* 19. *vol.* 1. Hipol. Rimin. *conſ.* 599. *num.* 49. & 50. Menoch. *conſ.* 918. *num.* 33.

Sed inquies hæc procedere quando à iure prohibitus eſt contractus: nam tunc iuramentum validum non eſt, ſed quando à iure prohibitus non eſt contractus, iuramentum contractui vim aii quam addere dicendum eſt.

120 Exemplum extat in donatione cauſa mortis iurata, quia cũ per ſe donare cauſa mortis prohibitum non ſit. Inquiunt DD. quod ſi iuratur mutat naturam, ac irreuocabilis efficitur donatio, & ſi aliàs, & per ſe, reuocabilis ſua natura eſſet, quia in iuramento matura deliberatio ad illius obſeruantiam interueniſſe creditur, vt ex plurimis congerit Couarr. *Rubr. de teſtam.* 2. *p. num.* 14. *verſ. quarta concluſio.* Rodrig. Xuar. *allegat.* 20. *num.* 5. Roland. à Valle. *conſ.* 8. *lib.* 1. & *conſ.* 61. *num.* 14. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 6. Sanch. *conſ. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 13. *nu.* 8.

121 Tamen in hac materia generalis concluſio ſtatuenda eſt, & ad alios caſus protrahi nec dubium eſt poſſe: ſcilicet quod ad cognitionem vtrum iuramentum vires contractui addat, attendenda eſt, in qua natura valeat: nã eſſe poterit quod in vim donationis, teſtamenti, vel codicilli ſubſiſtat; in vim vero donationis inter viuos nullius roboris ſit; ſi enim generaliter vires habet, ſiue in vim donationis inter viuos, ſiue cauſa mortis, crederem donationem cauſa mortis naturam mutare, ac ratione iuramenti in donationem inter viuos tranſire: ſi vero donatio non valet niſi cauſa mortis facta, vel quia condita eſt à non valente aliàs donare ex iuris prohibitione, hoc caſu, ſiue iurata, ſiue qualitercumque conſtituta in vim cauſa mortis remanere, ac iuramentum aut quaſcumque aliàs conditiones contractui additas, nullam addi contractui vim, imò iuramentum ſequi ipſius contractus naturam, cum præcipua iuris intentio ſit vt contracta ſic facta, ac condita cenſeantur, vt ſemper valeant, reiecta qualitate, ſeu conditione contractum annullante ex mutatione ipſius ratione adiecti, vel iuramenti, vel clauſulę non reuocandi contractum, vt communiter tenent DD. Paul. de Caſtro *conſ.* 76. *num.* 3. *lib.* 2. Guillierm. Benedict. *cap. rainuntius. verb. teſtamentum* 4. *num.* 25. *de teſtam.* Ruin. *conſ.* 51. *col.* 5. *vol.* 1. & *conſ.* 52. *vol.* 2. Mar. Iun. *conſ.* 21. Anton. Gabriel. *commun. opin. lib.* 2. *concl.* 9. *nu.* 8. Socin. *conſ.* 130. *vol.* 1. & 235. *volm.* 2. Mich. Graſ. *epitom. ſucceſſ.* §. *donat. cauſa mort. q.* 1. *num.* 5. Crauet. *conſ.* 52. *num.* 4. Boer. *deciſ.* 353. *nu.* 4. Couarr. *rubr. de teſtam. 1. p. num.* 11. Dueñ. *reg.* 127. *lim.* 1. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 22. Ioan. Gutier. *de iuram. confir. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 4. Matienç. *l.* 7. *glo.* 1. *num.* 18. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* Sanch. *conſ. mor. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 8. Flor. de Men. ad Gam. *deciſ.* 259. Steph. Grat. *cap.* 99. *diſcept. num.* 33. Caſt. *lib.* 4. *contr. cap.* 48. *num.* 6. & *tom.* 6. *cap.* 119. *num.* 33. Cephal. *conſ.* 41. *ex nu.* 15. adducens Alex. Nata, Oſaſc. Hipol. Riminald. *conſ.* 72. *num.* 146. Tiber Dec. *tom.* 2. *reſp.* 39. *num.* 72.

Sed neceſſario dicendum venit in 122
Ariſtotel. 7. *Politic. cap.* 8. refert artes neceſſarias eſſe in republica ſicuti alimenta, & Plutarch. notat. *de fortuna. Et ſanè artes dicuntur paruæ, quædam eſſe prudentiæ, vel potius micæ prudentiæ, & ramenta in huius vitæ vſus diffuſus*, ex quo eas vrbiũ decus eſſe dixit Caſiod. *lib.* 1. *epiſt.* 13. ac Magiſtras eſſe virtutis notat Cicero.

Ex quo Franc. Patric. *lib.* 1. *de inſtitut. Reipub. tit.* 8. commendat Principi, vt ſuam habeat rempublicam artium exercitio affluentem, de quo Adam. Contz. *d. lib.* 8. *Politic. cap.* 15. *per totũ*, Petr. Gregor. *lib.* 4. *de Republic. cap.* 9. Eduard. Vveſten. *lib.* 2. *de mor. Reipubl. cap.* 24. Beierlinch, *theatr. vit. human. tomo* 1. *verb. ars*, per totum, quorum opera, ac induſtria pauperes ſubleuentur, vt Stob. *Vir pauper, qui nullam didicit artem, non tuto viuere poteſt.*

Hæc neceſsitas, ſeu vtilitas cauſam præbuit, vt artes mechanicas exercentibus, ſeu artificibus immunitates concederentur, vt patet in *l.* 1. & 2. *C. de excuſation. artific. lib.* 10. vbi latè Cuiac. Luc. de Pen. ad *l.* 1. & Rebuf. ad *d. l.* 2. *num.* 1. notat profeſſores, ſeu Magiſtros mæchanicarũ artium immunitate gaudere, Sebaſt. Neuio in *ſyſtema ad d. l.* 1. & 2. Petr. Barboſ. *ad l.* 1. *part.* 7. *num.* 56. & 57. *ſoluto matrim.* adductus à D. Franc. de Amai. *in d. Rub. C. de excuſat. artific.* Adam. Contz. *lib.* 8. *Politic. cap.* 15. §. quod à Politicis commendatur Principi, vt notat Nauarrete *diſcurſ. Politic. diſcurſ.* 47. Et Andreas Alciat. *ad d. l.* 2. inquit, deciſionem illius loqui de mechanica arte, cùm etſi *Mathematicos* referat, antiquitus *Mæchanicos* dixerit, cùm pariter vſus mechanicæ artis ad neceſsitatem reipublicę neceſſarius ſit, vt diximus, Petr. Greg. *lib.* 18. *Syntagm. cap.* 21. per totum præcipue *n.* 7.

Quare notãdum eſt, artes illas à republica abijciẽdas eſſe quæ vtilitatem ad rempublicam, ſeu vitam ciuilem nõ adferant, ſed in ſe ipſas vane extinguuntur ac deſinunt, vt notauit Elias *com. in orat.* 3. *D. Nazianz. aduerſ. Iulian.* Cæteræ verò amplectendæ ac fouendæ, vt docuit Franc. Patric. *de inſtit. reip. d. lib.* 1. *tit.* 8. cum iuuamen humano generi conferant, vt D. Nazianz. præcept. ad Virgin.

Arſque

Arſque hominem docuit quod ei natura negarat.

Ex quibus rectè ac pie verèque Regiæ Maieſtatis virtute fuiſſe à noſtris Regibus cautum, vt infantes expoſiti artibus his præficerétur, vt vtilius pro conſeruatione, ac auxilio reipublicæ proſpicerent.

49 Quæ haud omiſſa à Romana Republica fuerũt, teſte Plutarcho in *Numma Pomp.il.* Nam ipſe primus Collegia artificũ diuiſit. *Diuiſit autem ſecundum artificia, vt ſuum peculiare munus haberent, tibicines, &c.* Quam curam commendat Roſin. *Roman antiquit. lib.* 8. 8. *par. leg.* 12. *Tab. fol. mihi* 622. Plin. *natur. hiſt. lib.* 35. *capit.* 12. de quo ſcripſit Petr. Gregor. *lib.* 15. *Syntagm. cap.* 32. *num.* 3. ratione publicæ vtilitatis, ac conſeruationis boni communis, Petr. Greg. *lib.* 13. *de Republ. cap.* 2. *num.* 2.

50 Tamen notandum erit rectè conſtitutum, vt artem nauicularium exerceant, vt ibi. *Y particularmente al exercicio de la marineria, en que ſeràn muy vtiles, por la falta que ay de Pilotos.* Quæ cõſtitutio deducta ex præcepto & executione Themiſtoclis videtur, vt Plutarc. in eum. *Sunt que hac pecunia confectæ centum triremes, quarum in nauali contra Xerxem prælio vſus eſt. Exinde ſenſim ciuitatem ad mare exercendum deduxit, quos terreſtri bello, ne aduerſus ſui, quidem ſimiles ſatis roboris haberet: nauium verò præſidio & barbaros propulſare, & Græciæ Imperium adipiſci poſſe intelligebat. Itaque ciues ex militibus in acie ſtare ſolitos, nautas (vt ait Plato) & maritimos effecit. Incurritque in calumnias eius facti cauſa, quod ciues haſta & clypeo ſpoliatos, ad tranſtra, & remos detruſiſſet. Hæc autem confecit Themiſtocles, Miltiade, qui cõtradixerat ſuperato, ſi Teſimbroto credimus. Puritatem ne, & integritatem ciuitatis eo facto læſerit: an verò ſecus, his qui altius huiuſmodi res conſiderant diſputandum relinquo. Certè ſalutem Græciæ partam mari, Athenaſque iam labefactatas opera illarum triremium ſtabilitas fuiſſe, cum reliqua ſint teſtimonio, tum ipſe Xerxes affirmauit.* Æmil. Probo. in vita Themiſtocl. hæc proſequitur. *In quo cum diuitijs ornauit, tum etiam peritiſſimos belli nauali fecit Athenienſes. Id quantæ ſaluti fuerit vniuerſæ Græciæ bello cognitum eſt Perſico, &c.* Quæ executio, quod præceptum, deductum ex Delphico oraculo Athenienſibus præſtito, ante bellum Perſicum notat Iuſtin. *lib.* 2. *Hiſtor. Aduentante igitur Xerxe, conſulentibus Delphis oraculum, reſponſum fuerat, ſalutem muris ligneis tuerentur, &c.* & lib. 6. Quod commẽdauit Regibus Hiſpani, 51
Barboſ. *in Politic tractat.* 1 *fol.* 164. & *ſequentibus.* Et quidam Hiſpanus Politicus in eleganti Politica nondum in lucem edita dixit ob commune bonum verbis ſequentibus: *El ſeñor deſta Monarquia deue velar como la tendrà proueida, y abaſtecida de aquellas coſas que ſon neceſſarias para ſu conſeruacion y aumento: y ninguna lo es tanto como la criança de la marineria, &c.* Et poſteà in noſtro caſu. *Eſta Prouincia y los Reynos dependientes eſtan boxados de los mares Oceano y Mediterraneo por todas ſus coſtas, y los que nacen en ellas ſon caſi animales maritimos: tanto ſe les pega de la vezindad de la mar. Eſtas Prouincias en ſus coſtas ſon muy fecundas de gente, y todas la echan de ſi porque no la pueden ſuſtentar, que es la mayor parte de nueſtros mendigos, y vagamundos. Gran caudal ſerà eſte para el Principe ſi diſpuſieſſe como eſtos niños deſamparados ſe criaſſen por ſu cuenta, o de aquellas Prouincias, cuyos hijos ſon, para que deſde los diez años ſalgan a ſeruir en las armadas, y ſe vayan naturalizando en aquel exercicio,* Boter. *Razon de eſtado, lib.* 1. *fol* 9 & 10.

Nauigandi artem à Neptuno inuen- 52
tam referunt critici, vt Roſin. *antiquit. Roman. lib.* 2. *cap.* 3. A Phœnicibus voluit Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. & D. Nazian- 53
zen. *orat.* 3. Verior tamen opinio illo- 54
rum eſt dicentium nauium inuẽtionem, ſeu nauigandi vſum ab ipſo Noe initium accipere, vt ex Geneſ. Polidor. Virgil. *lib.* 3. *de inuent. rer. cap.* 15. Rauiſ. Textor *in officina* 1. *tom. pag.* 326. Camil.

Borrel. *de præſtant. Reg. Catholic. c.* 19. *num.* 54. & 55. & alios congerit D. Ioan. de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 70. Phœnices verò incepiſſe habere aliquid maritimæ peritiæ ex Luna, Sole, & Sideribus, Pined. *de rebus Salomon cap.* 15. *§.* 5. *pag.* 208. Tybul. *Eleg.* 7.

55

Primam ratem ventis credere doctaTyros.

Quam neceſſariam eſſe ante primum bellum Punicum cognoſcentes Romani, cuidam commiſerunt, vt milites in executione naualis militiæ edoceret, quod & qualiter fuiſſe factum refert Polibius *lib.* 1. & ex eo Roſin. *Roman. antiq. lib.* 10. *cap.* 19.

56

Cuius artis gloria tanta fuit, vt non ſolùm terreſtribus triumphis, ſed nauali bus aucta admodũ fuerit, de quo Robert. Valturrio *de re militar. lib.* 11. *c.* 1.

57

Romana Reſpublica nihil credidit vtilius ad ſubiectionem Imperij, quàm paratam ſemper habere claſſem, Iulius Ferret. *de re naual. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *Nauium claſſem eſſe vnum ex Principis præſidijs, cum multi Principes terreſtri exercitu victi, apud loca maritima victores extiterunt maritimæ claſsis præſidio,* Fab. Capic. Galeot. *d. reſpon. fiſc.* 13. *num.* 102. vt diligentia ſumma expoſtulante neceſsitate mitteretur auxiliũ. Ex hac cauſa duas nauium claſſes habitas fuiſſe apud Miſſenum, & Rauenam teſtatur Tacit. *lib.* 4. *annal.* & Veget. *lib.* 4. *de re militar. cap.* 41. qui neceſsitatem claſsis, & vtilitatem ſic exponit: *Romanus autem populus pro decore & vtilitate magnitudinis ſuæ, non propter neceſsitatem tumultus alicuius claſſem parabat ex tempore, ſed ne quando neceſsitatem ſuſtineret, ſemper habuit præparatam. Nemo enim bello laceſſere, aut facere audet iniuriam ei Regno, vel populo, quem expeditum, & promptum ad reſiſtendum vindicandumque cognoſcit. Apud Miſſenum ergo & Rauenam ſingulæ legiones Romani nominis cum claſsibus ſtabant, non longius à tutela vrbis abſcederent, & cùm ratio poſtularet, ſine mora, ſine circuitu, ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam Miſſe natium claſsis Galliam Hiſpanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam in proximo habebat. Claſsis autem Rauenantium Epiron, Macedoniam, Achaiam, Proponticem, Pontum, Orientem, Cyprum petere directa nauigatione conſueuerat: quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe, quàm virtus,* Lipſio *lib.* 1. *de milit. Roman. cap.* 5. Adam Contz. *lib.* 9. *de Re public. c.*.... Fab. Capic. Galeot. meritiſ. Regens Senatus Italic. *d. reſp.* 13. *num.* 100. Quo cognito à noſtris Regibus ſicuti à Romanis proſpecto, ab eis fuit eadem ratione cautum in *l.* 1. *titul.* 10. *lib.* 7. *Recopilat. Principalmente pertenece a nueſtro Real eſtado tener en las nueſtras villas, y lugares de la coſta de la mar de los nueſtros Reynos muchos nauios y galeras, y otras fuſtas, eſpecialmente para quando Nos mandaremos fazer armada y flota do fuere nueſtro ſeruicio, y eſtando fecho eſtarian mas a punto para nueſtro meneſter, y nueſtra Corona Real ſerà en mas tenida, y enſalçada, y los robos y repreſalias por la mar ſe eſcuſarian.* Quod deductum ex Plutarch. *in Pompeium* videtur, dum de Piratico bello differit, quę nec à noſtris Regibus omiſſa, imò proſecuta in l. 7. *Entendiendo ſer cumplidero a nueſtro ſeruicio, y gran honra y vtilidad a nueſtros Reynos ſubditos y naturales dellos, &c.*

58

Varias olim fuiſſe cõſtruendarum nauium differentias referunt Hiſtorici apud Plin. *lib.* 4. *hiſtor. c.* 16. & *lib.* 6. *c.* 22. *lib.* 7. *c.* 56. & *lib.* 13. *c.* 11. de quo I. C. *in l.* 2. *de captiu. l.* 30. *de pignor. l.* 1. *§. Sed etſi de exercitor. l. vlt. de ſeru. ruſtic. l. fin. de fund. inſtruct.* Girald. *lib. de re nautic. cap.* 1. Brod. *lib.* 4. *Miſcellan. c.* 23. de quo Lucan. *lib.* 4.

59

Neque enim de more carinas
Extendunt, pupeſque leuant, ſed firma gerendis. †*Molibus inſolito cõtexant robore ductu, &c.* Plura Carranç. *de las monedas p.* 1. *c.* 3. *§.* 3. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dier. genial. cap.* 2. & ibi latè Tiraquel. *ex fol.* 442. & 443. doct. Fab. Capic. Galeot. *in reſp. fiſc. reſp.* 13. *num.* 99.

60

Neque enim ſilent ſacræ literæ Tyri & Sidonis nautico fœnore quęſitã glo-

riam,

riam, cùm inuentores fuerint nauticæ artis, Volaterran. *lib.* 11. *Geograph. cap. de Syria*, Herodot. *lib.* 1. *cap.* 163. Vide lector attentè Tyri descriptionem ab Ezechiele factam cap. 27. & 28. *O Tyre tu dixisti, perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum abietibus de Sanir, extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris, Cedrum de Libano extruxerunt, vt facerent tibi malum, quercus de Basam dolauerunt in remos tuos, transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ.* Et cap. 28. *Omnis lapis pretiosus operimentũ tuũ, &c.* 61

Vnde enim tanta Tyri gloria? à nauali commercio, vt ex ipso *cap.* 27. *Habitatores Sidonis, & Haradij fuerunt remiges tui, sapientes tui Tyre facti sunt Gubernatores tui, senes Biblij, & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ, omnes naues maris, & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ*, quod ad nostrum casum sic exponit Lyra. *Sapientes tui Tyre, ideſt, valdè experti in mari*, & posteà. *Omnes naues maris, & nautæ earum fuerunt, Hiperbole est ad designandam multitudinem nauium, & nautarum portum Tyri frequentantiũ.*

Nec Rhodiorum memoria oblita est nauticæ gloriæ causa, in qua apprimè periti erant, de quibus Volaterranus *lib.* 38. *fol.* 456. *Rhodij qui plurimum arte nautica pollebant, auxilium Romanis contra Philippum fuere.* Ex quo nec dedignati sunt I. C. leges maris secundum Rhodiorum consuetudines decernere *toto tit. ad l. Rhod. de iactu.* 62

Tanta semper habita est nauticæ artis virtus, vt primus naualis certaminis triumphator nec omissus sit à D. Hieronym. *aduersus Iouinian. lib.* 2. *cap.* 27. *Duellus, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit*, meminit etiam Adam Contz. *lib.* 4. *Polit. cap.* 12. *§.* 4. 63

Nec omissa Regis nostri cura à Politicis fuit. Nam Adam Contz. *lib.* 10. *Polit. cap.* 50. inquit, *Themistoclis olim fuit, & deinde Pompeij Magni consilium, vt classium ratio haberetur, omnia ab eo possideri, qui mare teneat.* 64

Ideo attentè fuisse prospectum videtur, vt exposiri infantes nauarchali arti, & alijs incumbant, vt ex eo bonum illud Respub. consequatur, vt Augustus apud Dion. *lib.* 56. *At verò Reipublicæ qui non sit vtilissimus (siquidem vrbes & populi durabunt) multitudinem esse hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ nauigationes exerceat, quæ artes, & opera tractet.* 65

Nam I. C. in *l.* 1. *§. Si is qui nauem, vers. Ideò*, inquit. *Ad summam Reipublicæ nauium exercitatio pertinet*, Aristophan. *in Plut.* Petr. Fab. *lib.* 1. *semestr. cap.* 25. *fol.* 171. Azeued. *in l.* 1. *n.* 13. *tit.* 10. *lib.* 7. *Recopil.* Quod ex ratione à Cicer. tradita 5. *in Verr.* deducitur. *Classi pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præsidiumque Prouinciæ.* (De Venetica Republica eiusque Nauali exercitio, vide Iul. Ferret. *de re naual. lib.* 16. *§. Est natura maris n.* 6. Fab. Capic. Galeot. *d. resp.* 13. *n.* 114.) D. Ioan. de Solorz. *tom.* 1. *de Ind. Gubern. c.* 8. *n.* 12. Camil. Borrel. *de Reg. Cathol. præstant c.* 8. *n.* 4. Marth. *de iurisdict. p.* 2. *c.* 23. *n.* 27. Calist. Ram. *de leg. Reg. §.* 14. Seraph. de Freit. *de iust. Imperat. Asiat. c.* 1. *n.* 16. Strach. *tract. de nautis, & nauigat.* & Petr. Gregor. Tolos. *lib.* 29. *Syntag. c.* 10. *n.* 1. Buleng. *de Imper. Rom. lib.* 6. *c.* 7. Iulio Ferret. in *tract. de re nauali.* doctiss. Fab. Capic. Galeot. *d. resp.* 13. *ex n.* 99. *cum sequent.* 66

Ideò magnopere intendere debent Principes, quòd arte nauarchali præficiãtur subditi, vt ex eo sequatur vtilitas publica, vt de Attica regione refert Frãc. Patric. *lib.* 1. *de instit. reipub. tit.* 1. *fol.* 10. & in nauali prælio experti milites sint, cùm nihil tam capax fortunæ sit, quàm mare, Tacit. *lib.* 11. *annal.* Senec. *epist.* 4. Vegec. *lib.* 4. *cap.* 44. 67

Ad cuius artis executionẽ Principes suos inuitarunt subditos, magnas nauarchis conferentes immunitates, de quo *tit. C. de naucler. seu nauicul. lib.* 11. *l. bis qui naues* 3. *de vacat. muner. l. penul. C. de excusat. tutor. l. semper* 5. *§. negotiatores de iur. immunit.* Bulenger. *de Rom. Imper. lib.* 6. *c.* 7. Petr. Fab. *lib.* 2. *semestr. c.* 25. 68

Quales verò esse debeant, qui nauibus 69

bus præficiantur tradunt leges noſtræ Partitæ: nam debent eſſe in ſcientia, & peritia artis nauticæ experti, *l.1.titul. 24.p.2. La primera que aquellos que la ouieren de fazer ſean ſabidores de conocer la mar, è los vientos*, & in *l.3.* de Almirante, *E de ſi que ſea ſabidor del fecho de la mar, è de la tierra, porque ſepa lo que conuiene fazer en cada vna dellas*, & in *l.3.* de nauicular. *Que ſeã ſabidores de conocer todo el fecho de la mar*, hi enim ni magna experientia, ſcientiaque nõ valent, exequentur quæ Virgil. cecinit 3. *Æneidos.*

Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis,
Ipſe diem, noctemque negat diſcernere cœlo,
Nec meminiſſe viæ media Palinurus in vnda.

70 Ideoque prudenter ac politicè conſtitutum videtur, vt infantes expoſiti nauicularioꝝ arte doceantur, ne inopia redundet in detrimentum boni publici, vt in *l. cum Nauarchorum 6. C. de naucler. & nauicular. lib.11.*

71 Huius boni publici cauſa ex nauigatione prouenientis fuiſſe conſtitutum videtur ab Imperatoribus *in titul. C. de cupreſſ. ex luco Daphnenſi lib.11.* vt cupreſsi à particularibus non exciderentur ex luco Daphnenſi, Petr. Greg. *lib. 37. Syntagm. cap.6. num.12. & lib.3. c. 20. num.1.* in ſuburbano Antiochiæ ſi-
72 to, Sozomen. *lib.5. Hiſtor. Eccleſ. c.19.* Cuiac. *ad tit. C. de cupreſſ. lib.11.* Nicephor. Caliſt. *Eccleſ. Hiſtor. lib.10. c.28.* Cuiac. *lib.2. obſeruat. cap.13.*

73 Non tamen ignoro hanc prohibitionem ex mente DD. ob id fuiſſe inductam, quòd continerent cupreſsi aquas Nili, ne extra aggeres flueret, vt Luc. de Pen. *in rubr. ad tit. C. de cupreſſ.* Rebuff. autem in *d. rub.* credit ex eo inductam prohibitionẽ, ne ripæ, aut aggeres iux-
74 ta Nilum exiſtentes vi fluminis labantur, ſed terram iuxta ripam exiſtentem teneant. Huic Rebuffi ſententiæ conuenit quod de Nili inundatione, cura-
75 que ruſticorum refert D. Hieronym. in Ezechiel cap.30. ibi: *Moris autem Ægyptiorum eſt propter inundationem Nili excelſos aggeres conſtruere ad ripas Nili. Qui ſi cuſtodum negligentia, vel nimia àquarum magnitudine rupti fuerint, ſubiacentes campos nequaquam rigant aquâ, ſed opprimunt, atque depopulantur.*

Nili fluminis vtilitas inundationum 76
ſuarum cauſa nullum latet, D. Ambroſ. *lib. de Noe & arca cap.14. Nilus exundat, vt iaciendis ſeminibus terra molleſcat, & blandiore ſinu, elementiore gremio ſemina miſſa ſuſcipiat.* De quo Elias *in orat.24.* D. Gregor. Nazianz. *Tum enim magno cum impetu & fragore labens vltra ripas quidem ſeſe profundit: ſubiacentem autem Ægypti regionem miriferam reddit.* Ex qua cauſa ab ipſo D. Nazianz. fru- 77
gum parẽs appellatur *orat.39. Nec omnes ij honores, quibus Nilum decorant, illum inquam frugum parentem, vt ipſi prædicant, ſpiciſque copioſum & locupletem, atque vbertatem cubitis metientem.* Et Ouid. *lib.3. Carmin. Od.2.*

Qua tumidus rigat arua Nilus.

Et Senec. *lib.4. nat. quæſt. cap.2. Quãtum creuit Nilus, tantum ſpei in annum eſt. Nec computatio fallit agricolam adeò ad menſurã fluminis reſpondet, quã fertilẽ facit Nilus*, de quo Petr. Fab. *lib.3. ſemeſtr. cap.15. fol.215.* Cicer. *lib.2. de natur. rer.* Plat. *in Tymeo.* Lucan. *lib.8. Pharſal.*

Terra ſuis contẽta bonis, non indiga mercis
Aut Iouis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Plura de Nilo Guillielm. Amn. *in Geneſ. fol.41. & 42.* latè D. Franciſc. de Amai. *lib.3. obſ. cap.4. per tot. Forcatul. de Gallor. Imper. lib.2. fol.105.*

Ex hoc principio deducitur intelli- 78
gentia ad text. in *l. pen. §. in Ægypto de extraordinarijs crimin.* vbi puniẽdos eſſe inquit I.C. qui chomata, ſeu aggeres Nili Niloticam aquam continentes rumpunt. Aggeres autem dicebantur terra 79
cumulata, ad conſeruationem terminorum, ſeu agger eſt munitio, ſeu deſignatio viæ, aut terminorum, vt Paul. *lib.4. de vita Sanct. Martin.*

Carpebat prægreſſus iter qua public⁹ agger.

De quo *l.2. C. de immunit. non conced. lib.10.* Et etiam agger pro muro à milite facto vſurpabatur, vt Paſſerat. *ad Propert. lib.1. Eleg.21.* ad illud.

Miles ab Hætruſcis ſaucius aggeribus:

Et

80 Et qui arbores ex Ripa Nili, Sycomorum excidunt. Ratio enim ea eſt, ne ex ruptione aggerũ ſterilis permaneat terra, labens aqua Petr. Gregor. *lib.* 31. *Syntagm. cap.* 15. *n.* 2. *& lib.* 35. *cap.* 9. *n.* 1. & anteà, *lib.* 30. *cap.* 6. *n.* 3. Amai. *d. c.* 4. *n.* 31. *& in l.* 2. *C. de inmun. nemin. lib.* 10. Et ne ex ſciſsione Sycomorum, ex quorum virtute chomata conſeruantur dãnum ſequatur poſſeſsionibus, aut diuiſionibus agrorũ, cùm hæc omnia ad bonum commune pertineant, vt ad operum culturam aquæ permanſio, Iuuenal. *Satyr.* 15.

An ne aliam terram Memphitide ſicca
Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo,

81 Vel vt ne damnum ex cõmiſtione agrorum proueniat, vt Iacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 386. per totum. Ideò ſemper magnoperè ab Imperatoribus proſpectum pro conſeruatione Ægypti, quæ abſque Nili inundationibus, ſeu ſtagnationibus non poterat conſequi, vt Senec. *d. cap.* 2. Petr. Fab. *d. cap.* 15. & patet ex D. Nazianzeno, & Ambroſ. & Amai. *d. cap.* 4.

82 Habemus etiam in hac materia, *l. vnic. C. de Nili aggerib. nõ rumpend.* Petr. Greg. *lib.* 31. *Syntag. cap.* 15. *n.* 2. *& lib.* 35. *cap.* 9. *n.* 1. & anteà, *lib.* 30. *cap.* 6. *n.* 3. cuius conſtitutionis tenorem, non ratione agrorum latam eſſe voluit Menoch. *d caſu* 386. Sed ne chomata conſtituta ad cõſeruationem locorum, oppidorumve rumperentur. Nam cũ Nili ſtagnatio perutilis, quanto maior eſſet, vt Senec. *d. cap.* 2. *Maiorque eſt lætitia gentibus, quo minus terrarum vident.* Et oppida tantum inſularum modo extent, ad quorum conſeruationem fiunt aggeres (vt Ægypti pyramides ad conſeruationem Memphis) cõtra rumpẽtes aggeres conſtructos ad cõſeruationem oppidorum fuit lata *d. l. vnic.* cõſtitutio, de qua Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *c.* 240.

Ex quibus iuſtè videtur à Plat. & Rebuf. obtetum cupreſſorum exciſsionem ratione conſeruationis agrorum Nili fuiſſe prohibitam.

83 Alij autem voluerũt prohibitionem d. tit. C. de cupreſsis. inſtitutã ratione diuinitatis illius, & quia lucus pro ſacro colebatur, ſacratuſque erat Daphni, cuius cultus ac veneratio in amænitate frondoſitateque luci conſiſtebat, vt demonſtrat Nicephor. Calix. *lib.* 10. *Hiſt. Eccleſ. c.* 28. inquit enim in eo luco Daphnen. Apollinis amores fugientem in arborem ſui nominis fuiſſe conuerſam: ſed cùm puellæ amore teneretur, aſsidue iuxta arborem inſediſſe. Ex quo magno honore illum lucum habitũ eſſe, de quo ſic proſequitur Nicephorus. *Græcæ autem ſuperſtitionis obſeruatoribus, præcipuè in maximo lucus habitus eſt honore.* Sed cùm valde nemoroſus ſit lucus, & cupreſſus conſpicua inter alias arbores ſit, amænitatis, ſeu diuinitatis cauſa ac religionis, conſtitutam hanc prohibitionem dicendum eſt, Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 157.

Ex hinc quod cupreſsi Diti dicatæ 84
fuiſſent, apud Romanos magnopere habitæ fuerunt, vt Lucanus.

Et non plebeias luctus teſtata cupreſſas.

Quare ſenſit Demſter ad Roſ. *de Rom.* 85
antiq. c. 39. *lib.* 5. diuitum tantum domibus permiſſum cupreſſos proponi.

Neque ab hac intelligentia diſtat ip- 86
ſius luci ſignificatio. Nam lucus ſecundum veram ſignificationẽ eſt locus arboribus conſitus, alicui Deo conſecratus. Laur. Val. *lib.* 4. *de ling. Latin. c.* 56. *Lucus nequaquam cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſuſque, atque vel alicuius hominis cineribus conſecratus*, & Seruius in illud Virgilij 1. *Æneid.*

Lucus in vrbe fuit media lætiſſimus vmbra.

Vbicumque Virgil. lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio, & Iuuenal. Satyr. 1. *in princip.* Forcatul. *de occulta Iuriſprudent. Dialog.* 1. *n.* 7. de Luco Martis, vbi inuẽta fuit lupa Romulum & Remum vberibus nutriens, inquit.

Nota magis nulli domus eſt ſua, quam mihi Lucus Martis.

De luco Martis, apud Colchos conſecrato, latè Valer. Flac. *in Argon.* & de Luco Dianæ Oratius *Arte Poetic.*

Cum lucus & ara Diana
Eſt properantis aquæ per amœnos ambitus agros.

Conſequenter ergo dicendum videtur, iuſtè huius diuinitatis cauſa conſtitutũ, vt cupreſsi ex illo luco Daphni conſecrato non ſcinderentur.

87 Tamen his omnibus omiſsis dicendũ eſt, tanta miraque attentione fuiſſe proſpectum ab antiquioribus pro conſeruatione, ac executione artis nauticæ, quòd ad illius vtilitatem conſequendã conſtituerunt, ne cupreſsi ex luco Daphnenſi ſcinderentur.

88 Nam maiores naues apud Ægyptios ex cupreſsis fiebant teſte Vegetio *de re milit. lib. 4. c. 34.* Adam Contz. *lib. 10. Polit. c. 50. §. 2.* quia ex D. Ambroſ. *lib. 3. Examer. c. 13.* cupreſſus ad res lacunarias apta eſt ibi: *Lacunaribus quoque commodiſque faſtigijs habilis eſt cupreſſus*, vel meliores quæ Liburnæ vocabantur Tit. Liu. *lib. 4. Decad. 3.*

89 Ex quo principio deſcendit conſtitutio apud Partenopem vigens, vt arbores in nemoribus illius Regni præcipue exiſtentibus 30. milliaria circa Neapolim non excindantur, ne deficiat materia lignorum ad triremes fabricandas, Scip. Rouit. *in pragm. Regn. Neapolit. tit. de Inciſion. Arbor. fol. 137.*

90 Et ſic ſenſit Luc. de Pen. *in d. rubric.* quòd huius tituli conſtitutio lata fuit, quia ex cupreſsis fiunt Liburnæ naues, de quibus teſtatur D. Hieron. in *Exech. c. 11.* habuiſſe Ptolomęum mille quingẽtas, in quo conuenit Boer. *deciſ. 177. ex n. 11.* poſt hæc ſcripta doctiſ. Fab. Capic. Galeot. *in reſp. fiſc. 13. numero 99.*

91 Et ratio ſuadet: nam ſi hæc prohibitio ratione aggerum, ac chomatum Nili conſtituta fuit, non diuerſo *à titulo de Nili agger. non rumpend.* adſcriberetur, imò à ſeparatione dignoſcitur diuerſitas ipſius conſtitutionis, & quod ad cõſeruationem aggerum Nili non fuit lata lex noſtra.

Secundò comprobatur, quòd lucus Daphnenſis, ſi ad ripas Nili ſitus fuiſſet, nequaquam ſic fuiſſet amænitate cupreſſorum conſpicuus, quanta commẽdat Nicephor. Caliſt. *d. c. 23.* & Cuiac. *d. lib. 2. obſeru. cap. 13.*

Nec tantum lucus, ſed nec cæteræ 92
cupreſsi, circa ripas Nili ſitæ creſcerent illa fœcunditate, qua cupreſsi in luco Daphnenſi inueniebantur. Nam cupreſsi iuxta aquas non coaleſcunt, teſte Plin. *lib. 17. natural. Hiſtor. cap. 26. Arborum ijs alij magis, alij minus gaudent, veluti cupreſſus, & aquam aſpernatur, & fimum ei, circumfoſuram, & amputationẽ*, qualiter equidem hæc à chomatis ſummoues, & ſi conſers, neceſſariò inducenda eſt cupreſſorum ſterilitas, vt antea Plin. *lib. 16. cap. 18. Aquas odere cupreſsi.* Ergo non ratione conſeruandorũ aggerum Nili, ſed ratione conſtruendarum nauium inductam prohibitionẽ dicendum eſt, præſertim quod Andr. Alciat. *ad l. 1. C. de cupreſſ.* inquit lucum littora non habere, vt prohibitio ex eo deducatur.

Ex quibus, etſi temere meam ſenten- 93
tiam inter tam grauiſsimos Doctores exponam, & opinionem eorum recepã oppugnem, fatẽdum credo Plat. Steph. & Scribentes in l. 2. C. de cupreſ. illius ſeriem haud intellexiſſe, volentes conſtitutionem illam latam fuiſſe ad conſeruationem aggerum Nili, quia iuxta Nili litora lucus Daphnenſis ſit, moti doctrina illorum verborum, *Sed nec à luco, vel à litore vnam cupreſſum alijs plantatis excidere.*

Nec ſequenda eſt Gotofredi lectio 94
ad *d. l. 2.* volentis dicta verba nõ ſic legenda, ſed verſione, aut emenda ſequẽti. *Sed nec Alitharca vnam cupreſſum alijs plantatis excidere.* Quam lectionem ſequitur Cuiac. *lib. 2. obſeru. cap. 13.*

Nam verè obcęcati ſunt in ſignifica- 95
tione, ac vera intelligentia *d. l. 2.* Prohibitio namque ſciſsionis cupreſſorum, ratione potius facta fuit diuinitatis, ſeu reuerentiæ illius luci, vt adſenſit Andr. Alciat. *ad d. l. 2.* & quia poſtquam fuit Daphnes in laurum conuerſa, meruit ibi habere plurimos dies; Apollinẽ cõſeſſum, Nicephor. *d. cap. 28.* quam alijs ex cauſis. Et ideò dixit lex, *ſed nec à luco, vel à litore*, ideſt à loco ſancto, aut Deo dicato, vt Daphni, vel Marti, vel Veneri, Plutarch. *in Theſeo, Lucũ in quo oſten-*

oſtendunt ſepulchrum Ariadnæ, Veneris vocant Lucum Amatuſij.

96 Nam lucus, vt diximus, locum dicatũ alicui Deo ſignificat.

97 Et litus dum vna T. tantum ſcribitur, vt in *d. l.* 2. ſignificat locum ſacratũ, ſeu libatum ſacrificijs, vel ſpatium circa aram, quia ibi hoſtiæ litabantur, Virg. 4. *Æneid.*

Sacriſque litatis indulge hoſpitio.

98 Ideò dicendum eſt, ac legendum, *ſed nec à luco, vel à litore*, ideſt, ab illo loco Daphni ſacrato cupreſsi non ſcindantur, nec vendantur lapſæ, ratione diuinitatis luci.

99 Et hoc patet ex ipſa legum ſcriptura. Nam dum littus ſcribitur pro ripa fluminis, ſiue maris, cum duabus TT. apponitur, vt *in l. qui fiſcales*, ibi: *Littora devia ſectatus, C. de nauicular. lib.* 11. *§. littorum quoque, inſt. de rer. diuiſ.* Luc. de Pen. *d. l. qui fiſcales, verb. littora.* Quæ opinio ſequenda, ac tenenda eſt, & dicendum ratione boni communis, & artis nauticæ conſtitutam prohibitionem *d. tit. C. de cupreſ.* ſecundum Luc. de Pen. ob idque iuſtè exequendam, L. noſtræ conſtitutionem, adamuſsimque ſeruandam, etiam ratione vtilitatis publicæ. Nec contemnenda eſt, licèt ad caſum non veniat intelligentia ad 2. p. illius. Prohibitionis, *vel Perſeis per Ægyptum non excidẽdis.* Arbor enim Perſica morbos curare referunt hiſtorici. Ex eo quòd cum Ieſus Dominus noſter, Virgo que Mater, ſuuſque ſponſus Ioſeph in Ægyptũ fugiſſent, Hermopolimque veniſſent, Arbor Perſica procera admodum ad portas Hermopolim adſtabat, quæ cum Domini aduentum ferre non poſſet, ad ſolum ſe demiſit, Deumque ſuum ſatorem adorauit, vt refert Nicephor. Caliſt. *Eccleſ. Hiſt. lib.* 10. *c.* 31. à quo tempore hæc arbor magnopere habita, cultaque admodum: quod ſentiens Iulianus Apoſtata conſtituit, vt omnes Perſicæ Arbores ſcinderentur: contra quam impiam conſtitutionem lata fuit huius tituli conſtitutio, vt notat Pancirol. *not. Imper. Orient. cap.* 143. *& lib.* 2. *variar. cap.* 258.

Sed cûm noſtrorum Regum cura (vt decet) religione fulciatur, ac quę ad pietatem pertinent intendat, prima ſuæ maieſtatis obligatio ſtatuit, vt quamuis præceptum ſit, quòd infantes expoſiti arte nautica edoceantur, non verò Magiſtros habeant Grammaticæ: tamen conſtituit vt ſtatuta a Sancto Concilio Tridentino circa ſeminaria obſeruentur, ibi: *Pero queremos que ſe conſeruen los Seminarios que conforme al Santo Concilio de Trento ha de auer.* Hæc enim prius conſtituta fuere per *l.* 62. *cap.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* de quo latè Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18.

Ad l. 35. tit. 7. lib. 1.

EDidit huius legis Commentarium D. Ioan. de Eſcobar & Corro, *tractat. de puritat. & nobil. proband.* quapropter in ea non ſcribere decreui, quia aut repetere neceſſe ſit, aut impugnare, quod abhorreo. An verò huius legis præceptum obſeruari debeat ab Eccleſiaſticis communitatibus, dixi *lib.* 1. *de leg. Politic. cap.* 5. *per totum.*

Ad l. 36. tit. 7. lib. 1.

EXtenſio huius legis ad Collegium Hiſpalenſe ſecundum Pontificalem conſtitutionem eſt edita ab Vrbano Papa Octauo anno 1624. de quo noſtro tractatu *de leg. Politic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 21.

L. 63. tit. 4. lib. 2. Recopilat.

POR Lo que conuiene facilitar, y abreuiar el deſpacho, y determinacion de algunos pleitos que ſobre cauſas ciuiles eſtan pendientes, y ſe tratan, y de aqui adelante trataren, y pendieren en el nueſtro Conſejo: es nueſtra voluntad, y mandamos, que los que ſon, o fueren ſobre coſa, o coſas, cuyo principal interes reduzido a ſuma y eſtimacion de dineros no excediere de mil ducados, que hazen trecientos y ſetenta y cinco mil marauedis, ſe puedan ver y determinar por ſolo dos Iuezes, lo qual ſe entienda aſsi en viſta, como en reuiſta, en los caſos que conforme a las leyes de nueſtros Reynos huuiere lugar ſuplicació: y que deſta manera ſe entienda, y eſtienda la Ley y Prematica, fecha y promulgada en las Cortes que ſe celebraron en Valladolid año de mil y quinientos y cinquenta y ocho, que es la ley 50. deſte titulo.

SVMMARIVM.

1 *PRincipes ad Reipublicæ vtilitatem conſtituere debent iudices, ac Magiſtratus, qui regant populum.*
2 *Athenienſes iudicium Areopagiticum habebant ad cauſas maiores.*
3 *Amphictionus Senatus erectus ad vtile totius Græciæ.*
4 *Magiſtratuum diuiſio non à Moyſe deducta, ſed à iure Romanorum fuit.*
5 *Quod prouenit ex eo, quòd leges non habemus cæterarum nationum.*
6 *Claſſes iure Romanorum ſeparatæ fuerunt.*
7 *Decem virorum poteſtas, & 10.*
8 *Trium virorum, & num. 23.*
9 *Quatuor virorum.*
11 *Iuris dicendi poteſtas à poteſtate Principis pendet.*
12 *Et claſsium diuiſio, etiam à voluntate Principis, & num. 20. ratione publicæ vtilitatis.*
13 *Principis eſt poteſtates diuidere, vel vnire.*
14 Cauſas de menor quantia ſe deſpachan con dos Iuezes, *& n. 27. & num. 30.*
15 Que cantidad es meneſter para que ſe juzgue por tal.
16 *Iuris dicendi poteſtas ſecundùm litis æſtimationem regulatur, & n. 21.*
17 *Defenſor ciuitatis vltra quinquaginta ſolidos non poterat iudicare, & n. 19. Extenſio huius cognitionis.*
18 *Cauſæ inter minores, maiores, & infimas diuiduntur.*
20 *Aularum ſeparatio à tempore Athenienſium deſcendit.*
22 *Decem virorum poteſtas quæ.*
24 *Centum virorum poteſtas quæ apud Romanos.*
25 *Septem virorum poteſtas quæ.*
26 *Iudices ſecundum qualitatem negotiorum eligebantur.*
28 *L. duo ex tribus de re iudic. refertur, & n. 29. Qualiter intelligenda.*
31 *Iudices plures delegati non poſſunt per ſe vnuſquiſque ius dicere ſingulatim.*
32 En las cauſas de menor quantia *an attendi debeant actiones in libello comprehenſæ, ſi vnaquæque de per ſe exiſtat, vt iudices diſponere valeant, vel non.*

33 Sen-

33 *Sententia lata à iudicibus reſtrictam cognitionem habentibus, vltra quantitatem iuriſdictionis, an ſit tota nulla, vel ſaltim valeat in concurrenti quantitate.*

1 AD Reipublicæ gubernationem ſibi à cõmunitate concreditam Reges ſemper intendere ſummo ſtudio deſiderarunt: experientia verò demonſtrauit vnũ Principem tot rebus per ſe ſolum non poſſe. Audi Iethro Moyſi loquentem Exod. *cap.* 18. ac monentem, vt prouideat viros ſapientes timentes Deum, qui iudicẽt populum, de quo diximus *lib.* 1. *de leg. Politic. cap.* 13. *num.* 13. & 51. vltra ibi notatos adde Petr. Gregor. Toloſ. *lib.* 47. *Syntag. cap.* 26. *num.* 2. non enim valuit vnus tot adeſſe iudicialibus curis, ac ſolicitudinibus, ipſe Petr. Gregor. *lib.* 4. *de Repub. cap.* 5. *ex num.* 29.

2 Quo principio moti Athenienſes iudicium Areopagiticum conſtituerunt ad cauſas ſuperiores: aliud ad Reipublicæ gubernationem, teſte Petro Greg. *d. cap.* 26. *num.* 4. & *de Republic. lib.* 4. *c.* 5. *ex num.* 34. & 41. quod Hælicum dicebant, Orat. Pollux, & Ariſtophan. Adam. Contz. *lib.* 7. *Politic. cap.* 9. *§.* 7.

3 Haud ſilent Cicer. *lib.* 2. *de inuent.* Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. Strab. *lib.* 9. de Senatu Amphyctrono antiquitus erecto, ad diſcutienda quæ ad vtile totius Græciæ pertinebant, vel apud Termopylas habito, vt aliqui, vel circa Delphos, vel in Onochiſto, vt alij, de quo Dionyſ. *lib.* 14. Demoſthen. *orat pro Creſphont.*

Omiſsis his omnibus, & quæ ſcripſerunt latè de Senatu Romanorum, Lacedæmoniorum, & quæ de authoritate Supremi Conſilij Caſtellæ diximus *lib.* 1. *leg. Politic. capit.* 13. ad noſtri textus ſeriem deueniendum eſt.

4 Theſaur. *in præfat. deciſ. Pedemont. n.* 6. 8. & 16. diuiſionem Magiſtratuum non à Moyſe deductam voluit, ſed à iure Romanorum, & populi illius, inquit fuiſſe conſtitutionem ex Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *dierum Genial. c.* 11. D. Auguſtin. *lib.* 18. *Ciuit. Dei cap.*... Polidor. Virgil. *de inuent. rer. lib.* 2. *c.* 2.

Nihilominus credo poteſtatum diuiſiones à iure Romanorum nos habere, ex eo quòd cæterarum rerum publicarum leges non habeamus. Et ſic patet iure Romanorum claſſes in iure dicendo diuerſimodè fuiſſe ſeparatas, Adam. Contz. *lib.* 7. *Politic. cap.* 12. Nam vel erant decemviri, vt *in l.* 1. *de alb. ſcrib. l. honores de Decurionib.* vel trium viri, vt in *l.* 1. *de offic. præf. Vigil. l.* 2. *§. poſt aliquos de origin. iur.* Adam. Contz. *d. lib.* 7. *cap.* 22. *§.* 9. *& ſequent.* vel quatuorviri ad curam viarum: vel quinque viri ad directionem rerum conſtitutarum cis, vel intra Tiberim *dict. §. poſt aliquos cum ſequent.* de his latè Alciat. *lib.* 3. *diſputat. cap.* 5. Theſaur. *d. præfat. num.* 11. Petr. Gregor. *lib.* 47. *Syntagm. cap.* 19. *num.* 11. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 2. *ex num.* 1.

5 6 7 8 9

Nec de decemvirali poteſtate ſilent Scriptores, penes Romanam Rempublicam executa *l.* 2. *§. decemviri de orig. iuris*, Petr. Gregor. *dict. lib.* 47. *cap.* 19. Theſaur. *d. num.* 19.

10

Tamen his reiectis dicendum credo, hanc iuris dicendi poteſtatem, vel pluribus tributam, vel vni conceſſam à voluntate Principis deſcendere, cùm fons ſit iuriſdictionum, vt diximus *de leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 4. *per totum.* Ideoque volũtariam eſſe claſsium diſtinctionem ad meliorem litium expeditionem, & ſecundum negotiorum qualitatem, notat Ariſtotel. *lib.* 4. *Politic. c.* 16. Adam. Contz. *lib.* 7. *Politic. cap.* 22. *§.* 2. vt de Gallicano Rege ſenſit Petr. Greg. *lib.* 47. *Syntagm. cap.* 37. *num.* 1.

11 12

Ab hac enim Principis conceſsione pendet poteſtas iudicandi, cum ſuæ iuriſdictionis ſit illam conferre, & iudices cõſtituere, vnire, vel diuidere, vt in auth. *de Prætor. Thrac. §. At cum, auth. de comit. Iſaur. de Gubernat. Helleſpont. de Moder. Arabiæ, Prætor. Sicul. l.* 1. *de quibus rebus ad eund. iud. l.* 1. *C. vbi ſenat. vel Clariſ.* Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 7. *§.* 7. *num.* 29. Valenç. *conſil.* 200. *ex num.* 49. *& ſe-*

13

& ſequentibus, taliter, vt ab illius concretione pendeat cognitio poteſtatis, vt idem Petr.Gregor.*d.lib.47.cap.19. num.11.*

14 Legitimè ergo â Rege noſtro conſtitutum videtur,vt duo iudices tantùm valeant ferre ſententiam in cauſis, quæ vulgò appellantur *de menor quantia* ſecundum noſtræ l.ſeriem.De quo diuerſæ à noſtris Regibus leges latę fuerunt, vt *l.26.tit.5.lib.2.l.6.tit.2. lib.3. & l. 7.tit.1.lib.3.Recopilat.* Quod legitimè iuſteque ac ſecundū ius eſſe probat Nouar.*in pragmat. Regn. Neapol. tit.de offic. Sacr.Conſ.pragmat.41.num.3. & 4.* vbi Rouit.*& pragmat.3.*

15 Quantitatis vero quota deſtinata fuerat tempore Regum anteceſſorum in *l.50.tit.4.lib.2.Recopilat.* ſed cognito neceſſariam eſſe illius legis extenſionem, ad quantitatem mille ducatorum extendit noſtra lex,quam ſeruandam eſſe ratio & obedientia poſtulat.

16 Nec nouum eſt,vt iuris dicendi poteſtas ſecundùm quantitatem, ac litis æſtimationem reguletur ex textu *in l. 1.C de defenſ.ciuit.*vbi iuriſdictio ac poteſtas defenſoris ciuitatis vltra quinqua

17 ginta ſolidos non extendebatur,vt Iaſ. in *l.idem.num.6.& in l. cum prædam, §. quoties.num.1.de iuriſdict.omnium iudic.* ob idque minores cauſæ appellabantur, vt Petr.Gregor.*lib.47. Syntagmat. cap. 12.num.8.*

18 Et Petr.Barboſ.*in l.cum Prætor. §. 1.num.294.& ſequent.* de iudic.cauſas in tres claſſes diuiſit,maiores,minores, & infimas, ad quarum cognitionem poteſtates conſtitutæ erant ſecundum vniuſcuiuſque qualitatem, taliter quod de infimis cauſis delegatio admittebatur,quod de cæteris prohibitum erat, vt in *l.fin.C.de Pedan.iudic.* Guid.Pancirol.*Theſ.var.lect. lib.2.cap.196.* latè Auguſt.Barboſ.*ad rubr.& d.l.fin. C. de Pedan.iudic.*

Sed ſequenti tempore, cognita extenſionis huius cognitionis neceſsitate,

19 ad trecentos ſolidos fuiſſe prolatam ex nouellarum conſtitutione patet *in auth. de defenſ.ciuit.§.&iudicare,auth.de mād. Princ.§.Sit tibi,& ibi gloſ.verb.veriores*, Iaſon *d.num.6. & num.1.* Petr.Greg. *d.c.12.num.8 & lib.18.c.18.n.5.* Alciat.*d.lib.3.cap.5.*Pancirol.*de magiſtrat. municip.cap.9.*adduct. à Petro Barboſ. *in l.2.§.fin.num.77.& 78.de iudic.* Auguſtin.Barboſ.*in l.1.C.de defenſ.ciuit.*

Guther.*de offic. dom. Auguſt. lib.2.* 20 *cap.2.* notat in Orientali Diœceſi,Pontica, & Aſiana,ſpectabilibus viris conceſſam fuiſſe cognitionem, vſque ad quantitatem decem librarum auri tantum,quod ſic fieri notat Cuiac. quod ſi viginti libras auri excedebat cauſa in Armenia,duobus magnificis viris cognitio tradebatur,ſemper attenta qualitate, ac æſtimatione rei ad iudicium. Hanc claſsium ſeparandarum poteſtatem ob vtile Regni latam comprobauit ſapientiſ. Epiſcop. Salmantic. Valenç. *conſil.94. ex num.23.* & doctiſsimus D.D Ioan.de Solorçan. *de Gubernat.Indiar. lib.4. cap.3.num.72. & 73.* Quare legitimè conſtitutum videtur ne pauperum minores cauſæ dilatione pereant,vt à duobus iudicibus, magnaque, ac ſumma diligentia breuiter expediātur,vt *d.auth.de defenſ. ciuit. & in auth. de Queſtor. §.Si verò*, Patric. *de inſtitut. reipub.lib.3 tit.6.*

Non tamen omittere cēſui aularum 21 ſeparationem ad ius dicendum antiquitate temporum fuiſſe vallatam, ſecundumque negotiorum qualitatem, Ariſt. *lib.4.Politic.cap.6.* Contz. *lib.7. Polit. cap.22.§.2.* De quo in Regno Parthenopenſi adeſt pragmatica ſanctio,hanc noſtram aularum diuiſionem ex neceſſitate conſtituens, vt Scip. Rouit. *in pragmat.Regn.Neapol. de offic. Procurat. pragmat.65.& 66.fol.271.& 272.*

Et Petr.Gregor.*lib.4 de Republic.c. 5.num.29.* adducit diuiſiones aularum Sanedrij, ſeu Senatus à Moyſe conſtituti.Et ille Senatus Athenis cōſtitutus ad cauſarum omniū cognitionem,quod Hælieus vocabatur,aulas habuit diuerſas à binis,vel ternis compoſitas iudicibus,vt Petrus Gregorius probat *dict. lib.47.cap.36.num.5.* Quod ſecundum qualitatem negotiorum credendum eſt

fa-

factum, cùm ad maiores cauſas & ſummas Areopagum creatum eſſet. Qui *lib.2.de Republ.cap.6.num.10.* exponit fuiſſe apud omnes Reſpublicas diſtinctas cognitiones maiorum, & minorum cauſarum ſecundùm qualitatem, ac quãtitatem negotij.

22 Nec omiſit Liuius *lib.10. Decad.1.* referre Duũviros fuiſſe cõſtitutos cauſa claſsis ornandæ, ac reficiendę, de qua Duumvirorum poteſtate, ex actioneque Roſin. *lib.3. antiq. Rom. c.24.& 29.& lib.6.c.16.& lib.7.c.40.& 41.* Buleng. *lib.7. de Rom. Imper. c.9. & lib.5. c.57.*

23 Triumviros ad muros reficiẽdos ſacriſque conquirendis, idem *lib.5. Decad.3.* Roſin. *lib.3. antiq. Rom. c.30.& d c.16. 39.40.& 41.* quamuis ſumma poſt Cęſaris mortem fuiſſet in Triumvirato poteſtas, de quo latè Roſin. *lib.7 cap.19. & 21.* Buleng. *lib.5. de Rom. Imper. cap. 49.& 51.56.& 58.*

24 Erant etiam Cẽtumviri apud Romanos ad ius dicendum, Pancirol. *var. lect. lib.1.c.35.* Quintanadueñ. *lib.1. de iurisdict. tit.5. ex n.15.* Adam Contz. *lib.7. Polit. c.22. ex §.8.9.& ſeqq.* Sed credo, quod Cẽtumvirorum poteſtas nõ fuit, vt omnes iudicio adſtarent, ſed eſſe fatendum, quod ex illo corpore Senatus deligerentur iudices, quorum cura tenderet diuerſimodè ſecundũ ſuperioris, vel Reipublicæ, vel legis nominationẽ, *Seu trepidos ad iura decem citat haſta viro rũ. † Et firmari iubet cẽteno iudice cauſas.* Et ſic ſenſit Cuiac. *lib.3. obſeru. cap.32.* quod Septemvirale iudiciũ de quo Pau

25 lus in *l. quemadmodum 7. de inoffic. teſtam.* non fuit ex eo quòd Septemviralis poteſtas fuerit penes Romanã Rempublicam, ſed ex eo quòd ex centum virorum Senatu ſeptem lecti erant ad ferendum iudicium, vt in cauſa *d. l.7. 28. & 31. eodem titulo.*

26 Quæ patent ex *l.2. §. deinde de orig. iur.* vbi non æqualiter iudices ad omnes cauſas conſtituebantur, ſed ſecũdùm negotij qualitatẽ, ſcilicet Quatuorviri ad curam viarũ, Triumviri ad cauſas mone tales, & carceres, Decemviri ad res nauales, & ſic ſecũdùm temporum ac qualitatum exigẽtiam. De quo ex Sigon. & Liuio Quintan. *lib.1. de iuriſd. & Imp. tit. 5. n.18.* Adam Contz. *d. c.22. ex §.9.*

Huius legis noſtrę conſtitutio, *Que en las cauſas de menor quãtia, que no paſſan de mil ducados, dos Iuezes hagan ſentẽcia,* ſumma iuſtitia, ac Politica vallatur, cum à iure ciuili antiquo Romanorum aliquibus in cauſis præcluſa ſit iudicibus, ſeu reſtricta ad certas quãtitates cognitio, vt notat Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 1.c.8.* Sat enim eſt, vt ad minores cauſas duo iudices ſententiã proferant: credendum enim eſt eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide ad illius officij magnitudinem a Principe adhibentur, ſic iudicaturos, vt in omnibus, ſiue ſingulatim, ſiue particulariter iudicent, lux ſuæ dignitatis præfulgeat, *l. vnic. de offic. Præfect. Prætor.* 27

Nec deſunt I.C. reſponſa legitimam duorum tantùm iuris dicendi authoritatem comprobantia. Nam in *l. duo ex tribus 39. de re ind.* inquit Celſus quòd duorum iudicum ſententiæ ſtandum ſit, & ſi alter diſſentiat, vt in *l.* noſtra, & *in l.50. hoc tit.* Theſ. *præfat. ad deciſ. n.11.* 28

Non me latet illius text. deciſionem, & *l. & ſi tres de arbitr.* de iudice delegato intellectam eſſe, vt Bart. Bald. Iaſon, Iacob. Menoch. *conſil.340. n.1.* 29

Tamẽ Iaſ. *in d. l. duo n.4.* inquit quòd attendi debet qualitas cõmiſſæ iuriſdictionis. Bene ergo potuit Rex noſter conſtituere, vt in cauſa *de menor quantia* duo iudices tantùm ſententiam proferant. De poteſtate verò diſputatio non eſt, cùm omnia poſſe Principem ſit verũ, valeatque reſtringere, ac extendere ſuorũ iudicũ cognitionẽ, ac poteſtatẽ, vt diximus *de leg. Polit. lib.2.c.6.n.52.* 30

Sed etiam ipſo iure attento materiarum qualitas attenditur. Nam Bart. ſentit, quod ſi pluribus cauſa delegatur ſimpliciter, vnus per ſe non valet ſententiã proferre ratione qualitatis rei. Sed tamen non negat poſſe vnum de per ſe interlocutoriam ſententiam ferre, Bart. *in l. ſi vni. 36. n.4. de re iudicat. ex gloſſ. in d. l. ſi vni.* quæ adducit, *l. fin. C. de authentic. præſtand.* 31

Cùm

Cùm ergo lites, quarum æſtimatio mille ducatos non excedit, magnæ qualitatis non ſint, iuſtè poſſe ac legitimè à duobus de Conſilio diſcuti, ac in eo ſententiam proferre dicendum eſt, vt noſtra l. diſponit.

32 His enim ſic dictis, quæ ad poteſtatem Principis pertinent, atque ad iuriſdictionem noſtrorum iudicum, ad praxim huius legis redeamus. Et primò quærendum eſt, an quantitas à lege noſtra deſignata, ad hoc vt intra eam cognoſcere valeant duo iudices tantum neceſſe ſit, vt ab actore petita ſit tantum in libello, vel ſi ab actore in vno libello, duæ aut tres actiones producuntur, per ſe vnaquæque non excedens quantitatem legis, ſed cumulatiuè ſecus, an hoc caſu decidi cauſa à duobus iudicibus non valeat.

Hæc quæſtio primo fuit Bartol. *in l. ſancimus, §. Si quis, & addit. liter. A. C. de donat.* ex qua inquiunt DD. quod capita in ſententia comprehenſa per ſe ſeparabilia, etſi cumulatiuè tota ſententia excedat quantitatem iuriſdictionis conceſſæ: cùm tamen ratione ſeparabilitatis vnumquodque caput operetur per ſe, nõ exceſsiſſe iudicem dicendum eſt, ſed ad illam ferendam ſententiam iuriſdictionem habere, vt notat *gloſſ. 1. in reg. ea quæ 26. de reg. iur. lib. 6* ex Alex. Curc. Sacio, Decio, Hippolyt. Bald. Archid. Anton. de Nicol. Calan. Zeuall. *com. quæſt. 60. ex n. 2. cum ſequent.*

Comprobatur hæc reſolutio ex eleganti diſpoſitione *l. etiam. 30. §. 1. de minor.* vbi conceditur à I. C. minori reſtitutio aduerſus vnum caput ſententiæ, etſi in cæteris denegata ſit, cum ſeparatum ſit, nec cæteris cohæreat, quo ſenſu conuenit Angelus *l. ſcire debemus*, & ibi Iaſ. *num. 2. de verbor. obligat.* Corneo *l. edita num. 47. C. de eden.* Ruin *conſ. 65. volum. 4.* Cephal. *conſil. 87. num. 5.* Becchius *conſil. 92. num. 5.* quos ſequuntur Caualcan. *deciſ. 27. nu. 81. part. 2.* Scac. *conſil. 6. num. 87.* Paul. de Caſtr. *conſil. 94. volum. 1.* Cardin. Thuſc. *liter. A. concluſ. 364. num 3. & liter. S. concluſ. 195.* Cornaz *deciſ. 12. num. 2.* Mario Giurba *deciſ. 30. num. 16.* Surd. *deciſ. 176. num. 8.* Iacob. Cancer. *lib. 3. reſolut. cap. 17. num. 64.*

Hoc procedit præcipuè ſi actor diuerſis iuribus, aut ſtipulationibus vtatur, eaſque in libello comprehendat: nam tunc quamuis cumulatiue excedat petitio quantitatem ad cognitionem neceſſariam: cùm tamen vnaquæque actio de per ſe exiſtat, nec vna ab alia dependeat, ſed tot actiones, quot ſunt res, aut ſtipulationes deductæ cenſeantur ex *l. ſcire debemus, l. Stichum, §. Stipulatio, l. quod dicitur, la primera, l. pluribus*, & ibi DD. *de verbor. obligat. l. Senatus, §. fin. de donat. cauſ. mortis*, Lap. *allegat. 8.* dicendum eſt poſſe hoc caſu, ac de his cauſis iudices cognoſcere, etſi limitatam, ac reſtrictam ad certã quantitatem habeant iuriſdictionem, cum vnaquæque actio iuriſdictionis quantitatem non excedat, quod procedit in omni actu, contractu, aut ſententia, vt Bald. *conſil. 475. volum. 1.* Decio *conſil. 344. num. 3. & conſil. 542. num. 6.* Ruin. *conſil. 65. in princip. volum. 4.* Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 23. gloſſ. 1. num. 17.* Cephal. *conſil. 87. n. 5. & 6.* Surd. *conſil. 101. n. 40. & 150. n. 12. 13. & 14.* & DD. adducti num. antecedenti.

Ex quo neceſſario ſcire deſcendit an 33
ſententia lata per duos iudices tantum, ſi quantitatem excedat ſuæ iuriſdictionis, nulla ſit, vel ſaltim valeat in quantitate legitimæ iuriſdictionis, reſtricta ad illam quantitatem. Sanè ex doctrina *l. ſancimus, C. de donationib.* dicendum videbatur valere ſententiam in concurrenti quantitate tantum, cùm donatio abſque inſinuatione facta quantitatem excedens legitimam reſtringatur, vt valeat in id quod à iure permiſſum eſt, vbi latè DD. quamuis contrarium defendit Cancer *1. part. capit. 8. num. 76.*

Et ex eo, quòd fideiuſſor obligatus in maiori ſumma, ſuſtinetur fideiuſsio in concurrenti quantitate, vt ex *l. 7. titulo 12. part. 5.* Alciato *lib. 5. Parerg. capit. 17.* Oroſcius *l. ſi ſeruus, §. Si plurium dum. 3. ſi quis caut.* Anton. Gom. *lib. 2. var.*

variarum cap. 13. *num.* 2. Ioan. Gutierr. *de iur. confirm.* 1. *part. cap.* 22. Zeuall. *commun. quæſt.* 82. *ex num.* 1. Ludouiſ. *deciſ. Peruſ.* 57. Cancer. *tom.* 2. *capit.* 5. *de fideiuſ. num.* 100.

Tamen his omiſsis fatendum eſt ſententiam latam à iudice reſtrictam iuriſdictionem habente, excedente quantitatem ſuæ iuriſdictionis, nullam eſſe, tam in ipſa quantitate, intra quam iudex iudicare poterat, quàm in exceſſu, vt notat gloſſ. *in reg. ea quæ* 26. *de reg. iur. lib.* 6. vbi ratio adducitur indiuiduitatis ſententiæ, cùm ius non patiatur, vt ſententia pro parte valeat, & pro parte ſit nulla, Afflict. *deciſ.* 218.

Secundò ex eo, quòd cum in donatione, ac fideiuſsione voluntas contrahentis operetur, ſaltim adeſt præſumptio inducendi obligationem, cùm donans maiorem quantitatem, vel ſaltim pro maiori ſumma fideiubens, credatur velle pro minori teneri, quod ſecus procedit in iudicio: nam cùm contra voluntatem ſit operatio, ſuſtineaturque virtute iuriſdictionis, iuriſdictio debet eſſe legitima, aliàs ſententia in totum erit nulla, & ſic tenendum eſt, vt adſentit Zeuall. *commun. quaſt.* 60. *ex num.* 1. & in noſtro *caſu num.* 3. fulcitur noſtra concluſio ex recepta doctrina Garc. *de benefic.* 2. *part. capit.* 1. *ex num.* 48. *cum ſequentibus*, vbi tenet quod cum prohibitum ſit *in extrauag. ambitioſæ de rebus Eccleſ.* quod Eccleſiæ res locari vltra triennium non valeant, quòd ſi vltra locantur, abſolutè eſt locatio inutilis, vitiaturque contractus, tam in totum, quàm in cõcurrenti tempore trium annorum, intra quod permittitur in ipſa Extrauagant. locatio, & ſic probat ex Mandoſ. Eraſ. Redoan. Couarru. Afflict. Garc. *dict. cap.* 1. *num.* 55. cui adſentit Cancer. *var. d. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 76.

Ex quibus deducit hanc doctrinam Gratian. inquiens ſententiam latam à iudice limitatum iuriſdictionem habente, vltra quantitatem, intra quam diſponere poteſt, tantum eſſe nullam in totum, nec poſſe ſubſiſtere, etiam in concurrenti quantitate *diſceptat. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. *& tom.* 2. *cap.* 360. *num.* 4. ex Alexand. Nata *conſil.* 631. *num.* 36. Puteo *deciſ.* 23. *lib.* 1. quod tenendum credo.

(?)

L.64. tit.4. lib.2. Recopilat.

PRohibimos, defendemos y mandamos, que en ninguno de nueſtros Conſejos, Tribunales, Chancillerias, Audiencias, Colegios, ni Vniuerſidades, ni otras Congregaciones, ni Iuntas Seglares, ni por otros ningunos Corregidores, ni Iuezes de Comiſsion, ni ordinarios no ſe admitan memoriales que no ſe den firmados de perſona conocida, y entregádolos la miſma parte perſonalmente, o por virtud de ſu poder, obligandoſe, y dando fianças primero y ante todas coſas a prouar y aueriguar lo en ellos contenido, ſopena de las coſtas que de ſus aueriguaciones ſe cauſaren, y de quedar expueſto a la pena, que en falta de verificarlo ſe le impuſiere, quedando eſta a la diſpoſicion y arbitrio del Iuez que de la cauſa conociere.

SVMMARIVM.

1 *Libelli ſine nomine authoris non ſunt recipiendi, contrariò verò quod non ſunt contemnendi, num.29.*
2 *Referuntur DD. hanc quæſtionem ſcribentes, & num.3.*
4 *Libellos infamatorios cõferens ſine nomine, an teneatur ad reſtitutionem honoris.*
5 *Quæ authoritas his libellis conferenda ſit.*
6 *L.64.tit.4.lib.2.Recopilat. ratio adducitur, & num.16.*
7 *Delatores in Republica neceſſarij cenſentur.*
8 *Contrarium cõprobatur, imò quòd admittendi non ſint à Principe iuſto.*
9 *D..64. conſtitutio regulanda eſt ſecundùm edictum Prætoris latum in actione iniuriarum.*
10 *Prætoris edictum in actione iniuriarũ duo habebat capita, & qualia n.11.*
12 *Iniuriarum actio, an criminalis, an ciuilis ſit.*
13 *Conceditur contra offerentes libellos famoſos abſque nomine, & 18.*
14 *Traianus conſtituit, vt libelli ſine nomine contra aliquem omnino admitterentur.*
15 *Suſpicio oritur contra offerentes libellos ſine nomine, & ipſius nominis ſuppreſſione.*
17 *Inquiſitio virtute libelli ſine nomine lati, an fieri valeat.*
19 *Libellus ad actionem iniuriarum à parte proponendus eſt.*
20 *Iniuriarum actione, nec tantùm agere poteſt contra quem facta eſt iniuria, ſed omnes ad quos quomodocumque tangit iniuria.*
21 *Conceditur domino ob iniuriam factam ſubdito.*
22 *Dum actione criminali vtatur, non vero ciuili, & num.23.*
24 *Iniuriarum repulſio ad ſummam pietatem Principis pertinet.*
25 *Iniuriam faciens ſubdito Principem offendit.*
26 *Feudatarius, iniurians ſubditum domini cadit à feudo.*
27 *Principi conuenit protectio cadauerũ, & ne oſsibus defunctorũ iniuria fiat.*
28 *Cap. ſciant de elect. lib.6. refertur.*
30 *Iniuriarum actio denegatur contra cõuitiantem, quoties conuitium veritate innititur.*
31 *Et Reipublicæ intereſt, vt de conuitio conſtet.*
32 *Iniuriarum actio quando veritate innititur conuitium, qualiter concedenda ſecundùm diſpoſitionem legum Caſtellæ, & num.33. & 34.*

35 *In-*

35 *Iniuriam faciens in iudicio animo tantùm iniuriandi, non liberatur ab actione iniuriarum.*

36 *Iniuria ex animo ferentis comprobatur.*

37 *Libellus iniuriam faciens à parte subscriptus admittendus est, si offerens ad probandum adstringitur, & numero 45.*

38 *Et criminis obiectio ad vtile Reipublicæ pertineat.*

39 *L. item apud Labeonem, §. Si quis libello de iniurijs ponderatur, & num. 40. & 41.*

42 *Iniuriæ illatio plusquam mors timenda est, ideò semouere eam decet bono publico.*

43 *Iniuria veritate innitens, an ad satisfactionem in foro non interno obliget in conscientia.*

44 *D. l. 64. verba referuntur.*

46 *Libellus obijciens alicui crimen, ex quo summouendus est ab honore alicuius communitatis, qualitatem puritatis requirentis, admittendus est, & num. 48. Ratione conseruationis communitatum requirentium puritatem sanguinis.*

47 *Communitates puritatem sanguinis requirentes, apud Hispanos constitutæ sunt.*

49 *Iniuriarum actio omnibus de familia confertur in causis ad qualitatem sanguinis pertinentibus.*

50 *Iudæi infames sunt, & iure attento ab honore remouentur.*

51 *Et constitutione.*

52 *Causa ad conuitium interuenit, dum pro conseruatione statutorum nobilitatis dicitur.*

1 SImilis est nostri textus constitutio dispositioni *l.* 35. *tit.* 7. *lib.* 1. in princip. Nam nostri Reges eas statuere desiderarunt aduersus delatores, iniuriantes, detractoresque, qui prauo animo, perfida, ac punibili & criminosa intentione libellos suppresso nomine, iniuriam irrogantes, Regi suisvè Consilijs, vel alijs iudicibus superioribus, aut inferioribus conferũt, ob idque obuiandum rectè statuerũt, cum ex nominis suppressione malitia, ac animi cognoscatur proteruitas, quod libelli absq; nomine omnino admitterentur, de quo latè Bobadill. *lib.* 5. *Polit. c.* 1. *ex n.* 74. Mastrill. *de magistrat. lib.* 6. *c.* 2. *ex n.* 47. Menoch. *consil.* 94. *n.* 18. Graſ. *de casib. reseruat. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 10. & 11. Zeuall. *com. quæst. q.* 821. *num.* 27. 28. & 29. Cuch. *lib.* 4. *instit. tit.* 8. *n.* 85. Perez de Lara *de capellan. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 123.

2 Nouissimè discutiendam hanc quæstionem recepit D. Ioan. de Escobar *de purit. proband. p.* 2. *q.* 2. *per totam.* Vltra Doctores traditos hanc conclusionem tenent D. Ioan. Bapt. Valenç. *cons.* 110. *n.* 5. D. Ioan. de Solorç. *de Indiar. Gubernat. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 37. & *post omnes*, D. Ioan. Bapt. de Larrea *decis. Granat.* 98. *n.* 43. 44. & 45. repetit Valenç. *consil.* 163. *num.* 68. & *sequent.*

3 De huius criminis punitione latè Farinac. *prax. crim. q.* 105. *ex n.* 321. Iul. Clar. *in pract. crimin. lib.* 5. *§. fin. q.* 66. *num.* 25.

4 An ad honoris restitutionem teneatur libellos infamatorios conferens iudicibus, absque nomine authoris, comprobat Escobar *d. q.* 2. *n.* 8.

5 Quãtum verò debeat libellorum authoritati conferri disputat per totam quæstionem.

6 Quare vt aliquid nouiter prænotemus, & ne aliorum vestigijs tantùm inhæreamus, dicendum videtur huius l. cõstitutionem haud regulari debere secundum dispositionem *tit. C. de delatoribus lib.* 10. vt voluerunt Bobadill. & Escobar, sed fuisse Politicam constitutionem latam ad bonum Reipublicæ regimen, pariterque ad delictorum, ac iniuriarum correctionem, & ne ad vmbram ignorantiæ, iniuriæ fiant, ac familiæ ignominia perpetua notarentur.

7 Nam quamuis Bobadilla, & Mastril. censeant delatores in Republica necessarios esse, vt delicta pateant, & ne inulta permaneant: tamen delatorũ exercitiũ, haud regulandũ est cũ nostrę l. dispositione, cùm etsi admitti debere teneãt aliqui à Magistratu, vel à iudicibus,

tantùm loquuntur de Principe tyranno, qui ad ſubditorum oppreſsionem cauſas quærit, ſiue veras, ſiue falſas, vt decantauit Martial. *epig.* 4.

Et Delator habet quod dabat exilium,

Sic teſtatur Tacitus *lib.* 4. *Annal.* delatores magno honore fuiſſe affectos Imperio Tiberij, Neronis, & Domitiani: Imperio verò bonorum Imperatorum magno odio habitos, Briſon *lib.* 3. *antiquit. c.* 17. Demſter. *ad Roſin. lib.* 9. *cap.* 9. *Cuiac. lib.* 5. *ſentent. Paul. tit.* 13. Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *Genial. cap.* 22. latè D. Franciſc. de Amai. *rubric. C. de delatoribus lib.* 10. vbi de delatorum pœna, & quæ ad hanc quæſtionem pertinent magna notitia prælibantur. De eorum crimine & pœna doctiſ. D. Ioan. Bapt. de Larrea *deciſ. Granat.* 27. *per totam & deciſ.* 98. *num.* 45.

9 Noſtræ verò legis diſpoſitionem latam iudico contra iniurioſos homines, nô pro publico bono proſpicientes, etſi in proprium commodum tendat, ſed proprias vlciſcẽtes inimicitias illa via, cum perpetua ac ignominioſa totius familiæ infamia, regulandamque ſecundum Prætoris edictum in actione iniuriarum conceſſum, vel potius ſecundum conſtitutionem l. Corneliæ de iniurijs, vt *l. lex Cornelia, §. fin. de iniurijs*, ibi: *Vel ſine nomine.*

10 Prætoris edictum, ſeu S.C. in cauſa iniuriarum conceſſum duo capita habebat. Primum aduerſus eos, qui manu, ſigno, verbisve iniuriam irrogabant, vt ex

11 *l.* 1. *& ſequent. de iniur.* Secundum aduerſus eos, qui libellum famoſum contra aliquem ſcribebant, *l. lex Cornelia, §. fin. & l. ſeq. de iniur.*

12 Omitto enim quæ latè ſcripſere DD. an actio iniuriarum ciuilis, an criminalis ſit, de quo *l. Prætor, §. poſt, & ibi gloſſ. de iur. iur.* Alberic. *l. de iniurijs num.* 1. *eod.* Speculator. *titulo ..... §.* 1. *num.* 16. Grammatic. *deciſ.* 37. *num.* 11. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 7. Plaç. *de delict. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 30. & 42. Anton. Gom. *tom.* 3. *de delictis cap.* 6. *n.* 7. Andr. Gail *lib.* 1. *obſeru. c.* 65. *num.* 1. Peguer. *deciſ. crim.* 13. *num.* 1. latè Farinac. *pract. crim. quæſt.* 105. *ex num.* 25. & 26. Pancir. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 239.

Ad ſecundum caput illius legis Corneliæ deueniendum eſt, haud enim licebat libellũ famoſum ſcribere ſuppreſſo nomine authoris, abſque incurſione pœnæ à lege Cornelia aſsignatæ, *d. l. lex Cornelia, §. fin. & l. ſeq. de iur. iur.* De qua pœna Ciuili ac Canonica, Farinac. *d. q.* 105. *ex n.* 321. Petr. Greg. *lib.* 38. *Syntagm. c.* 6. Tiber. Decian. *lib.* 2. *tract. crimin. c.* 20. *n.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 53. Didac. Canter. *quæſt. crim. cap.* 7. *de homicidio n.* 64. vltra hos alios refert Eſcobar *de purit. proband. p.* 2. *q.* 2. *ex n.* 77. His & alijs omiſsis Machad. *Perfect. conf. tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 3. *tractat.* 24. *docum.* 6. 13

Ex quibus DD. vt Petr. Greg. *d. lib.* 38. *cap.* 6. & Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 44. *num.* 10. cum eo Zeuall. *com. quæſt.* 822. *num.* 27. & 28. Traiani Imperatoris factum commemorant conſtituentis, vt omnino libelli ſecreti, & ſine authore reciperentur, quod damnatum ac prohibitum erat ex l. C. conſtitutione in *d. l. lex Cornelia, §. fin.* & ibi latè DD. vt Bart. Angel. Alberic. Ratio enim ſic deducitur ex Zeuall. & cum Simanc. Plin. Illeſc. *part.* 1. *Hiſtor. Pontific. lib.* 1. *cap.* 7. *Las acuſaciones que ſe proponen ſin autor, ni en eſſe, ni otro delito ſe han de recibir, porque lo contrario ſeria de mal exemplo.* 14

Et Maſtrill. *d. lib.* 6. *capit.* 2. *ex num.* 47. hoc multum iudicibus commendat, & Valenç. *d. conſil.* 110. *num.* 6. ac Solorç. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 37.

Præcipua enim ratio præter deteſtabile exemplum conceſſum à iudice talia admittente, illa eſt, qua vtitur Eſcobar *d. tractat. de purit. proband. quæſt.* 2. *ex num.* 44. & 45. quòd magna aduerſus offerentes libellos ſine nomine oritur falſitatis ſuſpicio, ex quo iuſtè conſtitutum à *l. vnic. de fam. libell.* videtur vt libellus ſine nomine datus haud quaquã admittatur, ne bono nomini officiat illius, contra quem fertur, *cap. final.* 5. *quæſt.* 1. 15

Quare dicendum eſt pœnas per leges impoſitas contra iniuriam facto, 16

ver-

verbo, vel ſcripto facientes, de quo Farinac. Anton. Gom. Petr. Gregor. Canter. & cæteri, ſimiliter exequi debere, caſu quo Principi libellus, ſine authoris nomine datur, cum à Prętore æqualiter in hoc caſu Prætoris edictum de iniurijs conferatur contra ſic iniuriam facientes.

17 Nec enim lex noſtra diſpoſuit, an inquiſitio fieri valeat virtute libelli oblati ſine nomine, vt in *l.* 35. *tit.* 7. *lib.* 1. De quo textus *in cap. Inquiſitionis, §. Tertia dubitationis de accuſationibus*, & quæ adducit Eſcobar *dict. quæſt.* 2. *num.* 34. Zeuall. *d. quæſt.* 821. *num.* 29. Simanc. *d. tit.* 44. *num.* 10. Valenç. *d. conſil.* 110. *num.* 5. & Solorçano *d. capit.* 8. *num.* 37.

18 Sed obuiare curauit proteruorum hominum malitiam, conuitia facientium, famamve lædętium iniurioſo animo, ac proteruo, vt innocentes, ignorantes, nobileſque à malitia illorum liberarentur. Nec tantum hi, contra quos ſic libellus confertur, ſed omnes hi, ad quos pertinere poterat, cum iniuria ſanguinis omnibus de familia communis ſit, ac ad omnes pertineat, vt infra *numero* 20.

19 Hæc enim lex, nec ab iniuriarum actione deuiat, ex quo à parte libellus ad actionem iniuriæ non proponitur, vt voluit Speculat. *de iniur. num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 105. *num.* 13. Sed ex officio proceditur ad repulſionem libelli.

20 Nam actio iniuriarum non tantum ei, cui facta eſt iniuria, confertur, ſed omnibus ad quos tangit quocumque modo, vt *in l.* 1. *de iniurijs, §.* 2. *inſtitut. eodem*, Speculat. *tit. de iniur. ex num.* 4.

21 & 5. Ideo tenet Alberic. *in l. item apud Labeonem, §. fin. num.* 2. & Angel. *de iniur.* quod actione iniuriarum agere valet dominus, Rexve contra iniuriantem vaſſallum. Ratio enim ea eſt, quòd iniuria facta vaſſallo, & ipſi domino facta cenſetur.

22 Ideò diſtinguendum credo, & dicendum quòd abſolutè dominus actione iniuriarum criminali agere valebit aduerſus iniuriantes vaſſallos ſuos ſecundum Albericum, Specul. Angel. Bartol. *l.* 1. *§. Item autem de iniur.* Hoc enim procedit quomodocumque fuerit iniuria irrogata vaſſallo. Sed tamen actione 23 ciuili, quæ à iure ciuili ad æſtimationem iniuriæ fertur, agere non valebit, ni caſu quo in ipſum iniuria aliquo modo facta videatur, Alberic. *l.* 2. *num.* 2. *de iniur.* Baiar. ad Clar. *§. iniuria, numero* 39. Farinac. *dict. quæſt.* 105. *num.* 298. Decius *conſil.* 686. *num.* 15. Lancellot. *tractat de Duello part.* 1. *cap.* 17. *num.* 19. Menoch. *conſil.* 107. *n.* 26.

Iuſtè ob id à noſtra l. 64. conſtitu 24 tum videtur, vt libelli ſine nomine non admittantur, quia cùm credatur iniuriam irrogare velle talem libellum conferentem, ad ſummam Principis clementiam pertinet repellere iniuriam à ſubdito, Bartol. *dict. l.* 2. *§. fin. de iniur.* quod ab Indorum religione comprobat ex Suida Petr. Gregor. *dict. lib.* 38. *Syntagm. capit.* 3. *num.* 36. inquiens. *Religio quoque apud Indos authore Suida, pugnare pro his quibus iniuria fit.*

Et Bald. tenet *ex l. quiſquis, C. ad l.* 25 *Iul. maieſtat. l. decernimus, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. raptores, C. de Epiſcop. & Cleric. in cap.* 1. *de pace conſt. verb. Opizani num.* 1. quod Principem offendit, qui iniuriam ſubdito facit, & *verb. Damno num.* 1. Ex quo & doctrina An- 26 geli in addit. ad Bartol. *in l. hoſtes de captiuis & poſtlim. reuerſ.* Roſental. *de feud. cap.* 10. *quæſt.* 20. *num.* 21. *& addit. liter. EE.* quod vaſſallus iniuriam faciens vaſſallo domini, à quo feudum habet, cadit à feudo.

Fulcitur hæc doctrina ex textu in 27 *l. oſſa de religioſ. & ſumpt. funer.* vbi datur actio iniuriarum aduerſus oſſa cadaueris effodientem abſque licentia Principis, cùm illorum defenſio ad Principes ratione poteſtatis pertineat.

Iure autem Canonico conſtitutum 28. eſt, vt iniuriam facientes agnatis proximis illius, qui pro Canonico ſuffragium ferre noluit, excommunicationis vinculo innodetur, *cap. ſciant de electio. lib.* 6.

29 Sed quamuis hæc verè pro bono Rei publicæ conſtituta ſint, haud tamè DD. receptionem libellorum admittere noluerunt. Nam de libellis ſine nomine Authoris, cautè ſeruandos eſſe, nec temerè abijciendos dixerunt, Maſtrill. & quos diximus ſupra, & refert Bobadilla *d.lib.5. Politic. ex num.74.* & quæ congerit Eſcobar *d.quæſt.2.*

Libellos verò etſi iniurioſos, ac contra aliquem ſcriptos, nec contemnendos eſſe (ſi veri ſint, & cum qualitatibus à iure admiſsis) notarunt I.C. & noſtra lex diſpoſuit. Nam poſtquam abſolutè libellorum ſine nomine authoris prohibuit admiſsionem, proſequitur admitti debere, ſi à parte certa conferantur, & ſub obligatione comprobandi in libello ſcripta, alias non probans libellum conferens pœna puniatur arbitraria.

30 In hoc enim iniuriarum actio, ac Prætoris edictum exequi patet ſecundum DD. Nam tunc denegatur actio iniuriato contra iniuriantem, quoties iniuria veritate innitatur, & certa ſit, *l. eum qui nocentem de iniurijs*, & Angel. *in l. item apud Labeonem, §. interdum num.1. de iniurijs*, tenet iniuriarum actione non teneri perſonam infamem infamia laborantem afficiente, Specul. *tit. de iniur. §.1.num.3.* Præpoſit *cap.1. 2.not.5.q.* 1. Baiard. ad Clar. *§. Iniuria num.69.* & Luc. de Pen. & Afflict. ab eo traditi *n.* 41. Farinac. *quæſt.105.num.220.* Parlador. *lib.1. rer. quotidian. cap.17.num.* 33. Valençuel. *conſ.91.num.35.*

31 In quo notandum venit, quòd actio iniuriarum contra iniuriantem denegatur, quoties ad Rempublicam bonumvè commune pertinet, vt de iniuria conſtet, tunc enim libellus contra aliquem datus admittitur, & actio denegatur iniuriarum contra facientem, Petr. de Bellapertic. *l. ſi conuitij, C. de iniur.* vbi Cinus *num.12.* Angel. *l. ſi non es, C. eod. & in l. lex Cornelia, §. Si quis liberum n.* 4. *eod.* Salicet. *in l.3. & ibi addit. C. eod.* Abb. Anan. & Felin. *cap. cum te de ſententent. & re iudic.* Oldrald. *conſil.53. num.* 2.3. & 4. Roman. *conſil.96.* Grammat. *deciſ.37.* Boer. *conſil.4. num.33. & 36.* 46. & 56. Socin. *conſil.118. num.1. lib.* 1. Anton. Gom. *tom.3. variar capit.6. num.2. verſic. Dubium tamen eſt*, Andr. Gail *lib.2. obſ. obſ.99. num.1 & 2.* Villalob. *antinom. iur. liter. A. num.28.* Couarru. *lib.1. variar. cap.11. num.6.* Farinac. *pract. crimin. quæſt.105. ex n.226.* Zeuall. *commun. opin. quæſt.325. num.1.* Parlador. *lib.1. rerum quotidianar. capit.* 17. *num.11.* Azeued. *l.2. tit.10. lib.8. num.208.*

Hæc enim communis Doctorum reſolutio apud nos admitti non debet. 32
Nam in *l.1. tit.9. part.7.* actio iniuriarum denegatur quoties mendacio non vallatur conuitiũ, ſed à ferente comprobatur, ibi: *E quiſiere demoſtrar que es verdad aquel mal que le dixo del, no cae en pena ninguna ſi lo prouaſſe.*

Poſt huius legis diſpoſitionem conſtituta fuit *l.2. tit.9. lib.8. ordin. & l.2.* 33
tit.10. lib.8. Recopilat. ex qua conſtituitur, vt verba iniurioſa in aliquem mittens pœnas à dictis legibus ſtatutas ſubeat. Nunc verò quærendum eſt, an hæ leges locum habeant caſu, quo illa iniurioſa verba dicens, ea comprobare vellet: videbatur dicendum, quod actio contra iniuriantem concedenda nõ erat ex diſpoſitione *d.l. Partitæ, & l. cum qui nocentem, & ibi gloſſ. de iniur.*

Nihilominus dicendum eſt, quod nec 34
tantùm leges Ordinam. & Recopil. intelligendæ ſunt ſecundum ſupradictam Doctorum intelligẽtiam, ſed & etiam lex Partitæ, ſcilicet, quòd tunc denegabitur actio iniuriarum, quoties delicti aut conuitij qualitas conuenit quod publica ſit bono Reipublicæ, & ſic intellexit d.l Partitæ, Gregor. Lop. verb. *que es verdad*, Villab. *liter. A. commun. opinion. num.28. §. de iure Regio d.l. ordin.* Didac. Perez *d.l.2. verb. denotare*, Anton. Gom. *d. tom.3. cap.6. num.2. & l.2. Recopilat.* Azeued. latè Couarr. *lib.* 1. *var. cap.11. per totum.*

Sed tamen non abs re erit prænota- 35
re quæ ex D. Thom. deducit Couarru. *d. cvp.11. ex num.6.* quòd ab actione iniuriarum non liberatur qui iniuriam

irro-

irrogat alicui in iudicio animo tantum iniuriandi: nam iudicium non releuat prauum iniuriantis animum, *capit. relegantes* 23.*quæſt.*5. Sed certè præcauendum, aut prænotandum eſt an animo iniuriandi libellus conuitiatorius in iudi-
36 cio deducitur. Nam ſi de iniurioſo animo conſtat qualitas probatiua iniuriæ, *l. illud de iniurijs, l. ſi non conuitij, C. eod.* Oldrad. *conſil.* 53. Nauar. *cap inter verba* 11. *quæſt.* 3. *corol.* 63. Couarru. *d. cap.* 11. *num.* 6. Didac. Perez *d. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 8. *Recopilat.* Andr. Gail *d. lib.* 2. *obſ.* 99. *num.* 5. Bertaz. *conſil.* 204. *num.* 1. Honded. *conſil.* 112. Surd. *deciſ.* 89. *num.* 23. Farinac. *practic. crim. quæſt.* 105. *n.* 111. & 112. quid intereſt, extra vel in iudicio fiat, ſi à prauo, ac damnato animo prouenit?

37 Cauſa verò, ſeu motus, ex quo quis commouetur, iudicialiter defectũ aliquem alicui imponere, demonſtrat, an adſit iniuriandi animus. Hæc enim cognoſcere decreuit Catholicus Rex noſter in diſpoſitione huius legis, ob idque ſtatuit, vt libellus ſine nomine authoris omnino nõ admitteretur, ſed ille qui à certa perſona conferretur, & cum qualitate probandæ obiectionis, ſane hæc noſtræ legis conſtitutio, ſeu admiſſio libellorum, non ſic abſolutè practicanda erit, ſed ſecundum Doctorum in-
38 telligentiam, ſcilicet, quòd ſi libellus obijciens alicui crimen, vel defectum admitti deberet ratione ſolemnitatis illius, à Cõſilio, iudice, vel communitate attendatur ante receptionem, an crimen aut obiectio talis ſit, quòd pertineat ad vtile illius Reipublicæ, vel communitatis: ſi verò crimen, vel obiectio non eſt illius qualitatis, vilipendi debent libelli, nec admittendi ſunt.

39 Ex his principijs deduci videtur intelligentia ad textum in *l. item apud Labeonem, §. Si quis libello de iniurijs.* Nam ibi dicitur, quòd ſi famam aliquis alienam infectatus fuerit dato Principi libello, quod iniuriarum erit agendum, quam actionẽ concedit iniuriato Bart. Socin. *conſil.* 118. *num.* .... *lib.* 1. Purpurat. *conſil.* 524. Claud. ad Bertazol. *conſil.* 214. *liter. A.* ratione prolatæ iniuriæ coram Principe ex Bald. & Crauet. idem Claud. ad Bertazol. *conſil.* 152. *liter. D.* de quo Bertazol. *conſil.* 391. *n.* 7. 8 & 9. Honded. *conſil.* 112. Farinac. *practic. d. q.* 105. *n.* 240. ob idque & ab huius textus concluſione deducta videtur noſtri textus ſeries, cùm à noſtris Regibus cautum videatur, vt libelli ſine nomine non admittantur, ne ex admiſsione iniuria ſubditis proueniat. Et pariter à I.C. vt contra dantem libellum ſine nomine Principi, detur legis Corneliæ iniuriarum actio. *d. l. lex Cornelea, §. Si quis librum de iniurijs*, ibi: *Sine nomine.*

Nam tunc dari iniuriarum actionem, 40
ex d. § Si quis libello, dicendum eſt, quoties falſum crimen, aut iniuria ad vtile publicum non pertinens imponitur iniuriato, tunc enim non eſt admittendus libellus, & concedenda contra ferentem actio iniuriarum ex Bertazol. *dict. conſil.* 390. Honded. *conſil.* 112. & Farinac. *d. q.* 105. *num.* 240.

Si verò criminis declaratiõ in libel- 41
lo obiecti ad publicum vtile pertinet, & verum eſt, ac à parte probatur, libellum à Principe admittendum, quis dubitat? vt noſtra lex diſpoſuit, & ſimul contra ſic libellum offerentem denegandã eſt iniuriarum actio, imò laudandum, ac præmio afficiendum eſſe dixerunt Doctores.

Hæc enim limitatio obſeruanda eſt, 42
nam decet Rempublicam homines à tali crimine, ac pernicioſis iniurijs abſtinere, præſertim dum ad Rempublicam conuitioſa delectio, aut criminum patefactio non pertinet, cum harum iniuriarum illatio plus timeri debeat, quam mortis; D. Paul. 1. *Cor. cap.* 9. D. Ambroſ. *lib.* 3. *offic. cap.* 4. *l.* 4. *tit.* 13. *p.* 2. Menand. apud Stobæum. *Plus timeas vituperium, quàm periculum, cap. ſumma iniquitas* 6 *quæſt.* 1. *cap. minimum, & cap. qui peccat* 23. *quæſt.* 4. *l. iſti quidem, §. quod ſi dederit, quod met. cauſ. § Suſpectus, verb. ob culpam inſtitut. de ſuſpect. tutor.* Bart. *conſil.* 1. *num.* 12. Capic. *deciſ. Neapol.* 5. *num.* 7. Menoch. *conſil.* 96. *n.* 15. & 98.

& 98.*num.*8.& 302.*num.*2. Redin. *de maieſtat. Princip.* §.*non armis num.* 121. & §.*Sed etiam, num.*147. Azeued. *l.*2. *tit.*10.*lib.*8.*num.*134.Bobad.*lib.*2. *Politic.cap.*14.*num.*43.Theſaur.*deciſ.Pedemontan.*61.*num.*3.Tapia *ad l. fin. de conſtit. Princip.part.*1. *cap.*9. *num.*83. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*43. *num.* 41.Alciat.*reg.*3.*præſ. fin.num.*2.Meſcua *de poteſtat. in ſeipſum lib.*2. *capit.*1. *num.*12.& *cap.*12.Nauar. *de reſtit.lib.* 4.*cap.*1.*num.*7.Cepol.*tractat. de Imper. milit.elig.verſ. Authoritatis cauſ.num.*4. Aloiſ.Ric. *prax.Eccleſiaſtic. deciſ.*584. Surd. *deciſ.*59. *num.*4. & 89. *num.*21. D.Ioan.del Caſtillo *controuerſ. tom.*6. *cap.*125.*num.*21.Valençuel. *conſil.*92. *à num.*1.Petr.Fab.*lib.*3. *Semeſtr.cap.*8. *p.*96.Oſſuald.ad Donel. *lib.*18.*com. c.* 6.*liter. R. K.*& Z. Sanch. *lib.*4. *de matrim.diſput.*5.*ex num.*13. Amai. *l.vnic. num.*9.*C.de infamib.lib.*10.Imò ſemper obſeruandum credo,admitti non debere crimina aut conuitia,alicui oppoſita,ni dum ad publicam vindictam pertineant,& aliqua vtilitas proueniat ab iſta criminis patefactione.

43 Supradicta tamen DD. reſolutio quoad forum exterius tenēda eſt,in foro verò interiori,ſi iniuria veritate innititur,qualiter ad ſatisfactionem remanet iniuriator obligatus videndum eſt,quod D.Thom.2.2.*quæſt.*63.*artic.* 2.*ad* 2.reſpondet,quod ſi iniuſtè & mēdaciter iniuria fiat, tenetur ad reſtitutionem honoris iniurians: ſi verò vera profert, ſed iniuſtè,tunc tenetur quantum poteſt ad reſtitutionē,taliter quòd ſi famam reſtituere non valet ratione veritatis conuitij,alia via, aut aliter ei compenſare debere tenet, de quo Toledo *lib.*5.*ſum. capit.*69.Soto *lib.*4.*de iuſtit.& iur.quæſt.*6.*art.*3.Leſsio *eodem lib.*2.*dub.*17.& 26.Buſt.*tom.*2. *Roſar. part.*2.*ſerm.*4. *fer.*3.*poſt Dominic.Paſ.* Machad.*perfect.conſeſ.tom.*1.*lib.*2.*p.*3. *tractat.*24.*doc.*6.

Ex his omnibus accedendum eſt ad veram noſtræ legis intelligētiam:nam
44 ibi ſtatuitur. *Prohibimos, defendemos y mandamos, que en ninguno de nueſtros Conſejos, Tribunales, Chancillerias, Audiencias, Colegios, ni Vniuerſidades, ni otras Congregaciones, ni Iuntas ſeglares, &c. no ſe admitan memoriales, que no ſe den firmados.*

Hæc enim lex regulam firmat, tunc 45
proferri admittique valeant, *Dandoſe firmados de perſona conocida, y entregandolos la miſma parte, &c.* Qualiter ſuſtinenda hæc lex ſic abſolutè lata aduerſus communem Doctorum doctrinam requirentium ad admiſsionem horum libellorum vtile publicum ex criminis patefactione.

Dicendum credo noſtram legem cō- 46
ſtitutam fuiſſe ad conſeruationem ſtatutorum aliquarum cōmunitatum huius Regni,in quibus ad admiſsionem,& collationem honoris, illarū nobilitas, vel puritas ſanguinis tantum requiritur, & ne infames, Iudæi, hæretici ad honores talium communitatum admittantur,qui ſua infamia puritatem,ac nobilitatem illarum vilipendant.Ideoque eſt dicendum, quòd ſi ab aliquo libellus confertur cōtra aliquem,obijciens Iudæum eſſe, vel hæreticum, vel quid ſimile,taliter quod ratione infamię,vel ex iure,vel facto,vel natali prouenientis ab honore communitatis ſummoueri debeat,quòd ſi alias tale crimen ad bonum publicum non pertineat, tamen admitti debet libellus ſecundum noſtram legem datus.

Nam apud Hiſpanos aliquæ ſunt 47
communitates puritatem ſanguinis requirentes in admiſſo ad illarum honores, vt diximus *de leg. Politic. capit.*5. *lib.*1.de quo Redin.*de maieſtat. Princip. verb.Sed etiam,num.*199.Azeued.*l.*22. *tit.*7. *lib.*1. *Recopilat.* latè Valençuel. *conſil.*90.*num.*1.2.&3.Mier.*de maior. part.*1.*quæſt.*51.*num.*22.

Horum ſtatutorum conſeruatio ad 48
honorem ac bonum publicæ antiquiſſimæ Hiſpanæ nobilitatis, ac puritatis pertinet, ideò dicendum credo abſque iniuriarum actione poſſe quemcumque de Republica (cum in cauſis publicis omnibus cōmunis ſit proſpectio)libellum conferre conuitium imponentem ali-

alicui, tale quod per illud à conſecutione honoris, vel admiſsione talis communitatis ſummoneatur. De quo *ex l. vnic. C. de infamib. lib.* 10. Andr. Gail *lib.* 2. *obſ.* 99. *num.* 1. Didac. Perez *dict. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin. verb. denotare*, Gregor. Lopez *dict. l.* 1. *tit.* 9. *part.* 7. *verb. Que es verdad*, Ludouic. Roman. *conſil.* 96. *num.* 2. qui DD. & Oldrald. *conſil.* 53. *num.* 2. tenent illo caſu actionem contra iniuriantem non dari, quia non praua intentione factum conuitium cenſetur, ſed ex cauſa, vt ab illo honore tanquam indignus ſummoueatur, & ne ſua labe illas puriſsimas violet communitates *cap.* 1. 5. *q.* 5.

49 Et taliter hęc vera ſunt, quod etiamſi alicui crimen, vel conuitium dicatur, vel libello ſcribatur, quod nec tantum perſonale ſit, ſed reale, veluti appellans eum Iudæum, Maurum, Hæreticum, vel quid ſimile, in quo crimine actio omnibus de familia confertur, Socin. *capit. cum contingat num.* 10. *de ſentent excommunicat.* Baiard. *practic. crim. §. iniuria num.* 7. Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 159. & omnibus cenſetur facta iniuria, *l.* 2. *de liberali cauſa*, Bart. *l. tutor, §. ſi tutor de ſuſp. tutor.* Alexand. *conſil.* 115. *colum.* 3. *lib.* 3. Roland. *conſil.* 44. *num.* 39. *volum.* 1. Grammatic. *deciſ.* 23. *num.* 2. Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ.* 51. *num.* 67. Surd. *deciſ.* 89. *num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 105. *num.* 288. Menchac. *controuerſ. c.* 39. *num.* 2. & 3.

Admittendum crederem, nec ex eo dari debere actionem iniuriarum *ex l. vnic. C. de infam. lib.* 10.

50 Nam cùm Iudæi, & qui à radice infecta proueniũt, iure attento infames cẽſeantur, ab honoribuſque iuſta diſpoſitione arceantur, vt latè Bernard. Diaz *pract. crim. cap.* 23. *num.* 29. Tiber. Decian. *pract. crim. tit.* 1. *lib.* 5. *num.* 4. *capit.* 11. Azeued. *l.* 22. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopilat.* Lara *lib.* 2. *de anniuerſ. cap.* 4. Oſſuald. *lib.* 18. *com. cap.* 7. *liter. N.* D. Franciſc. de Amaia, *l. vnic. C. de infamib. lib.* 10. *num.* 62. *& ſequentib.* Et ſimul ex con- 51
ſtitutione ſemoueantur ab his honoribus, vt de ordine D. Iacobi *tit.* 1. *en ſus Definiciones*, Calatraua *tit.* 5. Alcantar, *tit.* 3. Officium Sanctæ Inquiſitionis, ac Collegia, & Eccleſia Toletana, vt dixi *in cap.* 5. *num.* 7. Valençuel. *conſil.* 90. *num.* 1. & 2. Eſcobar *de purit. proband. quæſt.* 2. *part.* 1. *ex num.* 5. de ſtatutis Collegiorum Ordinum Militarium doctiſsimus Solorçano *de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 4.

Cauſam adeſſe ad conuitium dicen- 52
dum eſt ratione publicæ vtilitatis conſecutæ ex admiſsione infectorũ ad honores Ordinum Militarium. Eccleſiæ, Inquiſitionis, & Collegiorum, ac ex pura & intacta conſeruatione ſtatutorum, Mier. *dict. quæſt.* 51. *num.* 5. Eſcobar *d. quæſt.* 2. *num.* 33. Roj. *epitom. ſing.* 104. Velazq. *defenſ. ſtatutorum Tolet. capit.* 34. repetit Eſcobar *d. part.* 1. *quæſt.* 3. *§.* 2. *num.* 2. 3. & 4. *& in antilog. aduerſus Amai. num.* 99. Valenç. *conſil.* 90. 91. & 92. per totum, doctiſsima, ac exquiſita eruditione D. D. Ferdinand. Pizarr. *viror. illuſtr. vit.* 1. *capit.* 1. *obſeru.* 2. *fol.* 7. Et ex ea iniuriam ceſſare, ac non debere concedi actionem iniuriarum, patet ex ſupradicta doctrina Roman. Oldrald. Didac. Perez, Andr. Gail, & aliorum contra libellos conferentes declarantium infectionem prætenſoris.

L. 65. tit. 4. lib. 2. Recopilat.

ORDENAMOS y mandamos, que qualquiera perſona que pretẽda oficio Eccleſiaſtico, o Secular, comiſsiõ, cargo temporal, o de aſsiento, pueda venir yeſtar en eſta Corte à ſu pretenſiõ, y à repreſentar las razones, y titulos della, por eſpacio de treinta dias en cadavn año, y no mas: y tenga obligacion de regiſtrar ſu entrada y ſalida ante el Secretario del Conſejo donde tuuiere la pretenſion: y aſsimiſmo los pretendiẽtes que eſtan en eſta Corte la tengan de regiſtrarſe dentro de quinze dias, y de ſalir dentro de otros treinta, en la forma dicha, y no lleuando teſtimonio del regiſtro de la entrada, no pueda tener audiencia nueſtra, ni ſer oido de ningun Miniſtro, ni conſultado, ni proueido.

SVMMARIVM.

1 *PRincipis cura in bona conſtitutione Reipublicæ obſeruanda inſpicienda eſt n. 3. Et ne ſubditi liberè, & abſque ratione viuant, & num. 4. præcipuè nobiles.*
2 *Otium turpe, ac periculoſum Reipublicæ.*
5 *Cura magna fuit apud antiquos, ne homines abſque ratione, otio dediti viuerent.*
6 *Numa Pompilius artificum Collegia conſtituit.*
7 *Temporis amiſsio magna eſt.*
8 *Otium ſubditorum curandum eſt ne vergat in detrimentum Reipublicæ.*
9 *Otioſitas nimiam malitiam docet.*
10 *Otij damna remiſsiue, præcipuè in Principe ex Hieron. Oſſor.*
11 *Aulicorum otium turpe Reipublicæ.*
12 *Ambitioſi definitio.*
13 *Virtuti accedendum, vt dignus quis & aptus ad honores cenſeatur.*
14 *Magiſtratus ambire, quomodo licitum apud Romanos ex Plutarcho, & n. 15. Cauſa adducitur.*
16 *Annytus primus apud Athenienſes ambituum inuentor.*
17 *Lacedæmoniorum lex laudanda, quæ tantùm dignis præmia conferebat.*
18 *L. 65. tit. 4. lib. 2. Recopil. diuiſio.*
19 *Officia per ambitum petere prohibitũ.*
20 *Magiſtratus petere apud Romanos licitum.*
21 *Lex de Toga Candida apud Romanos vigens apud, Venetos exequitur.*
22 *Fuit ſublata apud Romanos.*
23 *Ambitum damnantes leges remiſsiue referuntur.*
24 *Ambituum leges inceptæ, ambitu obſequij, ac ſponſione.*
25 *Plin. refertur definiens vanas promiſſiones ambientium.*
26 *Rex Hiſpaniarum officia ſui Regni confert.*
27 *L. Iulia de ambitu locum non habet, dum Princeps per ſe magiſtratus, aut officia confert.*
28 *Sed habet locum, dum ſuffragio iudicum, aut nominatione conferuntur.*
29 *Magiſtratus, aut dignitates, nolentibus conferendi ſunt.*
30 *Magiſtratus ambire licito modo, ac bono attento ad communem vtilitatem licitum eſt.*

31 *Am-*

31 *Ambituum diſtinctio in licitum & illicitum.*

32 *Licitum quale dicatur.*

33 *Officia petere ex merito licitum eſt.*

34 *Prætenſores officiorum in curia aſsiſtere vltra triginta dies prohibitum, vt ambitio prohiberetur, &* 35. *Referuntur Bobadill. verba num.* 39. *&* 40. *Alia in ſtudioſis ratio adducitur.*

36 *Preces in largitione munerum prohibitæ apud Venetos.*

37 *Aſsiſtentia in Curia Principis neceſſaria iudicatur ad conſecutionem honorum, & num.* 38. *Et qualiter hoc intelligendum adducta l.* 2. *C. de Primicer.*

1 VAler. Maxim. *lib.* 2. *capit.* 9. inquit: *Expugnentur licèt vrbes, corripiantur gentes, Regnis inijciantur manus, niſi foro & curiæ officium, ac verecundia ſua conſiterit, partarum rerum æquatus eœ.o cumulus ſedem ſtabilem non habebit.* Regum poteſtas, Principum cura perpetua eſt, aut eſſe debet, vt ſubditi nec tantùm victoriarum gloria perfruantur, ſed vt benè conſtitutæ Reipublicæ curam gerant. Sic enim conuenit, vt pro communi bono proſpiciat Rex, quòd ſeruus publicus potiùs quàm Dominus eſt cenſendus, Senec. *de conſolat. ad Polybium, c.* 26. *Magna ſeruitus eſt, magna fortuna.*

2 Nihil turpius otio, rumores excitare dixit Liuius *lib.* 2. *Decad.* 3. Otio fuiſſe deletam Carthaginem, & perijſſe Romam, D. Auguſtin. *lib.* 1. *de Ciuitate Dei cap.* 30. Catul. *ad Lesbiam. Otium Reges prius, & beatas perdidit vrbes*, Tullius 4. *in Verr.* Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 8. *cap.* 21. *num.* 13.

3 Ex his à Principe curandum eſt, ne ſubditi liberè, & abſque ratione viuant, ac ſicut ager neglectus, quò fertilior eſt, eò magis ſpinis, & vepribus, & agreſtium plantarum aſperitate coaleſcit. Ita otio dediti, ac bonis moribus inculti Rempublicã perdant Franciſc. Patric. *de inſtitut. Reipublic. lib.* 1. *tit.* 8.

Ob id diuina quaſi prouidentia à 4
noſtro Rege Catholico conſtitutum videtur, vt in ſua Curia pluſquam per triginta dies prætenſores non habitent. Quare enim ni ex eo, quòd ex illorum otio damna Reipublicæ obueniant? Hieronym. Oſſor. *lib.* 1. *de Reg. inſtitut. Grauiora detrimenta rebus communibus importabit.* Et poſteà. *Quò clarior eſt illius indoles, eò pluribus, & tetrioribus vitijs obruitur.*

Magna enim fuit apud antiquos cu- 5
ra, ne homines abſque ratione otio dediti, ac confuſione in diuiſione viuerent. Ex eo enim fuiſſe commotum 6
Numam Pompilium refert Plutarch. *in eum* ad conſtituenda artificum, ac fabriorũ Collegia, vbi quiſque ſuæ vacaret arti.

Magna equidem eſt temporis amiſ- 7
ſio. *Non tam benignum, ac liberale natura nobis tempus dedit, vt aliquid ex illo vacet, perdere.* Senec. *lib. epiſt. epiſt.* 118. nihil tempore pretioſius eſt Bernard. *ad Schol.* Nec tantùm eripitur & ſubducitur, fluit enim, vt Seneca *lib.* 1. *epiſt.* 1. aut vt D. Auguſtin. *epiſtol.* 49. Dei prouidentia labitur. Et cùm quid ſit tempus nemo facile explicet, vt idem Auguſtin. *lib.* 11. *confeſſ. capit.* 14. Magnoperè curandum, ac Prin- 8
ceps ſumma vigilantia intendere debet, ne otium ſubditorum in detrimentum Reipublicæ conuertatur. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebat
Recta labor, ſomnoque verius, & vellere Tuſco
Vexatæ duræque manus, ac proximus vrbi
Anibal, & ſtantes colina in turre mariti:
Nunc patimur longæ pacis mala, ſauior armis
Luxuria incubuit, &c.

Otio-

Otiositatem multam docuisse malitiam dixit Hieronym. *epist. ad Rustic.* ex qua in diuite exoriri luxuriam, in paupere rapinas, & furta, Ouid.

——— *Res age, tutus eris.*

10 Indigentia ex segnitie nascitur, otium est sentina malorum, otium est ingenij rubigo. Et Hieronym. Ossor. *de Reg. instit. lib. 1. Et revera quidquid pigritiam Regibus affert, in summis est malis numerandum. Id enim est, quod vires animi frangit: corporis valetudinem, atque robur debilitat: maiestatem Regis imminuit, veterum disciplinam corrumpit, iuuentutem luxuria, atque delicijs effeminat: hostes feroces, & infestos efficit, omniaque tandem firmamenta* Reipublicæ *labefactat.*

11 Quid turpius, quid perniciosius Reipublicæ otio Aulicorum? Sic hæc commendat suo Principi Adam Cotzen. *l. b. 8. Politic. cap. 9. §. 6. Tertiò purget aulam, & contrahat ab inutilium turba hominum, qui nec prosunt Principi, nec eum muniunt, nec splendorum adaugent, penitus liberet. Fecerunt magni Reges & Principes, qui magnam, decoram, Regiam aulam habere, quam populosam maluerunt, ambitioso dignitatis desiderio flagrante.*

12 Audi Innocent. de vtilitat. Cord. hum. ambitiosum explicantem, *Cunctos bonorat, vniuersis se inclinat, frequentat Curias, visitat Optimates, assurgit, & amplexatur, applaudit, & osculatur. Et quod magis ac deterius est, semper attentus ne discat quod displiceat.*

13 Si honore dignum te credis, non potentium, ac Principum domibus, sed virtutis accede. Claud. 3. *Honor consulat.*

Ambitio quæ vestibus foribusque potentum
Excubat.

14 Non ignoro primis Reipublicæ Romanę exordijs licere Magistratum ambienti, plateas, domos ciuium circumire, ciues prehensare, orareque vt suam petitionem iuuarent. Sed tamen non dubito illud constitutum fuisse, vt ciuibus cicatrices pro Republica susceptas ostenderent, vt Plutarch. *in Coriolan.* vtque virtutis, ac meritorum stemmata suffragia effecturo ostenderentur. *Mos enim erat Romæ* (Plutarch.) *vt qui Magistratum aliquem ambiret, is ciues prehensaret, oraretque, vt suam petitionem iuuarent, & eius rei causa in forum prodibat tunicatus, sine toga, sine vt humilitatis aliquid is habitus supplicantium adferret, sine vt cicatrices suas aperta fortitudinis signa ostendere posset.*

Hæc enim dum exequebantur, non 15
creuerat ciuium malitia, ambitionis, fallacia, ambientium cura, ac solicitudines, sed vt D. Augustin. *lib. 3. de ciuitate Dei, cap. 14. Vita hominum sine cupiditate agitabatur, & sua cuique placebant.* Postquam verò diligentia potius quàm meritis officia ac dignitates cōferebantur, vel tyrannide vsurpabantur Imperia, vt de Nino, Cambisse, & Ciro Iustin. *lib. 1.*

Postquam lethalis, ac proterua An- 16
nyti doctrina serpere incepit, ob ambitum quamplures calamitates passæ fuere Respublicę, Aristot. *lib. 5. Polit. cap. 3.* Adam Cotzen. *lib. 9. Politic. cap. 8. §. 9.*

Laudanda est Lacedæmoniorum lex, 17
quæ etsi Magistratus conferri debere suffragio statuit, non tamen volenti, sed digno, ac nolenti constituit, Claud.

Emi enim debet sola virtute potestas.

Vt eleganter notat Plutarch. in Licurg. *Cæterum seniores Licurgus, siue Senatores initio ex ijs constituit, quos consilij socios habuit, quemadmodum supra stensum est: post autem in defuncti locum iussit eum subrogari, qui inter sexagenario maiores virtute reliquis anteire iudicatus fuisset. Non fuit apud mortales vllum excelentius certamen, aut cuius victoria magis esset expetenda: non enim inter celeres celerrimo, non inter robustos robustissimo, sed inter optimos, ac temperantes optimo, temperatissimoque iudicato præmium victoriæ virtute partæ dabatur, vt per omnem vitam in Republ. summam potentiam haberet, dominusque & vitæ & mortis ciuium aliarumque maxi-*

ma-

marum rerum eſſet iudicium id, ita fiebat. Aduocato in concionem populo, viri quidem ad hoc delecti in propinquum conclaue concludebantur. Ita vt neque viderent quemquam eorum qui conuenerant, neque ab vllo viderentur, tantum clamorem illorum exaudirent: nam vt cætera, ita certamen quoque de hac virtutis palma acclamatione diiudicabant, &c. Similem Romanam conſtitutionem refert ex Sylio Italico *lib.*8.Franciſc.Patric. *de inſtitut.Reipublic. lib.*3.*titulo* 4. *fol.*87. Aliam electionem Magiſtratuũ his verſibus decantauit Tzethzis, & eo Ioan. Baptiſt.Henſ. *de iure iurand. veter.cap.*12.

Antiquitus Imperatorem, vel alium ex Principibus,
Cum vellent creare, nomen proclamabant.
Cum igitur plebi placeret qui præpoſitus erat,
Tollebant omnes dextras ſuas in altum:
Statim deligebatur in Magiſtratum ille, &c.

17 Sat enim de ambitione officiorum contra prohibitionem l.Iuliæ de ambitu, cùm peculiarem legem de hac materia habeamus.

18 Sèd prænotandum erit duplici ex capite fuiſſe noſtram legem latam, & duo capita habuiſſe legis ambitum. Primò, ne per ambitum conferantur officia: nam vt dixi, hoc loquor de ambitu illo, de quo lamentatur Plu-
19 tarch. *in Coriolan.* In ſecundo capite legis Iuliæ de ambitu fuit conſtitutum, vt per ambitum, ac per obſequium prætenſoris dignitates non conſequantur, Guillielm. Benedictus *in annotat. ad tit. de euictionib. & in l. ſi bene collata de vſur.* Oroſc. *in l. Barbarius Philippus de offic. Præt. num.* 2. ne otioſi homines in Curia viuant abſque ratione, & ſuperiorum ſcientia & permiſſu.

20 Ex quo, vt primæ diſputationis parti ſatisfaciam, notandum eſt licuiſſe Romanorum temporibus officia petentibus in album ad Collatores ire cauſa petitionis albis veſtimentis, eiſque obſequia ferre, ac humiliter petere, ad quos officia conferre pertinebat, vt Menoch. *lib.*2. *de arbitrar. centur.* 5. *caſu* 401. *ex num.*4. *& ſequentibus*, Vveſembech. Paratitl. *ad l.Iul. de ambitu num.*1. Tiber.Decian. *tractat. crimin.lib.*8.*cap.*21.*num.*26.Matienç. *in Dialog.Relator.*4. *cap.*10. *num.*7. vt Plutarch.ſup.Liuius *lib.*4.

Sed hæc lex de Toga Candida (tol- 21
lendæ ambitionis cauſa, quamuis permitti debere, ac in vſu eſſe apud Venetos dicat Menoch. *dict. caſu* 401. *num.*6. & 8.) cognito ambitionis vitiũ delectabile eſſe, exquiſitaſque fraudes nutrire, fuit ſublata ann.cccxxij. vt 23
Lipſ. *lib.*4. *antiquit. lect. cap.*15. Carol. Sigon. *lib.*2. *de iudic.* Petr. Gregor. *lib.*36. *Syntagmat. cap.*28. *num.* 4.& 5.Creſcente enim hominum malitia, ſequentibus temporibus, & ambitionis, ac ambientium ſolicitudine, latę fuerunt cõtra ambitum plures leges, vt Patrelia à C. Pratelio Tribun. Pleb. anno cccxcIIx. Bebia ann. IDIxxI. à M.Bebio,& L.Æmilio Conſ. & alię contra pretio, nundinatione, aut conciliabulis præmia petentes, vt lex Maria, Fabia, Ædilia, Calphurnia, Iulia, Aufredia, Lauinia, Pompeia, & Aulia, vt in eis Anton.Auguſtin. Hieronym. Verut. Hotoman. & Thomas Demſter ad Roſin. *lib.*8. *antiquit. Roman. cap.*29. latè de legibus Romanis ambitum damnarunt, Tiber. Decian. *dict.lib.*8. *capit.* 22. *per totum*, & Camil.Borrel. *de magiſtrat.lib.*1.*cap.*9.*per totum.*

Nam hoc ambitionis genus, quo vio- 24
lata fuit prima ciuium Romanorum iuſtitia, in munerũ, ac magiſtratuum elargitione, de quo eos laudat Plutarch. non in receptione munerum incepit, ſed in ambitu obſequij, ac mirifica ſponſione, vt Blond. *lib.*3. *Rom. Triumph.* Nicol. Gruch. *lib. Com.Rom. capit.*6. quod latè damnat Matienç. *dict. cap.* 10.*num.*6. Sic Iuuenal.Satyr.14.

Peregrina ignotaque nobis

Ad ſcelus, atque nefas quodcumque eſt purpura vendit.

25 Mirifica cognitione has Candidatorum promiſſorias leges demonſtrauit Plinius *lib. 6. epiſt. 19. Res vana* (inquit) *& ventoſa, nullumque habens terminum*, Demſter *ad Roſin. lib. 8. ad c. 24. & c. fol. 683.*

26 Sed quamuis in huius legis Iuliæ pœnam incidere non poſſe apud nos dicamus, cùm officia ſecularia à Rege noſtro conferantur, *l. 2. tit. 4. part. 3. l. 2. tit. 1. l. 22. tit. 9. part. 2. l. 1. tit. 15. & l. 1. tit. 1. lib. 2. Ordin.*

27 Quo caſu ceſſat l. Iuliæ diſpoſitio, *l. vnic. ad l. Iul. de ambit.* Ioan. Oroſc. *dict. l. Barbarius num. 2.* Bart. *dict. l. vnic. num. 1. ad l. Iul. de ambit.* Menoch. *dict. caſu 401.* Vveſembech. *ad tit. ad l. Iuliam de ambit. num. 5.* Ludou. Rom. *ſingul. 397.* Alciat. *de magiſtrat. ciuilib. num. 5. 7. & 10. & lib. 2. diſpunction. cap. 21.* Afflict. *cap. 1. num. 66. quæ ſint Regal.* Carol. de Tapia *ad conſtit. Regn. titulo de offic. in Regn. pragm. 2.* Guil. Bened. *cap. Raynuntius, verb. duas num. 52. de teſtament.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 1. cap. 20. num. 19.* Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 1. cap. 3.*

28 Tamen cum ſuffragio, nominationeve ſupremorum iudicum conferuntur huius legis diſpoſitioni eſſe locum

29 ex Bart. *in dict. l. vnic. num. 3. ad l. Iuliam de ambitu*, dicendum videbatur, cum precibus petere honores, ac ambiendas nolit dignitates, quæ nolenti conferri debere dixit, *l. 2. §. penult. de origin. iur.* & ibi Bart. Oroſcius *dict. l. Barbarius Philippus num. 3.* Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib. 8. cap. 21. num. 8.* Matienç. *Dialog. Relator. 4. cap. 10. per totum*, Conrad. *templ. iudic. lib. 1. §. 3. verſ. 22. num. 8.*

30 Nihilominus omiſſa Bartol. & Accurſ. doctrina, adhærendum credo, his præcipuè temporibus, opinioni Oroſcij *dict. l. Barbarius*, Menoch. *dict. caſu 401.* vt officia peti poſsint, meritaque ſuperioribus demonſtrari licitè, non animi elatione, ſed pro bono publico, & vt de meritis ac virtute conſtet, palã & ſine fraude, ac bona fide, vt Plaut. in Amph.

Virtute ambire oportet, non fauitoribus,
Sat habet fauitorem ſemper qui recte facit,

Quod ſequitur Bartol. *in d. l. Barbarius Philippus ante num. 1. & n. 2.* inquiens quòd per modum iuſtitiæ, aut virtutis præmia, aut officia petere illicitum non erit, *l. 2. C. de offic. rect. Prou.* Luc. de Pen. *l. contra publicam, C. de re milit. lib. 12.* Decio *in cap. cum in cunctis, num. 20. de elect.* D. Ioan. de Solorçan. *de Gubernat. Indiar. lib. 4. capit. 4. num. 15.* latè Camil. Borrel. *de magiſtr. lib. 1. cap. 9. per totum*, Marq. *Gubernat. Chriſtian. lib. 2. cap. vltim.* Steph. Gratian. *diſceptat. cap. 284. num. 29.* Franc. Marc. *deciſ. 749. num. 1.* Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat. 1. part. quæſt. 21. ex num. 42.*

Nam ex Tullio *oratione in Saluſt.* pa- 31
tet dupliciter eſſe accipiendum ambitum, licitum & illicitum: licitum enim dum pro bono Reipublicæ attenta virtute palam, & propoſitis meritis petitur, non elatione, vt officia conferantur, ſed vt attento prætenſoris merito ex ſeruitiorum nobilitate, aut ſtudiorum qualitate, ſi conuenit bono publico, de officio promoueatur, præcipuè habita relatione ad aliorum vtilitatem, vt D. Thom. 2. 2. *quæſt. 131. art. 1.* Hoc enim laude dignum cen- 32
ſuit Bartol. & cum Ariſtotel. Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib. 8. capit. 21. num. 3.* & petere ſecurum cenſet Alexand. ab Alexand. *lib. 4. dier. gen. capit. 3.* ex Plin. & Q. Curc. D. Ioan. de Solorçano *de Indiarum Gubernat. lib. 4. cap. 4. num. 16.* Nam cùm Scipio Numantinus cenſuram peteret, dixiſſe cõpetitori fertur, potius ſibi curæ fuiſſe, ne ſua facta ignorarentur, quàm ſcire Cenſorum, ac collatorum nomina.

Hæc concluſio defenditur latè per 33
DD. *in dict. l. Barbarius*, vt Alberic.

num.

*num.*3.*&* 7. Bald. *num.*2. Ioan. & cæteri tenentes palam petere officium ex merito licitũ eſſe, *Auth. de defenſ. ciuit. §. Nos igitur, Auth. vt iud. ſine quoq. ſuffrag. §. Illud videtur, Abb. in cap. tuam de ætat.& qualitat.* Matien. *Dialog. Relator. Dialog.*4. *cap.*10.*&* 12. *per tot.* Maſtrill. *lib.*1. *de magiſtrat. cap.*30. *numer.*1. Tiber. Decian. *dict. lib.*8. *capit.* 26. Menoch. *d. caſ.*401. Bobadill *lib.* 1. *Polit. cap.*3. *per totum, præcipuè, num.* 66.*& ſequent.& num.*71.

34 Quo fuiſſe proſpectum â noſtris Regibus videtur conſtituentibus, vt prætenſores per triginta dies tantum in Curia aſsiſtere valerent, vt in noſtra l. Ad quid enim? ni vt ambitioſus ad Curiam Principis acceſſus prohiberetur, vt de ſuis temporibus Senec. *de conſolat. ad Helu. cap.*6. *Maxima pars illius turbæ patria caret; ex municipijs & coloniis ſuis, & toto denique orbe terrarum confluxerunt, alios abducit ambitio, &c.* Vtque palam petant, & merita proponant, l. noſtra 65. ibi: *Puedan venir, y eſtar en eſta Corte a ſu pretenſion, y repreſentar las razones y titulos della, &c.*

35 Sed ne detur de licita ambitione ad illicitam tranſitus, & ne iudices, quos non potuit ſubuertere auaritia, mouere luxuria, ambitio ex precibus orta faciat criminoſos, cum corruptio ſuperioris abſque pecunia, ſed ambitione tantum fieri valeat, *l. ita demum, §.*1. *verb. Vel ambitione de arbitr. l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* & ab ea liberi etiam eſſe debeant, vt notat Plutarch. *in Pericle. O Sophocles, non manus, modo, ſed & oculos Prætoris abſtinentes eſſe decet,*

36 *cap. quorumdam de elect. lib.*6. Ob quod preces in largitione munerum prohibitas apud Venetos ſenſit Tiber. Decian. *dict. capit.*22. *lib.*8. *num.*35. & notat Imperator in *l. vnic. C. de Piſtor. lib.*11. vbi prohibitum extat officia quærere gratia ambitioneque, ſicuti pecunia, alijſque illicitis modis. Et ex Orphæo, & Heſiodo, inquit Perrus Gregor. *lib.*36. *Syntagmat. capit.*28. *num.*7. iuſtitiam virginem eſſe, non tentandam corruptione pecuniæ, vel gratiæ. In quo mirabile eſt quod notat S. Petr. Damian. *lib.*5. *ep.*9. *Solus adulationis fauor aliquando vice pretij compenſatur*, & proſequitur. *Plures velut propoſita venalitatis menſa fœnerando ſeruitium, mercantur imperium,* Ioan. Euſeb. Nieremberg. *Stromat. Sacr. Stroma.*11. *cap.*3. *fol.*277. Rectè fuiſſe proſpectum videtur, vt vltra triginta dies in Curia adeſſe, nec viuere valeant prætenſores, vt eleganter notat Petr. Gregor. *lib.*13. *de Republic. capit.* 24. *num.*10. Quia quamuis aſsiſtentia 37
Principi multum ad adipiſcendos honores conducat, Caſsiodor. *lib.*5. *epiſtol.*25. *Quamuis munificentia noſtra ſit omnibus vbique gratiſſima, multò tamen acceptiora credimus quæ noſtri præſentia conferuntur. Quoniam maiora de conſpectu Principis populi ſumunt, quàm de largitate beneficia conſequantur.* Tamen in- 38
cœpit, cùm priùs augendæ multitudinis causa in Capitolio asylum aduenis omnibus aperuisset. Quem locum inter duos lucos consecrauerat tutelæ, ac libertati aduenarum, quò qui confugissent, liberi, an serui religionis priuilegio mox æquo cum alijs omnibus iure in ciuitatem Romanam reciperentur, vetus in hoc consilium condentium vrbes sequutus, ac sæpiùs ante ab illis vsurpatũ, &c. Plutarch. *in Thes. & Romul.* de quo Petr. Gregor. *lib. 4. de Republic. capit. 4. ex num. 18.* eleganter Tacit. *lib. 11. annal. Tunc solida domo quies, & aduersus externa floruimus; cùm Trãspadani in ciuitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terræ regionum additis Prouinciarum validissimis, fesso imperio subuentum est. Num pœnitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros è Gallia Narbonensi transiuisse?*

66 Hæc enim admissio, aut exterorum exclusio computanda est secundum publicam vtilitatem, Adam Contzen *lib. 9. Politic. cap. 8. §. 14.* Cagnol. *in l. 2. num. 222. de origin. iuris.* Et sic à Romanis ciuitas fuit Italis donata bello Marsico maxime vigente, vt haud decresceret ciuitas, sed nouis augmentaretur ciuibus, Apian. *lib. 1. Belli ciuil.* Couarru. *lib. 4. variarum cap. 1. num. 2.* Carol. Sigon. *lib. de antiquit. iur. Ital. cap. 1. & 3.* Marq. *Gubernat. Christian. lib. 1. cap. 2.*

67 Cumque ad conseruationem huius Regni exterorum admissio necessaria sit, admittendi sunt, vt lex disponit. *Y que exercitando actualmente algun oficio, o labor, y viuiendo veinte leguas de la tierra adentro*, quod cum domo & familia sua intelligendum est, vt voluit Grammatic. *decis. 103. num. 111.* Grat. *disceptat. tom. 3. cap. 592. num. 7.* Hermosill. *l. 15. gloss. 2. num. 47. tit. 5. part. 5.* Similis est huic nostræ dispositioni *l. pupillus, §. incola, de verbor. signific.* cum & ad adquisitionem incolatus sedium, ac habitationum constitutio necessaria sit, *l. libertus, §. sola ad municip.* Bart. *l. de iure, de interdict. & releg.* Pyrr. *in rubric. C. de incolis lib. 10.* Alciat. *lib. 2. Parad. c. 7.* Rebuff. *in d. §. incola de verb. signific.*

Sean libres para siempre de la moneda forera, y por tiempo de seis años de las alcaualas, y seruicio ordinario y extraordinario. Y assimismo de las cargas concegiles en el lugar donde viuieren, iure communi attento incola munera publica & patrimonialia subire tenebatur, *l. 1. & toto tit. C. de incol. lib. 10.* Luc. de Pen. *l. 2. C. de muner. eod. lib. l. fin. §. patrimoniorum de muner. & honor.* Ludouic. Roman. *consil. 161.* Sed hæc concessio immunitatis à lege nostra fuit, vt ex ea exteri inuitarentur ad habitationem horũ Regnorum, cum regulariter, sicuti ad honores admitterentur, & onera subire deberent, Tiber. Decian. *respons. 41. num. 89. tom. 2.* & anteà *respons. 11. num. 2.* quod ex quasi contractu factum notat ex Baldo & Roman. Deciano *d. num. 2. & num. 21.* Menoch. *consil. 1060. per tot. præcipuè num. 33.* quod sic procedit, vt sub obligatione ad onera cæteris ciuibus communia teneantur, vt ex Roland. *de lucro dotis quæst. 14. num. 10. & quæst. 94. num. 14.* Surd. *decis. 13. num. 4. & 5.* Molfes. *consil. 5. num. 20.* Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 2. num. 77.* Sapientissimus nobilis. Fabius Capic. Galeot. *controu. lib. 2. controuers. 30. num. 62. qui eodem lib. controu. 67. n. 20. & 21.* tenet ciues appellari nõ posse qui onera in ciuitate non subeunt, ex Bart. Bald. Luc. de Pen. & Boer. repetit. *respons. Fiscali 9. n. 9.*

Hæc enim omnia præter quod sæcu- 68
laribus constitutionibus congruunt, & etiam diuinis sunt conformia decretis. Audi *Leuit. cap. 9. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobetis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vos metipsos.* Imò & dum ratio communis bo- 69
ni, vbi incolatum recipit, adest, maiori ex causa, quoad immunitates præferendus est originarijs, cum in eo patria virtus non adsit, secundum quam patriæ succurrere debet sub obligatione, vt diximus *de leg. Politic. lib. 2. cap. 15. num. 14.* & tenent traditi DD. adducti supra num.

Simile enim priuilegium, vt homines 70
in-

inuitarentur ad loca habitanda conceſſum oppidanis Motrilli,& aliorum oppidorum deſertorum ob perfidiam Mahometanorum, refert D. Franciſc. de Amaia *in l.7.num.*113.*C.de incol. lib.* 10. & in Cathalonia oppidanis villæ de Palamós, Fontanel. *deciſ.*297.*n.*1. quod fieri poſſe à Principe ob vtile totius Regni,probat ſapientiſ. Fab. Capic.Galeot. *contr.lib.*2. *contr.*55.*ex n.* 45.*&* 46.

71 Et proſequitur lex. *Y que ſean admitidos como los demas vezinos del à los paſtos y demas comodidades*,quod intelligẽdum eſt ſecundum iuris regulas, ſcilicet vt gaudeat paſcuis, ac immunitatibus conceſsis vicinis oppidi vbi habitauerit, quæ habitatio intra oppidum facienda eſt,vt notat ex Nata *conſil.*139. *num.*14.*part.*1. Flamin. *conſil.*6.*num.* 28.Menoch.*lib.*6.*præſ.*42.*num.*7.Ludouic.*deciſ.Peruſ.*3.*num.*17. Boer.*deciſ.*272.*num.*2.Hermoſill.*lib.*15.*gloſſ.* 2.*tit.*5.*part.*5.*num.*47. Quod iuri communi conſonum eſſe, eo quòd ad incolatum, ac habitationem admittuntur, Bertrand.*conſil.*92. 2.*part.lib.*2. Menoch.*conſil.*390.*num.*2.de quo ex Gratian. Amai. *d.l.ciues* 7.*ex num.*118. *C. de incol.lib.*10.Otero *de paſcuis capit.*4. *ex num.*19.

72 Quæ conſuetudo ſeu ius admittendi exteros ob commune bonum,ſic expoſuit Adam Contzen *lib.*3.*Politic.capit.* 14.*§.*17.*Opulentiſſimos ciuitatum video eos, qui è laborioſa aliqua Regione, aut quorum parentes,atque aui immigrarunt; illi enim temperantiam frugalitatemque ſecum tulerunt, laboribus dediti ſunt, ſeuerè liberos educant, ideò facile rem tuentur, & augent cæteris luxu diffluentibus.*

73 Haud enim laborioſa gens extera parcitati dedita, ac labori, facilis ad ſeditiones erit, ex quo exterorum admiſſiones damnat Ariſtot.*lib.*3.*Politic.cap.* 5.& quæ dixi in *d.cap.*15.*ex num.*35.

74 Quare laudanda ſunt noſtrę l.verba, *Exercitando actualmente algun oficio,o labor*, quæ ex Romuleis conſtitutionibus deducta credo, *vti ſellularias, ac ſordidas artes corporibus animiſque tractantium noxias, & turpibus ſeruientes voluptatibus libertini, dumtaxat peregrini, ac ſerui exercerent.* De qua ſic Stephan. Pighi.*lib. ſeptimontium fol.*19.*Qua quidem plebs Romana in duas partes diuidi cœpit, in ruſticam nempe,& vrbanam: quarum illa,vt ſimplicior, ita integrior, atque laudabilior ſemper eſt habita.* Imò & neceſ- 75
ſaria eſt, ac vtilis in Republica laborantium pars, vt exinde admitti ad habitationem valeant, *de quo ex tit. C. de priuileg. lib.*11.& alijs locis D.Ioan.de Solorçan.*de Gubernat.Indiar. lib.*1.*cap.* 10. *ex num.*1. *vſque ad* 20. de quo vide quæ diximus ſupra *ad l.*34.*tit.*7. *lib.*1. *ex num.*48.Præcipuè ſi liberalibus artibus ſunt dediti, vt voluit Cicer. *pro Archia*, dicens,quòd ad ciuitatem Romanam admitterentur,ex quo antecellere omnibus ingenij gloria contingit, & ciues Romanos fuiſſe à Cæſare factos,ac ad ciuitatem Romanam receptos artium liberalium profeſſores, refert Alexand. ab Alex. *lib.*4. *dier. gen.* Sueton.*in Iul.Cæſ.*Alciat.*lib.*2.*diſp.cap.* 21.*diximus de leg.Politic.cap.*18. *lib.*2. *num.*22.

Quare prænotãdum eſt,eo ipſo quòd 76
exterus ad ciuitatem aliquam, ſeu oppidum noſtrum venit cauſa habitationis,ſeu incolatum inducendi, atque officium exercendi,aut laborem,quod de mæchanica arte intelligendum credo ſecundum Xenophont.*lib.*5.*Æconomic. cap.*4.& Senec.*epiſtol.*88.ad paſcua & vtilitates admittendus erit,dum tamen habitationem ibi mutauerit, voluntatemque habitandi demonſtrauerit,cum ea quæ ciuibus vſu communia ſunt,incolatu,ſeu habitatione fruantur,*l.*9.*tit.* 23.*part.*3.de quo latè diſputat D.Franciſc.de Amai.*in l.ciues* 7.*C.de incol.lib.* 10. *ex num.*118.*cum ſequentib.* præcipuè cùm hæc vtilitas paſcuorum ex ipſa ciuitate proueniat, quo caſu ciuibus priuilegio factis communis eſt, vt eloquẽtiſsimè tenet vltra à nobis traditos *lib.*2.*de leg.Politic.cap.*18.*ad fin.* meritiſsimus Regens Fab. Capic. Galeot. *lib.*2.*contr.contr.*67.*n.*15.

Nam hoc priuilegium exteris in no- 77.

ſtra lege ratione habitationis conceſſum eſt, nec ad id requiritur domicilij conſtitutio, quod iure communi attento requirendum erat, Bart.& Alber. *in l. cum Delanionis, §. Sabinus de fund. inſtruct.* Bertrand. *conſil.* 51. *num.* 3. *lib.* 1. Boer. *quæſt.* 272. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 1060. *num.* 52.

78 Sed ratione mutationis mæteci ſufficit, quòd ibi mutauerint habitationē, cum cæteræ qualitates à priuilegio, ſeu lege ſuppleantur quoties ciuitas priuilegio conceditur, Paul. de Caſtr. *conſil.* 424. *num.* 2. *lib.* 2. Barbac. *conſil.* 13. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 737. *num.* 3. *& conſil.* 1060. *num.* 52. Vel dum quis habitādi voluntatem habuerit, *l. eius qui* 27. *§. fin. l. domicilium* 20. *ad munic.* Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 42. *& caſ.* 86. *de arbitr. num.* 2. Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 23. Gratian. *tom.* 1. *diſceptat. cap.* 181. *& tom.* 3. *cap.* 569. *num.* 6. Matienç. *l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopilat. gloſſ.* 2. *num.* 4. Amaia

29 *in l. ciues* 7. *num.* 93. *&* 115. *C. de incolis lib.* 10. Sunt enim Mæteci, qui ad colonias collocādas de vna Ptouincia, aut ciuitate ad aliam transferuntur, Vvolphang. Iaz. *lib.* 2. *com. Rom. capit.* 13. *verſic. Mætecium*, Pancirol. *lib.* 3. *variarum cap.* 31. *§. de incolarum, pag.* 500. de qua D. Ioan. de Solorçan. *de Gubernat. Indiar. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 31. *& ſeqq.*

80 Mætecis enim conferebantur agri immunitates, vt ſupra diximus ex Senec. vt cū illorū habitatione, aut incolatu exhauſta, deſtructa, orbatave Prouincia, aut ciuitas reficeretur, vt Liuius *lib.* 43. *Qui Carterenſium domo manere vellent, poteſtatem fac vti numero colonorum erunt agro aſſignato.* De quo latè D. Franciſc. de Amaia *in l. certa forma* 4. *C. de iur. fiſci lib.* 10. Mario Cutelo *ad ll. Sicul. ad ll. Federici, cap.* 52. *not.* 62. *num.* 1. *&* 2.

Neque quoad conditionatam libertatem natura Mætecium hic attendendēda, ſed ius ratione aſsignationis paſcuorum cauſa reficiēdarum ciuitatum, ſeu oppidorum, quā ad colonias conſtituendas ſufficientem credunt DD. traditi à Solorçan. *d. cap.* 23. *ex num.* 31. & Amai. *d. l.* 4. *ex num.* 3. *cum ſequentib.* Quod rectè attentum ac executum dicendum eſt à noſtris Regibus, vt ornaretur ciuibus Regnum, ac habitatoribus.

Alia equidem noſtræ legis pars con- 81
ſtituit. *Y los demas eſtrangeros, aunque no ſean oficiales, ni laborantes, auiendo viuido en eſte Reyno diez años con caſa poblada, y ſiendo caſados con mugeres naturales del por tiempo de ſeis años, ſean admitidos a los oficios de la Republica.* Similiter diſpoſitum pro conſeruatione ciuitatis Barcinonen. factum refert Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 3. *gloſſ.* 2. *ex num.* 1.

Similis huic diſpoſitioni eſt iure cōmuni attento, *l. tres tantummodo, C. de offic. Prætor.* vbi ſtatuitur, quòd ad officium Prætoris non admittantur, niſi qui proprium larem in alma vrbe habeant. Dum verò ſedem mutauerint, ad habitandamque vrbem venerint, ſi domicilium fouerint, admittendos inquit Imperator ad Præturam, Sebaſtian. Neuio *in ſiſtem ad d. l.* 3. *ex num.* 2. Petr. Gregor. *lib.* 47. *Syntagmat. cap.* 30. *ex num.* 10.

Lares enim in *d. l.* 2. idem ac domi- 82
cilium eſſe cenſendum videtur. Nam licet lares pro patria originis cēſeantur, patriumque ſolum à Prudentio *lib.* 2. *contra Simach.*

Vrbs, patria, atque omnes lares conſilientur auito.

Tamen in hac *l.* 2. pro domicilio ſe- 83
cundum iuris regulas quæſito intelligendum eſt, cum ſi ad præturam tantum admittendi eſſent originarij, aſſumi non poſſent domicilium tantùm habentes, vt in ipſa *l.* 2. diſponitur, cùm ad officium, ad quod originis, vel naturalitatis prærogatiua deſideratur, domicilij tantùm ius habentes non poſſunt, vt infrà videbimus.

Hanc autem *l.* 2. *C. de offic. Prætor.* ex 84
conſtitutione Auguſti deductam credo, qui rectè Dionyſ. *lib.* 13. *Roman. hiſtor.* conſtituit, vt nemo Romæ ad magiſtratum admitteretur, niſi Romanus, Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. cùm longè meliùs ciues adminiſtrarēt, quàm

quàm peregrini, vt diximus *de leg. Polit. lib. 2. c. 18.* add. Capibl. *de Baron. pragmat. 5. num. 93. & pragmat. 10. num. 74.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad d. l. 2. C. de offic. Præt. num. 6.*

85 Diximus ſuprà incolatum, ſeu domicilium voluntate habitandi in aliquo loco conſtitui: hîc verò prænotandum eſt à noſtro Rege hanc voluntatem nolle ad conſtitutionem domicilij, & vt exterus naturalibus ciuitatis priuilegijs gaudeat, vt ex nudo facto, ſeu ex voluntate probetur. Nam cùm à voluntate Principis pẽdeat horum priuilegiorum collatio, vt diximus *de leg. Polit. lib. 2. cap. 18.* & latè Menoch. *conſil. 1060.* penè per totum, attendenda eſt noſtræ legis diſpoſitio ad adquiſitionem naturalitatis.

Nam cùm ad domicilij adquiſitionem origo, natiuitas, aut habitatio neceſſaria ſit, & præcipuè voluntas huius effectus operatrix præcipua, *l. eius qui 27. §. fin. l. domicilium 20. ad municipal.* Neceſſaria eſt habitatio legitima, vt inducatur voluntas, ſeu præſumatur habitationem antiquam deſerendi, *l. 2. C. de incol. lib. 10. l. 32. tit. 2. l. 2. tit. 24. part. 3.* Et ibi Gregor. Lop. & viuendi locũ habitatum, Menoch. *de arbitr. caſ. 86. per totum, præcipuè num. 11.* Stephan. Gratian. *diſceptat. lib. 1. c. 139. num. 10.* Ruin. *conſil. 100. num. 8. lib. 5.* Otero *de paſc. c. 4. ex n. 11.* de quo cumulat DD. Sanch. *de matrim. lib. 3. diſput. 23. n. 1.* Tuſch. *liter. D. concluſ. 592.* Narbon. *l. 20. tit. 1. lib. 1. Recopilat. gloſſ. 2. n. 68.* Amai. *d. l. 7. de incol. n. 204.* Menoch. *conſil. 80. n. 13. & 14. & conſ. 390. n. 6.* Syluan. *conſil. 1. n. 94.* Alciat. in *l. pupillus, §. incola n. 1. de verb. ſignificat.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 4. c. 16. n. 8.* Menoch. *de præſ. lib. 8. præſ. 42. & de arbitrar. lib. 2. caſ. 86.* Tuſch. *liter. D. concl. 596.* Gail. *lib. 2. obſ. 35. num. 7.* Riccio *collect. 615.* Carleu. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſputat. 2. quæſt. 1. num. 11.*

86 Hoc enim præcipuè notandum eſt adhibita illa diſpoſitione legali, *Siendo caſados cõ mugeres naturales.* Nam quamuis vir forum vxoris non ſequatur, ſed mulier viri, *l. fin. C. de incol. lib. 10. l. fin C. de mulier. in quo loco, l. fin. §. Rem reſcripſerunt ad municip. l. exigere 16. de iudic. l. 32. tit. 2. part. 3.* & ibi latè Greg. Lop. Tiraq. *l. 1. connub. ex n. 28.* Gutier. *conſ. 7 n. 8.* Oſſuald. *lib. 17. comment. c. 12. liter I.* Oter. *de paſc. c. 4. n. 14.* Narbon. *l. 20. gloſſ. 2. n. 163. tit. 1. lib. 4. Recopilat.* Carleual. *de iudic. diſputat. 2. q. 2. n. 65.* Amai. *l. 7. C. de incol. lib. 10. n. 26.*

Tametſi ſuperadditur naturalitati 87
vxoris domicilium viri, iuſtè adquiritur ius ſecundùm verum intellectum *l. ſi in patria 5. C. de incol. lib. 10. l. 2. tit. 24. p. 4. l. 32. tit. 2. part. 3.* Azeued. *l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopilat.* Surd. *deciſ. 330.* Gutierr. *de matrim. cap. 63. n. 18.* Barboſ. *l. hæres abſens, §. proinde, de for. rat. orig. n. 73. & 74. de iudic.* In caſu ſimili, ac in pragmaticam Neapolitanã ſcripſit eleganter ſapientia ac legali doctrina plenus dom. Fab. Capic. Galeot. *in reſponſ. Fiſc. Reſponſ. 9. per totum*, de quo Otero *de paſc. cap. 4. num. 13. & 14.* Gratian. *diſceptat. cap. 569. num. 9.* D. Franciſc. de Amai. *in l. ciues 7. num. 31. C. de incol. lib. 10.*

Hæc omnia procedunt quoad adqui 88
ſitionem illorum iurium, quorum adquiſitio per accidentale ius, aut domiciliũ prouenit. Alia verò ſunt iura, quę deſiderant naturalitatem, ſeu propriam originem à paternali linea prouenientem, qualiter iuriſdictionalia, ac honoraria officia, & beneficia Eccleſiaſtica. De his enim noſtra lex diſpoſuit, quòd ſeruarentur leges diſponentes qualitatem ad illa obtinenda, ibi: *Como no ſean Corregidores, Gouernadores, Alcaldes mayores, Regidores, Alcaydes, Depoſitarios, &c. Porque en quanto à eſto, y à los beneficios Eccleſiaſticos dexamos en ſu fuerça y vigor lo diſpueſto por nueſtras leyes.* Nam quamuis regulare ſit, quòd ad ciuitatẽ admiſſus capax ſit honorum ac munerum, vt diximus *n. 67* limitatur dũ alia qualitas ad adquiſitionem illius iuris deſideratur, vt latè Carleual ex multis Doctoribus notat *de iudic. lib. 1. diſp. 2. q. 2. n. 80.* quod ſeruandum videtur attenta diſpoſitione noſtræ l.

Quid

89 Quid verò ſit diſpoſitum à legibus noſtris circa ius, ſeu qualitatem ad obtinenda dicta officia, aut beneficia, omiſimus ex cura in noſtro *de leg. Polit. tract. lib. 2. c. 18. n. 2.* referendo ad DD. ibi traditos, de quo hic ſcribere dānabile eſſet latè Carleu. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp 2. q. 1. per tot. & q. 2. n. 98 & ſeq.*

90 A Catholico Rege Philippo III. ſic declaratum priuilegium conceſſum ciuibus Barcinonenſibus refert Fontanel. Nam cum priuilegium illius ciuitatis fuiſſet latum habitantibus in ea per annum, fuit conſtitutum, vt quoad admiſſionem ad officia, non adquireretur illud ius per habitationem anni, ſed neceſſarium eſſet decennium, *de pact. nupt. clauſ. 3. gloſſ. 2. num. 73.*

Sed vtinam inquient quo iure concedenda exteris admiſsio in Regno ex

91 noſtra l. denegandumve ius ad officia ſeu dignitates, vt in dictis verbis? Nam dū ex priuilegio aliquis ciuis efficitur, omnibus iuribus, priuilegijs, aut immunitatibus cæteris conceſsis gaudere planum eſt, vt diximus *de leg. Politic. lib. 2. c. 18. ex n. 29.* Menoch. *conſil. 737. n. 3. & 4.* doctiſ. Fab. Capic. Galeot. *lib. 2. contr. contr. 67. per totam*, & anteà *lib. 1. contr. 13. num. 3.*

92 Quibus vt ſatisfaciam, ad Romanum ius recurrendū eſt. Primò enim Romanæ Reipublicæ fundamēto ciuibus Romanis plura priuilegia conceſſa fuere. Latiū habitātes, vt Sabinos, Cameri-nos, Verētes & Fidenates, Dion. Liuius, & Plutarch. domuerunt, qui ad Rempu

93 blicam adſciti, inter antiquas tribus, quas ttiginta & quinque fuiſſe probant Romani Scriptores, fuerunt diſtributi, Carol. Sigon. *lib. 3. de antiq. iur. Ital. c. 1.*

94 *& 3.* Velei. Patercul. *lib. 2.* Non habentes eos, vt domitos, ſed vt pariter pro Reipub. vtilitate proſpicerent, ac pro ſocijs haberentur. Hoc quod antiquum Romanorum erat, ſeu ſociorum appellabatur, erat ius, vt in legione Romana militarent, ſuffragia ferrent, gererent Magiſtratus, ac cætera officia publica.

95 Sed cùm ſumma eſſet libertas, ac dignitas ciuium Romanorū, exteri Latini, & Itali, ac ferè omnes Prouinciæ intra Italiam ſummo ſtudio adipiſcendæ ciuitatis tenebantur, vt Roſin. *lib. 8. antiq. c. 2.* Sigon. *de antiq. iur. Ital. lib. 1. cap. 1. & 4.* Aliquibus enim conceſſam 96 fuiſſe ciuitatem, veluti Etruſcis, Campanis, patet apud Scriptores. Trāſpadani ciuitatem petierunt, ac Lambri, & Nouocomienſes, Alex. ab Alex. *lib. 4. dier. gen. c. 10.* & ibi Tiraq. Extenſa poſtea fuit hæc ciuitatis conceſsio Gallis, præcipuè incolis Prouinciæ Narbonenſis, de quo Alciatus *lib. 2. diſpunct. c. 21.* Anton. Aug. *de legib. Rom. de l. Iul. de ciuitat.* alijſq; ciuitatibus, ſeu Prouincijs, Onufr. Pambin. *de Rom. Imper. c. de iur. ciuitat. Rom.* Alex. *d. c. 10.* Ioan. Gutier. *lib. 3. pract. c. 23. n. 4.* Galganet. *lib. 2. de iur. public. n. 12.* Boer. *deciſ. 13. num. 25.* doctiſ. Epiſcopus Salmant. Valençuel. *conſil. 200. num. 7.*

Nec omittendum eſt hoc ius ciuita- 97 tis Romanæ, ante tempora Antonini Imperatoris illud conferentis omnibus Romano Imperio ſubiectis *in l. in Orbe de ſtat. homin.* de quo dicimus *de leg. Polit. lib. 2. c. 15.* Barboſ. *in l. 1. §. legatis ex n. 20. de iudic.* latè Valenç. *d. conſil. 200. ex n. 8.* doctiſ. ac ſapientiſ. nec bene laudat. D. D. Ioan. Baptiſt. Larrea *diſp. Granat. diſp. 9. n. 16. & 17.* Dorlean. *lib. 3. in Tacit. pag. 384. not. 5.* Puente *conu. vtriuſque Monarc. lib. 2. cap. 26. §. 5.* D. D. Ioan. de Solorç. *de Iur. Indiar. lib. 2. c. 21. n. 21.* Faber. *in ration. in d. l. in Orbe, & in Iuriſpr. tit. 5. prin. 3. & tit. 9. p. 2. illat. 1.* Donel. *lib. 2. com. c. 16. & ibi* Oſſuald. *lit. B. & lib. 17. com. c. 13. lit. D.* Marcel. Donat. *in dilucidat. Sueton. in Auguſt. c. 40.* Conceſſum Hiſpanis ciui- 98 tatibus Pacenſi, & Emeritenſi ſit, vt patet *in l. fin. de cenſib.* Ioan. Gutierr. *d. q. 13. num. 4. & 5.*

Notandum tamen eſt illud ius ſocio- 99 rum, ex quo Latini Romanis legionibus addicebantur, & ex quo ſuffragia ferebant, ac Magiſtratus conſequebantur, iusve Tribunitium, non ſic facilè adipiſcebatur, ſed neceſſarium fuit præcipuum Senatus priuilegium, ac ad ius ſociorum, & vt tanquam ſocij haberentur:

rentur: aliàs enim nec in legionaria militia militare poterant, nec honores consequi, vt Couarru. *lib.* 4. *var. cap.* 1. *num.* 11. ex Apian. Dionys. & alijs Alciat. *d. cap.* 21.

100 Quare notat Lipsius *lib.* 1. *de magnit. Rom. c.* 7. quòd etsi verum sit, quòd rescripto ciuitas concedi poterat, aut conferri, non verò illud ius Latium appellatum seu sociorum, ex quo admittebãtur ciues ad legionariam militiam: quia ad id nec tantùm ciuitas, sed tribus, aut origo Romana desiderabatur: imò necesse erat, vt per nepotum, aut pronepotum descendentia sanguis, & mores verè Romani efficerentur, & anteà à legionaria, & honestiore militia excluſi erant. Nec tantùm ciuitas ad hãc mimilitiam erat necessaria, sed etiam ingenuitas, & aliter ab illa excludebantur, Rosin. *lib.* 10. *antiq. Rom. c.* 4. Quod sic extolit *Lipſ. d. lib.* 1. *c.* 4. vt referens Othonem blandientem militibus suis allocutum his verbis testatur ex Tacit. *lib.* 1. *hiſtor. Italiæ alumni & Romana vere iuuentus.* Ex eo enim, quòd ciuitate ac origine, sine externa immixtione gaudebant vt ipse Lipſ.

101 Pro quo dicẽdum credo cum Cuiac. *lib.* 10. *obſeru. c.* 35. Iura ciuium Romanorum dupliciter consideranda, noua, & antiqua, ideſt, ius Latium nouum, & ius Latiũ antiquum; inter quæ iura discrimen assignat ipse Cuiac. ex Plin. & Seruio, scilicet ius Latium antiquum habentibus, priuilegia præstantiora cõcessa esse, vt ius cognationum, immunitates, ac quod non possent flagris subijci, Couarru. *d. c.* 1. *n.* 11. quæ non extendebantur ad eos, quibus de nouo concedebatur ius ciuium, seu ciuitas Romana.

102 Hæc enim diuisio, seu prælatio naturalium quousque sanguis exterus, per successionem fiat originarius ex ipso sacro textu comprobatur, Deut. *c.* 23. *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt, nec Ægyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tertia generatione intrabunt Eccleſiam Domini.* Quod exponens Lyra, ad sæcularia officia extendit, inquiens, exclusionem aliquarum nationum ab officijs publicis per tempus ex causa licitam esse, quia magna confidentia debet esse de his, quibus committitur regimen populi. Hæc enim intentio ex transcursu duarum generationum præsumitur secundum mentem Lipsij *d. c.* 7.

Ergo iustè, ac legitimè in nostra le- 103
ge dispositum dicendum est, ac cum magna deliberatione, vt immunitates concedantur exteris venientibus ad habitandum nostrum Regnum, non vero conseratur administratio Reipublicæ, ne fortè ex nimia confidentia bono communi periculum sequatur, ni vsque per descendentium naturalitatem pro patria, oblito originis principio prospiciatur vt deducitur ex Tacito *lib.* 11. *ann. Iam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum, & opes ſuas inferant potius, quam ſeparati habeant.*

Secundò iuri communi Romanorum 104
conformis est nostra lex: nam vt patet *ex l.* 1. *ad municipal.* habitatio tantum quamuis domicilium constituat, *l.* 1. & 2. *C. de incol. lib.* 10. *l. eius qui, §. fin. l. domicilium* 20. *ad munic.* & diximus supra num. .... ex Menoch. Sanch. Grat. Farinac. Narbon. & Amai. non vero municipium, cum ad eum querendum necessariæ sint qualitates requisitæ *in l.* 1. *ad municipal.* de quo vide elegantis. respon. D. Fab. Capic. Galeot. *resp. Fiſc.* 9. *præcipuè num.* 10. licèt abusiuè municipij ius vsurpatum credat I.C. in ipsa *l.* 1. *§.* 1. pro habitatione, aut iure vniuscuiusque ciuitatis, vbi quisque habitat.

Et quamuis dicamus exteros ad nostrum Regnum admissos incolas, municipes, aut domiciliarios secundum intellectũ *d. l.* 1. *§.* 1. Rectè constitutum videtur, vt iure naturalitatis non gaudeant quoad adquisitionem Magistratuum, Beneficierum, &c. licet credant aliqui municipes censeri, quibus ius ciuitatis concessum est, seruatis propriis legibus & iuribus, vt notant DD. & Petrus Gregor. *lib.* 2. *de Republic. c.* 1. *n.* 5. Tamen, teste Aulo Gelio *lib.* 16. *noct. Attic. c.* 13. municipuorum ius antiquitus

tus per Romanos collatum erat, vt participes fuiſſent municipes omnium rerum pertinentium ad munus ciuium Romanorum, præter quam ius ſuffragij ferendi, aut magiſtratus capiẽdi: quia hoc ius ciuibus Romanis competebat, quibus municipium erat quæſitum natiuitate, vt in *l. municipes* 228. *de verb. ſignific.* De quo eleganter meminit Petr. Crinit. *lib.* 7. *de honeſt. diſciplin. c.* 6. Blondo *lib.* 3. *de Rom. triumph.* Pompei. Feſtus *lib.* 11. Hieron. Verrut. *de verb. ſignificat. verbo, Municipes primo,* & Hotoman. *eodem verbo,* Petr. Gregor. *lib.* 18. *Syntagmat. cap.* 13. *& num.* 12. Alciat. *lib.* 1. *Parerg. cap.* 14.

Taliter vt Tacit. *lib.* 15. *Annal.* & cũ eo Alciat. *in l. municipes n.* 4. *de verb. ſignificat.* dicat neceſſarium eſſe, vt municipes ad officium admitterentur, quod ius municipij, ideſt naturalitatis, aut originis conferretur, alias ab officijs excludebantur, vt notat Rebuf. in *d. l. municipes* 228. *de verbor. ſignificat.* quamuis ad municipalia iura per collationem ciuitatis inuitarentur, Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 7. *cap.* 1.

105 Nec contrariæ fuerunt his conſtitutionibus, aut conſuetudinibus Græcæ Reipublicæ leges: nam ſemoto quòd nec etiam adire Spartam licebat, vt notat Petr. Greg. *lib.* 4. *de Republ. c.* 4. *num.* 16. Ex Licurgica lege, quoad admiſsionem ad gubernationem Reipublicæ magna fuit cura impenſa, circa excluſionem exterorũ, & admiſsionem naturalium, cum ex vno peſſumdari Rempublicam, ex alio foueri cognoſcerent.

Author eſt Plutarch. *in Pericle* legem fuiſſe Athenis conſtituentem, vt ad adminiſtrationem Reipublicæ ciues tantum admitterentur, & ciues hi cenſerentur, qui ex duobus Athenienſibus nati fuiſſent, lex enim apud Plutarch. ſic ſe habet: *Vt ij ſoli Athenienſes haberentur, qui ex duobus Athenienſibus fuiſſent nati.* Meminit huius legis in hæc verba Ælianus *var. hiſtor. lib.* 6. *c.* 10. *Pericles Dux Athenienſium legem ſcripſit, vt nemo ad gubernandam Rempublicam accedere permitteretur, niſi qui vtroque parente ciue natus eſſet,* & repetit *lib.* 13. *cap.* 24. Camil. Borrel. *de magiſtrat. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 18. Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 87.

Hanc legem renouatam à Pericle latam prius à Solone dicit Petr. Greg. *lib.* 4. *de Reipubl. c.* 4. *n.* 17. de quo Bodinus *lib. de Republ.*

A Licurgo conſtitutum Lacedæmonijs ex Plutarch. notat Borrel. *d. cap.* 5. *n.* 24. vt ad publicum officium nemo, niſi ciuis proponi poſſet.

Tanta cura intenderunt ſemper Reſpublicæ, vt originarij, ac ciues potius quàm exteri ad gubernationem proponerentur. Quare cum à noſtra lege conſtitutum ſit, vt iure municipij ſecundum Romanorum intellectum gaudeant exteri ad habitandum venientes ad nos, virtute diſpoſitionis noſtræ legis excludendos eſſe dicendum eſt ab officijs & beneficijs, in quibus naturalitatis ius requiritur, vt diſpoſuit lex noſtra.

Præſertim quòd nouum non eſt ciues admittere, ſeu ciuitatem concedere quoad fruitionem tantum, nõ quoad honores, vt ex Bald. *in conſil.* 445. *n.* 11. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 1060. *n.* 56. *&* 57. Quamuis veros ciues non eſſe qui ad officia, aut honores non admittũtur dicat ex Platon. *Dialog.* 6. *de legibus,* ibi: *Nam qui à iudicandi poteſtate omnino repellitur, is à ciuitate ſe prorſus exiſtimat alienum,* Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 77. De qua materia, ſeu admiſsione exterorum videndi ſunt Tiber. Decian. *reſp.* 44. *per tot. tom.* 4. Iacob. Menoch. *conſil.* 1060. *per tot.* Cephal. *conſ.* 451. vbi latè ſcripſere.

L. 20. tit. 10. lib. 2. Recopilat.

MANDAMOS Que de aquí adelante deſde el dia de la publicaciõ deſta nueſtra ley, en todos los pleitos viſtos, o que deſpues ſe vieren en la inſtancia de viſta, o reuiſta, aſsi en los nueſtros Conſejos, como en las Chancillerias, y Audiencias deſtos nueſtros Reynos, que al tiempo de la determinacion ſe huuieren remitido, o remitieren en diſcordia, no pueda ninguna de las partes litigantes recuſar a ninguno de los Iuezes que lo votaron, y remitierõ, ſi no fuere por cauſas nacidas deſpues de la remiſsion, ſin embargo de las leyes que en contrario deſto diſponen, las quales quanto à ello tan ſolamente las derogamos, quedando en ſu fuerça y vigor quanto à lo demas que cerca de las recuſaciones en ellas eſtà diſpueſto, y proueido, porque aſsi es nueſtra voluntad ſe guarde y cumpla.

L. 21. tit. 10. lib. 2. Recopilat.

ORDENAMOS Y mandamos, que de aqui adelante las recuſaciones que las partes puſieren a los del nueſtro Conſejo, Oydores de las nueſtras Chancillerias, y Audiencias, y Iuezes dellas, las pongan antes de los quinze dias proximos, y inmediatos al que ſe huuiere ſeñalado para votar el pleito, ſaluo ſi las cauſas huuieren nacido dentro del termino de los dichos quinze dias. Y que eſto ſe entienda tambien para en caſo que el dicho pleito por alguna cauſa no ſe votare en el dia ſeñalado, y paſſare adelante, que en eſte tiempo no ſe pueda poner recuſacion ſino por cauſas nacidas deſpues: y ſi el dicho pleito ſe votare, y remitiere, los Iuezes que ſe hallaren en la remiſsion, no han de poder ſer recuſados ſino por cauſas nacidas deſpues de la remiſsion.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nec amore, nec odio mouendus.*
2 *Perſonarum acceptio turpis in iudicio.*
3 *Vindicta iudicialis pro neceſsitate ſumenda, non pro ſaturãdis inimicitijs.*
4 *Iudex non debet eſſe partialis.*
5 *Iudices ſupremi inculpabiles in cauſis officij præſumuntur.*
6 *Recuſationis remedium inuentum ad remouẽdum ſuſpectũ iudicẽ à iudicio.*
7 *Recuſationis apponendæ tempus quale apud Hiſpanos.*

8 *Recusationis exceptio ante litis contestationem proponenda.*

9 *Nam si omittitur, in iudicem consensisse videtur litigans, aut suspicionem cessare creditur.*

10 *Iudex post litis contestationem recusari non potest, iure cõmuni attento.*

11 *Excipitur si causa de nouo orta est, vel ad notitiam partis venerit, & n.* 14. 17. & 19.

12 *Recusatio iudicis proponenda apud Hispanos quindecim diebus ante conclusionem causæ, & num.* 13. *Ratio adducitur, & num.* 15. & 16.

18 *Recusatio post litem contestatam non est admittenda, etsi causa de nouo superuenerit & num.* 24. & 25. *Resolutio Auctoris refertur.*

20 *Vel post tempus à iure designatum ad admissionem, si causa ad notitiam partis peruenerit, quamuis ante orta sit.*

21 *Iuramento partis comprobatur notitia causæ ad recusationem.*

22 *Notitia nouæ causæ ad recusationem testibus comprobanda est, nec sufficit partis iuramentum.*

23 *Testis semel approbatus recusari non valet, nisi ex noua causa post testimonium omnimodo orta.*

26 *Minori an concedatur restitutio ad opponendam exceptionem recusationis.*

27 *Et quid de iure Hispano.*

28 *Recusatio iudicum superiorum ex causa antiqua opponenda probanda est, vt admittatur ex confessione tantum iudicis recusati.*

29 *Recusationis causa comprobari potest ex confessione tantùm iudicis recusati.*

30 *Confessio partis post conclusam litem admitti potest.*

31 *Probatio causæ recusationis per confessionem partis validior est omnibus probationibus.*

32 *Comprobatur authoritate Fontanel. & Main.*

33 *Depositiones, seu interrogationes proponendæ in initio litis, & posteà non admittendæ.*

34 *Contraria sententia defenditur.*

35 *Probatio per confessionem partis, etiam post conclusum in causa admittitur, præcipuè æquitate iudiciali attenta.*

36 *Positiones in causa ad probationem admittuntur post conclusionem causæ.*

37 *Præcipuè in causis summarijs.*

37 *Admissio positionis, seu declarationis, & iuramenti arbitraria est post conclusionem causæ.*

38 *Recusatio an admittatur post remissionem causæ ad alios iudices, &*

39 *Quòd non ex l. Regni.*

40 *Recusatio iudicis post latam sententiam ante publicationem, non est admittenda.*

41 *Et quare ex Mainard.*

42 *Iudex an debeat se abstinere à cognitione causæ, absque partis oppositione, num.* 43. *Et quòd sic. &* 44. *defenditur contraria opinio.*

44 *Iudex non potest, neque pars consentire recusationi, sed sententia in eo ferenda est.*

45 *Nec debet renuere in admissione recusationis.*

46 *Abstinere debet, dum in iure causa recusationis constituta est, & etiam cognita, & num.* 47. *Contraria conclusio exponitur.*

48 *Causæ ad recusationem legitimæ quales ex mente Doctorum remissiuè.*

49 *Graduum computatio ad admissionem recusationis ex causa affinitatis, aut consanguinitatis, quo iure facienda, Ciuili, an Canonico, & vsque ad quẽ gradum extendatur.*

50 *Iure Ciuili attento facienda, quia tantùm in matrimonialibus attenditur ius Canonicum.*

51 *Apud Hispanos iure Canonico attento disponendum, & num.* 52. *Noua constitutio refertur Hispana.*

53 *Recusationis causis cessantibus, an cesset recusatio, remissiuè.*

54 *Recusationis oppositio, an sufficiens causa sit vt iudex pro suspecto habeatur.*

Nihil

1 NIhil laudabilius iudice, in quo nec ira, nec furor, nec amor, nec odium, ſed ratio dominatur, *cap. illa, cap. ira, cap. cùm apud Theſſalonicam, cap. ſummoperè* 11. *quæſt.* 3. *cap. ſi quid* 15. 2 *quæſt.* 7. *cap. ſi quid* 36. *diſt.* Nihil turpius, quàm acceptio perſonarum in iudicio, quia animi affectus intellectum obcæcant, & priuato amore iuſtitiæ finis peruertitur, Simanch. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 7. D. Iſidor. *de ſum. Bon. lib.* 3. *cap.* 3 58. Fœlix namque imperius dicitur vbi vindicta pro neceſsitate ſumitur, non pro ſaturandis inimicitia odijs exercetur, D. Auguſt. *lib.* 5. *de ciuit. Dei cap.* 24.

4 Ex his Michael *Vicurrun. de Regimen mund. part.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 16. Torres *Philoſoph. Moral. lib.* 8. *cap.* 7. Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 2. *capit.* 3. *num.* 114. dixerunt iudices partiales eſſe non debere, præcipuè dum ſupremi ſunt, & de quibus loquitur I. C. in *l. vnic § His cunabulis, verſ. Credidit enim Princeps de offic. Præfect. Prat.*

5 Quare credidit Mainard. & cum ex Fontanel. *deciſ.* 19. *num.* .... ſupremos iudices vix credi poſſe amore, aut odio, aut alia culpa ad ferendam iniuſtam ſententiam conſultò moueri, ad hoc vt ſua culpa recuſari valeant ob ſupremam eorum dignitatem, aut in præiumptibilem ratione ſupremæ electionis culpam; imò creditur equè iudicaturos ex *cap. cùm in cunctis de election.* Decian. *reſp.* 26. *num.* 3. Sed quando recuſantur, leuitate recuſantis procedere, non culpa ipſius iudicis, de quo plura Roland. à Valle *conſil.* 19. *lib.* 3.

6 Tamen hoc recuſationis remedium à iure cognitum ac admiſſum eſt, vt quis iudicem quemcnmque, etſi ſupremum, ſibi ſuſpectum à ſua cauſa reijciat, *Vt ex cap. cùm inter monaſterium de re iudic. cap. cum ſpeciali de appellat. cap. Paſtoralis de exceptionib. l. apertiſsimi, C. de iudicijs. l.* 22. *tit.* 4. *l. fin. titul.* 10. *part.* 3. & in hoc noſtro titulo per totum, Graſ. *de except. except.* 24. Ramon *conſil.* 3 *num.* 24. Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. volum.* 2. *deciſ.* 148. *num.* 13. Capicio Latro *deciſ.* 87. Romanã referens, Adam Contz. *lib.* 7. *Polit. cap.* 22. *§.* 7.

Nec noſtrum eſt cauſas recuſationum 7 exponere, nec earum modum probandarum, ſed tempus, in quo apponi poſſunt, de quo dupliciter ſentiũt ll. noſtrę. *L.* 20. conſtituit qualiter admittenda recuſatio remiſſa ad alios iudices cauſa, diſcordibus inter ſe iudicibus, quibus primò iudicandi poteſtas erat. *L.* 21. quando admittenda antequam dies ad ferendam ſententiã aſsignetur.

Hinc notatu concluſio deducitur re- 8 cuſandi exceptiones iure communi attento ante litis conteſtationem exponẽdas eſſe, vt ex *dict. cap. cùm inter, cap. ſpeciali, capit. Paſtoralis de exception. & ibi*, latè Auguſtin. Barboſ. *dict. l. apertiſſimi, d. l.* 22. *& l. fin.* Iaſon *d. l. apertiſſimi num.* 11. *l. ſi conuenerit numer.* 33. *de iuriſdict. omnium iudic.* Gregor. Lopez *d. l.* 22. *tit.* 4. *part.* 3. Doctor. vt Dec. Felin. & cæteri in *dict. cap. cum inter*, Couarr. *cap.* 26. *practic. num.* 2. Angel. *d. l. cum apertiſſimi, C. de iudic.* Gabriel. *de iudic. concluſ.* 5. *num.* 19. Stephan. Gratian. *diſceptat. cap.* 100. *num.* 30. & 31. Gerard. Main. *deciſ. Toloſan.* 95. *lib.* 1. Tuſch. *liter. I. concl.* 423. *num.* 2. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *ex num.* 6. Coſt. *de iur. & fact. ignor. cent.* 1. *dict.* 77. *num.* 15. Sola *in conſuetud. Sabaud. tit. de re iudic. gloſ.* 1. *n.* 9. Anton. Fab. *in C. lib.* 7. *tit.* 17. *diff.* 1. Fontanel. *deciſ.* 17. *ex num.* 1. Hortenſ. Caualcan. *de Brach. Reg.* 34. *n.* 327. *vſque ad* 330. Barboſ. *in l. ſi quis ex aliena n.* 74. & 79. *de iudic.* Scac. *de iudic. cauſ. ciuil. c.* 101. *n.* 8. Aug. Barboſ. *in d. c. Paſtoralis, n.* 22. *de exception.* Ioan. Langleo *lib.* 2. *Semeſtr. cap.* 2. Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. vol.* 2. *deciſ.* 148. *ex n.* 14. meritiſ. & ſapientiſ. Fab. Capic. Galeot. *contr. lib.* 1. *contr.* 39. *n.* 24. & 25.

Cùm enim ante litis conteſtationem 9 à iure tempus aſsignatum ſit ad exceptiones dilatorias præcipuè recuſationis, aut in competentiæ iudicis opponendas, eas omittens ſatis in iudicem cõſenſiſſe videtur, aut creditur ſuſpicionem ceſſare, vt congerit Iaſ. ex Bart. in

l. ſi conuenerit n. 33. ad admiſsionem recuſationis, Couarru. *d.c.* 26. *n.* 2. Idem Iaſon *in d.l. apertiſſimi n.* 11. Ita vt amplius non ſit ei locus, Angel. *l. quia poterat ad Trebellian.* Crauet. *conſ.* 152. *n.* 9. *vol.* 2. Pacian. *conſil.* 18. *n.* 72. *& ſeqq.* Rebuf. *de exceptio. n.* 254. Morla *in empor. p.* 1. *tit.* 2. *in præl. n.* 199. Paz *in praxi tom.* 1. *temp.* 5. *n.* 21. *& tom.* 2. *c.* 6. *n.* 2. Rodrig. *de mod. & forma vid. proceſſ. c.* 10. *n.* 36. Auguſt. Barboſ. *in d.l. apertiſſimi ex n.* 2. *C. de iudic.* Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. c.* 3. Cùm in iudicem conſenſerit, & poſteà ſuſpectum allegare non poſsit, vt cum Lancellot. *de attentat.* 2. *p. cap.* 6. *n.* 60. Puteo *deciſ.* 380. *p.* 1. Burſat. *conſ.* 21. *n.* 27. Bertazol. *conſil. crim.* 550. *n.* 9. & alijs Giurb. *deceſ.* 99. *n.* 3. Petr. Gregor. *d.c.* 3. *n.* 20.

10 Hæc doctrina fulcitur aperta concluſ. *l. fin. tit.* 10. *p.* 3. vbi iudex tanquã ſuſpectus poſt litis conteſtationem remoueri, aut recuſari, ſeu reijci non poteſt, ibi: *Otroſi dezimos, que deſpues que el pleito es començado por demanda, e por reſpueſta, delante del juzgador, no puede ninguna de las partes defechar aquel Iuez, por ſoſpechoſo que le ayan.* Quam concluſionem ex *cap. inter monaſterium, & ibi gloſſ. de re iudic.* defendit Iaſon *in dict. l. apertiſſimi.*

11 Tamen in hac materia concluſionem ſtatuẽdam credo ab omnibus receptã, etiam poſt litis conteſtationem admittẽdam exceptionem recuſationis, dum cauſa poſt conteſtationem orta eſt, aut de nouo ad notitiam partis ſuperuenerit, *d.l. fin. tit.* 10. *part.* 3. vt Iaſ. *d.l. apertiſſimi num.* 12. Couarru. *d. cap.* 26. *num.* 2. Felin. *in cap. Paſtoralis num.* 17. *de exceptionib.* Stephan. Gratian. *d. cap.* 100. *num.* 32. Fulu. Pacian. *d. conſil.* 18. *num.* 75. *&* 76. Ruin. *conſil.* 8. *num.* 9. *volum.* 4. Maſcard. *de probat. conſil.* 953. *num.* 35. Seraphin. loquens in teſte *de priuil. iur. priuil.* 7. *num.* 19. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 101. *num.* 10. Muſcatel. *in ſua prax. Neapolitan. part.* 2. *gloſſ. competens num.* 55. Barboſ. *d.l. apertiſſimi num.* 4. Lancelot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 50. Franciſc. Marc. *deciſ.* 775. Miſinger. *obſeru.* 59. *cent.* 4. Gail *obſeru.* 38. *num.* 11. Graſ. *lib.* 2. *commun opinion capit.* 8. *quæſt.* 14. Maſtrill. *deciſ.* 151. *num.* 68. Sola *ad Conſt. Sabaud. de recuſat. gloſſ.* 1. *num.* 9. Fulu. Pacian. *lib.* 2. *de probat. cap.* 45. *num.* 13. Caſtill. *deciſ.* 6. *num.* 16. *volum.* 1. *& deciſ.* 131. *num.* 1. *volum.* 2. Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. volum.* 2. *deciſ.* 148. *ex num.* 18. Capicio Latro *deciſ.* 87. Caſtill. *deciſ.* 131. *ex num.* 1. Iacob Laurent. *de iudic. ſuſp. cap.* 14. *num.* 50. *&* 51. Rubeo *deciſ.* 165. doctiſsim. Fab. Capic. Galeot. *contr. lib.* 1. *contr.* 39. *num.* 25. & anteà *lib.* 1. *contr.* 39. *n.* 26. Graſ. *de except. except.* 24. *n.* 20. Fontanel. *deciſ.* 17. *ex n.* 5. Marth. *diciſ. tom.* 1. *de recuſat. deciſ.* 9. Caualcan. *de Brach. Reg. d.* 3. *part. num.* 329.

Hæc enim attento iure communi 12
procedunt, ſed ſecundum noſtrates leges, extenſum vel limitatum eſt tempus ad exponendam exceptionem recuſationis. Nã in noſtra *l.* 21. ſtatuitur, quòd recuſationes exponantur *Antes de los quinze dias proximos, y inmediatos al que ſe huuiere ſeñalado para votar el pleito.*

Hæc tamen credo temporis extenſio fuit ab ipſo iure conceſſa ad recuſandum iudicem, cùm ſpecialiter ſit in ea tempus cautũ ad eas opponendas, quod tanquam municipale ſtatutum lex noſtri ſeruandum decernit, vt tenet Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. c.* 3. *n.* 5. Caualcan. *d.* 3. *p. n.* 327. *ad finem.*

Et idem quod à iure communi con- 13
ceſſum erat ad recuſandum iudicem ante litis conteſtationem, ad quindecim dies ante quam terminetur extenditur. Quod factum credimus ratione boni communis, & vt liberè procedant iudices, neque præcluſo defenſionis remedio coram iudice ſuſpecto cogantur litigantes ſubire ſententiam.

Vel credo in hoc tempus extenſam dictam recuſationis admiſsionem, ad obuiandas litigantium cautelas & fraudes, ac periuriorum probationes, & an ſit orta denuo cauſa poſt conteſtatam litem, vel anteà.

Nã cùm ex recepta ſententia. Imol. 14
in capit. iudex de offic. delegati in 6. Ruin.

conſ.

conſ.6.num.12. Maſcard. *de probat. concluſ.953.num.36.* Recuſationi ſit locus etiam poſt concluſum in cauſa, & etiam poſt citationem ad audiendam ſententiam, dum poſt vtrumque cauſa ſuperuenetit: rectè ob vitandas ambages, ac fraudes ſtatutum credo à noſtris Regibus, vt ad admiſsionem recuſationis illud obſeruetur tempus, & meta illius exceptionis quindecim diebus ante deſignationem ad ſententiam includatur, doctiſsim. ſanè ac ſapientiſ. D. D. Ioan. Baptiſt. de Larrea *deciſ. Granat. diſp.48. n.13.* Et dixit Couar. *d.c.26.n.3. verſ. Cæterum*, fuiſſe per pragmaticam conſtitutionem ſtatutum iudices recuſari non poſſe poſt triginta dies à die, quo fuit proceſſus viſus ad ferendam ſenten tiam.

16 Quæ doctrina ſic obſeruanda eſt, vt vltra non ſit locus ad admiſsionem recuſationis, niſi dictæ legis forma ſeruata circa tempus proponēdi, vt D. Ioan. Baptiſta Valenç. *conſ.170.n.14.& 15.* quod fuit ante concluſionem litis ſecun dum *l.4.tit.10. lib.2. Recopilat.* de quo Tap. *deciſ Neapolit.20.n.1.* Marqneſan. *de commiſſ.com.2.c.1.n.20.* Graſ. *de excep t.except.24.n.20.& 21.* ni cauſa denuo ſuperuenerit: in quo & etiam abſolutè obſeruanda ſunt quæ ab ipſo iure communi extant ſtatuta, vt ex illis verbis. *Saluo ſi las cauſas huuieren nacido dentro del termino de los quinze dias.* Quę ſecundum ius commune, & receptam Doctorum ſententiam lata videntur, vt DD. ſupra n. ....

17

18 Neque attendēda eſt Angeli doctrina in *l. apertiſsimi. n.4. C. de iudicijs*, & ex eo Pacian. *d. conſ.18. num.77.* dicentis poſt litem conteſtatam locum non eſſe admiſsioni recuſationis, ſed abſolutè prȩcludi viam ad illius exceptionis oppoſitionem, etiam ſi denuo cauſa oborta fuiſſet.

19 Nam ſecundum noſtræ *l.21.* verba ſemper abſolutequè denuo emergente cauſa recuſationis admittēda eſt, vt deducitur expreſſe *in l. fin. tit.10. p.3. d.c. inter monaſterium. de re iudicat. dict. cap. Paſtoralis. de exception. d.l. cum apertiſſimi, C. de iudic. d. l.22. tit.4 part.3. l.19. tit.10. lib.2. Recopilat.*

Cum admiſſum inconcuſſe ſit nouam cauſam exortam poſt tempus deſignatum ad recuſandum iudicem admitti poſſe. Haud extra rē erit quærere quādo dicatur cauſa exorta denuo, vt admittatur.

Aliqui Doctores voluerunt poſt metam à iure, aut legibus conſtitutam ad recuſationem, opponi poſſe, ſi ad notitiam partis denuo peruenerit, etſi orta antea ſit, *cap. Paſtoralis de exceptionibus, gloſſ. in l. error verb. facti, C. de iur. & facti ignorantia*, & ibi Bart. Bald. & Iaſon *n.16.* Couar. *d.c.26. num.2.* Angel. & Alex. traditi à Maſcard. *de probationib. concluſ.953.n.37.* quod per iuramētum partis probari voluit idem Maſcard. Stephan. Grat. *d.c.100 n.31.* Lancelot. *de attent.2.p.c.6.n.16.* Ioan. Maria Riminald. *conſ.469. num.3. & 13.* Aſin. *de execut. c.200. n.3.* Graſ. *lib.2. commun. opin. c.8. q.14.* D. Garc. Maſtril. *deciſ. 151. n.69. & 70.* Gerard. Mainer. *deciſ. Toloſan.95. lib.1.* Quæ probatio iudicatur ſufficiens ad aperiendam viam ad admiſsionem recuſationis, Ruin. *conſil. 6. in fin. vol.4.* Maſtril. *d. deciſ.151. n.73.* Pacian. *conſ.18. n.75.*

20

21

Alia eſt ſententia dicentium admitti recuſationem vltra tēpus à iure expreſſum, ſi poſteà cauſa ad notitiam partis peruenerit, & hæc notitia noua per legitimam probationem comprobatur, cui iuramento tantum ſtandum non eſſe ſentit Ruin. *conſ.6. num.8. lib.4.* Abb. *in cap. Paſtoralis de exception.* Maſcard. *d. concl.953. n.38. & concl.1235. ex n.52.*

22

Alia enim eſt ſententia abſolutè neceſſariū eſſe, vt ex toto ad recuſationis cauſam noua ſit etiam neceſſaria origo. taliter quòd antiqua cū ignorantia non ſufficiat, nec purgetur iuramento, nec probatione; ſed principiū cauſæ debet poſt tranſmiſſum tempus ad recuſationem oriri. Quæ doctrina fulcitur mente Bald. *in l. ſi quis teſtibus. 13. n.1. C. de teſtibus, & gloſſ. illius legis.* Vbi cōtra teſtē obiectio abſolutè non admittitur, niſi obiectionis cauſa orta fuerit poſtquam

23

pars illius vſa fuit teſtimonio. Nec ſufficit, quòd cauſa ſit antiqua, & notitia de nouo ad opponentē peruenerit. Boer. *deciſ.* 245. *nu.* 4. *in fine.* Ex Aufrer. Abb. Nauarret. Maſcard. *de probation. concl.* 1241. *num.* 23. latè Farinac. *de oppoſit. contra teſtes, quæſt.* 62. *num.* 240. Auguſt. Barboſ. *in d. l. ſi quis teſtibus. num.* 11. *C. de teſtibus.* Ratio enim ex Abbate in *c. præſentium. n.* 6. *de teſtibus*, ea eſt, quòd cùm ſemel à parte approbatus ſit teſtis, reprobari non poterit niſi ex noua cauſa poſt teſtificationem orta, ac deducta.

24 Ex ipſo, eàdemque ratione deducitur, quòd qui ſemel iudicem approbauerit, præcipuè taciturnitate, ac patientia, & lapſu temporis præſtiti à iure ad recuſationem, eum amplius reprobare, aut recuſare non poterit, ni ex noua cauſa, cùm quoad antiquam non credatur ignorari qualitas, aut conditio iudicis, vel inimicitia, aut voluntas, vt Ruin. *conſil.* 6. *num.* 8. *lib.* 4.

25 Hac ratione motus, credidi recuſationi non eſſe locum, nec debere concedi licentiam poſt lapſum tempus ex cauſa antiquam originem habente, vt contra Philip. Franc. tenet Couarru. *d. cap.* 26. *num.* 3. Sed ad confirmationem huius ſententiæ adducor mēte Maſtril. *deciſ.* 151. *num.* 67 dicentis fruſtra tempus à iure conſtitutum eſſe ad recuſationem, ſi hæc licentia partibus concederetur, cùm ſæpè vel dicerent cauſam poſt dictum tempus ortam, vel notitiam. Quare enim credendum litigantes affinitatem, amicitiam, aut conſanguinitatem iudicis cum litigante ignorare? Præſertim quòd ſi parum curioſus eſt litigans, ad minus credit, Maſtrill. *d. deciſ.* 151. *num.* 72. à iure, aut ſtatuto præſumi ſcientiam & qualitates iudicis, vt non concedatur poſt lapſum tempus reſtitutio ad opponendam exceptionem recuſationis.

26 Quæ legitimè procedere videntur. Nam ſi ex iuris diſpoſitione dubium eſt, an concedatur minori reſtitutio aduerſus lapſum temporis ad opponēdam exceptionem recuſationis, vt diſputat Palac. Rubios *in cap. per veſtras, §.* 26. *nu.* 9. *de donat. inter*, Ioan. Oroſc. *in tit. qui ſatiſd. cogantur, verb. Antequam, num.* 5. *fol.* 664. Mauric. *de in integrum reſtit. cap.* 253. Couarru. *cap.* 26. *practic. num.* 4. Iure communi Hiſpano conſtitutum eſt *in l.* 16. *tit.* 10. *lib.* 2. *Recopilat.* quod non, de quo Tapia *deciſ. Neapolitan.* 20. Ramon *conſil.* 3. *num.* 39. Dicendum venit nouam notitiam cauſæ antiquæ non ſufficere ad admiſsionem exceptionis recuſationis in quacumque parte litis, imò deneganda videtur, ni cauſa verè noua ſit, ac poſt tempus orta, vt diximus. 27

In hoc noſtræ legis dubio, opinionū certamine tutiorem viam elegerunt, & ad partium ſecuritatem, & ad obviandas litigantium fraudes. Nam cognitis his à noſtris Regibus ſtatuerunt, quòd cauſa orta poſt tempus à iure præfinitum admittatur abſolutè, in eaque ſeruentur iuris communis conſtitutiones. Dum verò cauſa antiqua eſt, admittatur, ſed tamē irregulariter probetur, id eſt, per confeſsionem tantùm, aut iuramentum ipſius iudicis recuſati. Aliter verò admitti non poſsit, etſi iuret poſt tempus ad ſuam peruenisſe notitiam, *l.* 4. *tit.* 10. *lib.* 2. *Recopilat.* ibi: *Pero en caſo que la dicha recuſacion, o recuſaciones ſe puſieren deſpues del pleito concluſo para difinitiua, que no pueda ſer pueſta contra los de nueſtro Conſejo, y Oydores de las nueſtras Audiencias, ni contra alguno dellos, aunque la parte jure, que nueuamente vino a ſu noticia, ſaluo por cauſa nuenamente nacida*, de qua ex Couarru. Iacob. Laur. *de iudic. ſuſp. c.* 14. *n.* 51. & 52. 28

Huius regulæ exceptio ob vitandas litigantium querelas, nevè à ſuſpecto iudice ſententiam ſubire cogantur, ſic exponitur: *Pero ſi la parte que puſiere la dicha recuſacion, o recuſaciones deſpues del pleito concluſo para difinitiua, como dicho es, jurare que de nueuo vino a ſu noticia, y ſe ofreciere a prouar las cauſas de la dicha recuſaciō por la confeſsiō del de nueſtro Conſejo, o del Oydor que recuſare, que en eſte caſo le ſea recebida, con tanto que en el miſmo eſcrito de la recuſacion ponga*

las

las poſiciones a que el recuſado ouiere de reſponder, ſin que en ello ſe aya de recibir mas prouança, l. 19. *eodem tit. & lib.* & ibi Azeued. latè, de quo ſimilem conſtitutionem Luſitanam refert Caued. *p.* 1. *deciſ.* 64. *n.* 7.

29 Recepta autem eſt noſtri textus cõcluſio à Doctoribus, vt hæ recuſationum cauſæ iuramento ipſius iudicis recuſati probentur, dum turpis, aut infamis non eſt cauſa, nec iniuriam irrogat iudici, de quo eſt expreſſa *l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 2. *Recopil. l. is apud quem, C. de edend. auth. de teſtibus, §.* 1. *cap. cum ſpeciali, §. porrò de appellat.* Speculat. *tit. de recuſat. §. fin. num.* 37. receptior eſt in hac quæſt. *gloſſ. in cap.* 1. *verb. Siue confeſsi in fin. de except.* Theſaur. *deciſ.* 6. *per totam*, Stephan. Gratian. *diſceptat. c.* 100. *num.* 47. Intrigliol. *deciſ.* 47. *num.* 22. Fontanel. *deciſ.* 23. *ex n.* 8.

30 Noſtræ legis concluſionem, ac receptam ſententiam defendit Couarru. *d. cap.* 26. *pract. num.* 3. Illiuſque obſeruantiam attento iure communi, ex eo quòd cùm poſt litem concluſam locus non ſit actis iudicialibus, vti non poteſt ad probationem recuſationis teſtibus; ſed cùm iuramenti delatio non ſit propria, & vera probatio, & etiam poſt concluſionem exigi valeat, tenet hoc genus probationis admiſſum eſſe, ac obſeruari debere, vt parti ſatisfactum ſit à Principe, & ne indefenſa blateret, aut malè iudicata. De qua probatione per depoſitionem partium, Leon *deciſ. Valent.* 211. *num.* 12. & 14. *lib.* 2. Fontanel. *deciſ.* 23. *num.* 15. *& ſequent.*

31 Quæ ratio deducitur ex recepta doctrina Abbat. *in capit.* 1. *num.* 15. *de exception.* Anton. de Butr. *num.* 12. qui aliam ad noſtrum caſum exponunt, ſcilicet confeſsionem per declarationem validiorem eſſe, præcipuè dum à ſupremis Magiſtratibus declaratio fit. Quid ergo mirum, quòd per hanc noſtram conſtitutionem ſit attentum pro bono ſubditorum, ac etiam pro ſupremorum iudicum authoritate, ipſorum declarationi remittendo probationem cauſæ recuſationis, dum poſt tempus à iure præfinitum, ſcilicet litis concluſionem exponitur?

Noſtram concluſionem ad explica- 32
tionem ſtatutorum Cathaloniæ pluribus adductis deciſionibus explicat Fontanel. *deciſ.* 25. Gerard. Mainard. *deciſ. Toloſ.* 88. *lib.* 1. *num.* 1.

Sed tamen dicta concluſio à Couar. 33
recepta impugnari poteſt, ex eo quòd ad admiſsionem interrogationum, ſeu depoſitionum tempus à iure præfinitum eſt, ſcilicet, initium litis, vt cum Ripa, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 24. *& lib.* 2. *caſ.* 51. *num.* 7. Et ſi vt Couarru. voluit, probatio antiquæ cauſæ non admittitur poſt lapſum tempus ad recuſationem, cum poſt cauſæ concluſionem iudiciales probationes non admittantur: idem etiam dicendum eſt in noſtro caſu, quòd nec partis confeſsio, aut declaratio, *vt ex l. in contractibus, §. illa, C. de non numerat. pecun.* Paul. de Caſtro *in rubric. C. de probat.* Speculat. *tit. de delict. §. fin. colum.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 88. *num.* 10. 11. *&* 12. *lib.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1235. *ex num.* 69. Fontan. *deciſ.* 25. *num.* 11. Nec poſitiones admittendæ, vt Roland. *d. conſ.* 88. *n.* 11.

Nihilominus dicendum eſt ſapien- 34
tiſsimi Couarru. ſententiam ſuſtinendam eſſe, probationem ſcilicet cauſarum ad recuſationem fieri poſſe per declarationem ipſius iudicis, etſi cauſa concluſa & lis ſit. Nam ſi per viam interrogationis proponatur, arbitraria eſt illarum admiſsio, vt in *l. vbicumque, de interrogat. action.* Et vbicumque iudici viſum fuerit, etiamſi concluſum in cauſa ſit, vt cum Afflict. *in capit.* 1. *num.* 21. *quib. cauſ. feud. amit.* tenet Menoch. *centur.* 1. *caſ.* 51. Præcipuè dum non iudiciali ordine, ſed extra ordinem proceditur, vt in caſu recuſationis, vbi videtur abſolutè dicendum admittendas eſſe, *gloſſ. in Clement. ſæpè, § Et quia de verbor. ſignificat.* Neuizan. *conſil.* 5. *num.* 20. Barboſ. *conſil.* 30. *lib.* 1. Menoch. *d. caſ.* 51. *n.* 40. Capic. *deciſ.* 61. *n.* 3.

Secundò, ſi vt probatio iudicatur 35

non prohibita, eſt à iure probatio per confeſsionem partis, etſi poſt concluſionem cauſæ fiat, *l. cum te. colum.* 1. *C. de tranſact.* Roland. à Vall. *conſ.* 88. *n.* 8. *lib.* 3. præcipuè ex æquitate iudicis, vt cum Cardin. *cap. conſultorem de appellat.* Barbac. *conſ.* 9. *colum.* 9. *volum.* 2. Guid. Pap. *quæſt.* 202. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1235. *num.* 19.

36 Tertiò, ſi vt poſitiones regulantur admittendæ ſunt, etſi poſt concluſum in cauſa: quia tunc confeſsio non tendit ad probationem, nec pro ea regulatur, ſed cenſetur declaratio tãtùm, quæ permiſſa eſt, vt Angel. *l. peremptorias prope fin. C. ſentent. reſcind. non poſſe*, præſertim æquitate Prætoria, quæ *ex l. vbicumque de interrogat. act.* deriuatur, vt Angel. ſequens tenet Curc. Senior, *l. vltim. §. quod obſeruari. num.* 49. *C. de iur. iurand.* Bald. *l. in contractibus, §. Illo autem, C. de non numerat. pecun.* Menoch. *de arbitrar. centur.* 1. *quæſt.* 35. *per totam præcipuè num.* 25. poſt eum Maſcard. *d. concluſ.* 1235. *num.* 69.

37 Quæ procedunt abſque dubio, cum ex doctrina Couarru. *d. cap.* 26. *num.* 3. ſummariè in his cauſis recuſationis procedatur, quo caſu, & interrogatio, & iuramentum poſt concluſionem admittitur, vt præter quos adducit Couarru. comprobat Roland. *d. conſil.* 88. *lib.* 3. Menoch. *d. quæſt.* 35. *lib.* 1. *de arbitr. & caſu* 51. *lib.* 2. Maſcard. *d. concluſ.* 1235. *ex n.* 55. Capic. *deciſ.* 61. *n.* 3.

Præcipuè, quod cùm à iure ſecundum Maſcard. *d. concluſ. num.* 73. ad iudicis arbitrium remiſſa ſit admiſsio confeſsionis, aut poſitionis, & interrogationis, vt diſponat ſecundum rei qualitatem: potuit iuſtè à noſtris Regibus in noſtra lege conſtitui, vt hæc probatio recuſationis per declaratoriam iudicis poſt concluſum in cauſa admittatur tãtum, & ad id conſtringere partem, vt hoc genere probationis contenta ſit, & iudice recuſato vt declaret, ſeu confeſsionem conferat, cùm quoad collationem ſui officij, ſeu edicti Prætoris nũquam lis iudicetur concluſa, *Capit. cum Ioannes Eremita*, ibi: *Cum iudex (qui vſque ad prolationem ſententiæ debet vniuerſa rimari) poſsit interrogare de facto, quotiens dubitationis aliquid occurrerit, de fide inſtrument.* Corſet. *conſil.* 135. *num.* 37. *volum.* 1. Maſcard. *d. concluſ.* 1235. *num.* 1 L. Azeued. *l.* 7. *num.* 122. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat.* Cald. Pereir. *de pot. elig. cap.* 7. *num.* 21. Auguſt. Barboſ. *d. capit. cum Ioannes num.* 14. *de fide inſtrum.*

Omnia ſupradicta procedunt in caſu *l.* 21. Sed redeundo ad noſtram *l.* 20. dicendum eſt, an probatio cauſarum per confeſsionem iudicis admittatur, remiſſa cauſa per tres, aut quatuor vel amplius iudices: videbatur dicendum quod ſic. Cùm quoad admiſsionem cauſarum cum illa qualitate probationis recuſationi tempus à lege præfinitum nõ ſit, imò locus & via pateat vſque ad ſententiæ publicationem, vt ſupra dicitur, & ſequitur Mainard. *deciſ.* 95. *lib.* 1. 37

Nihilominus dicendũ eſt poſt remiſſionẽ litis non eſſe admittendã recuſationẽ ex noua notitia, etſi pars per confeſsionẽ iudicis tantùm eã probare conetur, ſecũdum noſtram, *l. Que al tiempo de la determinacion ſe huuieren remitido, o remitieren en diſcordia, no pueda ninguna de las partes litigantes recuſar à ninguno de los Iuezes que lo votaron y remitieron, ſi no fuere por cauſas nacidas deſpues de la remiſsion, &c.* quæ limitatiua fuit *d. l.* 4. *& l.* 19. 38

Maxima nititur æquitate hæc lex, cùm iudex recuſatus tempore remiſsionis, quoad ſe iam fuerit functus officio, ſuamque dixerit ſententiam, ſed poſt dictam à iudice, non tamen publicatam noluit admittere recuſationem, Couar. *d. cap.* 26. *num.* 3. *verſic. Cæterum*, Azeued. *l.* 1. *tit.* 16. *num.* 33. *lib.* 4. *Recopilat.* Auend. *de exeq. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 12. Portol. ad Molin. *tom.* 1. *verb. iudex n.* 70. Carol. de Tap. *lib.* 3. *iur. Neapol. tit. de ſuſpect. offic. Regn. capit.* 217. *num.* 4. Mar. Giurb. *deciſ.* 36. *num.* 19. Gerard. Mainard. *deciſ. Toloſan.* 95. *lib.* 1. Fontanel. *deciſ.* 18. *num.* 21. quia poſtquam â iudice ſignata ſententia eſt, dummodo non certiorata, tanquam recitata iudicatur, Ioan. Langleo. *lib.* 1. *Semeſtr.* 39

cap.

cap.5.fol.243.& á fortiori deneganda admiſsio in noſtro caſu.

41 Nam Mainard.*deciſ.95.*inquit.*Nam alias ſuffragio, vt dicitur, emiſſo nullus recuſationis locus relinquitur*, creditur enim haud ignorare partes iudices, quos habuerunt, à ſua intentione aberraſſe, & ob id moueri ad recuſationem, ex quo hanc denegationem iuridicam ac legitimam eſſe, exequendamque pluribus adductis deciſionibus comprobat Fontanel.*deciſ.18.ex num.11.& ſequentib.* Et ſic audiui fuiſſe in cauſa magna à Supremo Caſtellæ Conſilio poſt noſtræ legis promulgationem deciſum.

In hac quæſtione multum conducere videntur quæ obſeruat Ioan. Mar. Riminald.*conſil.469.num.11.* vbi latè diſputat, quando iudex recuſari valeat, vel non, ex eo quòd termini à iure aſsignati ad admiſsionem recuſationis tranſgreſsi ſunt.

42 Sed pro vltimo legum noſtrarum complemento notandum eſt, an iudex abſque partis oppoſitione, dum ſcit cauſam eſſe legitimam ad recuſationem, poſsit à cauſa, vel iudicio abſtinere.

In hac quæſtione pudor, & obligatio diuerſimodè ſe habent: obligatio, cùm ex ea iudicium facere adſtringatur iudex. Pudor, cùm ſine rubore non poſsit, dum in ſuſpecto ac cognito iudicio ſententiam profert.

Diuerſo etiã modo in hac opinione ſe ſe habent Doctores abſtinere debere dicentes, aliqui etiam abſque partis oppoſitione, latè Maſtrill. *deciſ.151. ex num.1.& 7.cum ſequent.* Mainar. *deciſ.88.lib.1.* Fontanel.*deciſ.1.& 2. per totam.*

43 Contrariam verò ſententiam, imó quòd iudex non debeat ſe abſtinere à munere iudicandi, niſi allegetur ſuſpectus à parte, vel omnino recuſetur, tenuerunt Anton. Fab. *in Codic. lib.3. tit.4. diffinit.1.* Fontanel. *dict. deciſ.1. numero* 8. Caſtill. *deciſ.* 94. *ex numero* 1. Paul. de Caſtro *conſil.441. numero* 4. *part.2.* Bertazol. *conſil.550. ex numero* 11. Pariſ. *conſil.104. num.4. volum.4.* Quia illa iuriſdictio penes iudicem exiſtens ſemper adferendum iudicium ſufficiens eſt, ni ſuſpendatur recuſatione, vt latè Maſtrill. *dict. deciſ.* 151.*ex num.16.* Vbi ſic deciſum probat idem, ex Gallica conſtitutione Mainard. *deciſ. Toloſan.88. numero 4. lib.1.*

Taliter quòd etiamſi à parte conſentiatur recuſatio, cùm bono publico conueniat, vt iudices integræ vitæ ſint, neque vllam ſuſpicionem in iudicando habeant, nec moueantur odio, nec amore, iudex non poteſt à iudicando abſtinere, ſed per ſententiam iudicis recuſatio liberanda eſt, *l.19. tit.* 10. *lib.2. Recopilat.* Ergo idem dicendum eſt, quòd cauſa boni publici non poterit iudex ſe abſtinere à munere iudicandi, de quo Tapia *deciſ. Neapolit.* 20. Petr. Gregor. *lib.49. Syntagm. cap.* 3.*num.8.* Fab. Capic. Galeot. *contr. lib.* 2.*contr.29.num.53.* 44

Illud verò ab aliquibus Doctoribus dictum abſtinere debere à cauſa, dum aliqua eſſe poteſt, & cognita eſt iudici ad recuſationem, intelligendum eſt, quòd iudex non debet renuere in admiſsione recuſationis, imò procliuis eſſe, vt Caualcan. *Brach. Reg.3. part. num.323.* Ponte *deciſ.30.* Ambroſin. *deciſ.50. num.6.* Ramon *conſil.3. num.* 33.& 34. Non verò qnòd à publico munere voluntariè ſe abſtineat, quæ abſtentio pendere non debet ab illius voluntate, ſed iudicum ſupremorum, ad quos pertinet cognoſcere de cauſa recuſationis. 45

Nec tamen deſunt dicentes, dum à iure conſtituta eſt cauſa recuſationis, abſtinere debere, vt ſentit Maſtrill. *dict. deciſ.151.ex num.1.* Tamen cum publicæ vtilitati conueniat, ſententiam ferre, & iudicium facere, etiamſi pater in cauſa filij, vel è contra iudex ſit, abſtinere non debet, vt Petr. Gregor. *dict. cap.3. num.8. ex l. in priuatis 77. de iudic.* 46 47

Quamplurimæ enim à iure cauſæ con- 48

conſtitutæ ſunt ad recuſationem, vel ex odio, inimicitia, amicitia, amore, dono, affinitate, aut conſanguinitate, & alijs, de quo Philip. Franc. & Præpoſit. *in cap. poſtremo de appellat.* Aufred. & Rebuff. *tractat. de recuſat.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 182. Auendañ. *de exequend. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. & 7. Marant. *de ordin. iud. part.* 6. *ex num.* 24. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 45. *num.* 50. Portol. *ad Molin. verb. iudex* Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 28. *part.* 2. Carol. de Graſ. *de except. except.* 24. Ambroſ. *deciſ.* 50. *part.* 2. Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *ex numero* 685. Fontanel. *deciſ.* 10. & 11. *per totas*, Gerard. Mainard. *lib.* 1. *deciſ. Toloſan. deciſ.* 89. & *ſequentibus*, Stephanus Gratian. *diſceptat. cap.* 100. *per totam*, Fuluius Patian. *conſil.* 18. Maſtrill. *deciſ.* 151. Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagmat. cap.* 3. Caualcan. *de Brach. Reg.* 3. *part. ex numero* 327. Caſtill. *deciſ.* 6. *Sicil.* Mart. *tom.* 1. *in comp. deciſ. titula de recuſat.* Bertazol. *conſil.* 550. meritiſsimus, ac ſapientiſsimus ſupremi Conſilij Senator D. Ioan. de Larrea *deciſ. Granatenſ. diſputat.* 48. D. Ioan. Baptiſt. Valenç. *conſil.* 170. Franciſc. Milanenſ. *deciſ.* 15. *lib.* 1. Tapia *deciſ. Neapolitan.* 40. Franch. *deciſ.* 719. & ibi addit. Ramon *conſil.* 3. *per totum*, Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. volum.* 2. *deciſ.* 158. & *deciſ.* 159. Doctiſsim. Fab. Capic. Galeot. *controu. lib.* 1. *contr.* 39. *per totam*, & anteà *lib.* 1. *contr.* 60.

49 Quia quamuis inter Doctores conuerſum ſit quo iure attento, Ciuili, aut Canonico computatio graduum fieri debeat, & vſque ad quem extendatur, cum diuerſo ſe habeant, an vſque ad decimum ex Treuiſan. *de mod. proced. quæſt.* 15. *num.* 6. Viuius *deciſ.* 365. *numero* 5. Graſ. *de except. except.* 24. *numero* 46. Mainard. *deciſ.* 98. *lib.* 1. an vſque ad ſeptimum, *ex gloſſ. in l. fœminæ ad S. C. Turp.* Bald. *l. Athletæ*, § *In remiſſionem de excuſat. tutor.* Oſaſc. *deciſ. Pedemontan.* 15. *num.* 4. Franciſc. Milanenſ. *deciſ.* 15. *lib.* 1. *num.* 9. Mainard. *dict. deciſ.* 98. an vſque ad quartum tantùm, ex multis DD. Portol. ad Molin. *verb. Iudex ex num.* 49. & *ſequentibus*, attento iure Canonico, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 152. Viuius *deciſ.* 319. *num.* 2. Milanenſ. *dict. deciſ.* 15. *num.* 9. Tapia *lib.* 3. *iur. Regn. Neapolitan. titulo de ſuſpect. offic. pragmatic.* 23. Paul. Chaiſtian. *deciſ. Belgic.* 148. *volum.* 2. *num.* 16. Maſtrill. *dict. deciſ.* 151. *num.* 1. Quam apud Gallos receptam eſſe defendit Mainus *deciſione* 95. *lib.* 1.

Hæc enim Doctorum diſſenſio ex eo eſt, quòd aliqui tenent hanc computationem iure Ciuili attento faciendam eſſe, cùm iuri Canonico, niſi in matrimoniali materia deferendum non ſit, vt ex *l. fin.* & ibi DD. *de ſucceſſor. edict.* Guillielm. Benedict. *cap. Raynuntius*, *verb. Vxorem*, *num.* 89. *de teſtament.* tenet Franciſc. Milanenſis *d. deciſ.* 15. *lib.* 1. *num.* 40. 50

Tamen cùm ſecundum Azeuedi doctrinam *l.* 1. *tit.* 16. *num.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* ius noſtrum conforme ſit iuri Canonico, & eo duce attendenda videatur diſtinctio conſanguinitatis, & affinitatis, vt Fontanel. *deciſ.* 11. *per totam*, & ſecundum ius Canonicum debeat fieri computatio, vt præter DD. adductos ſupra tenet Fontanel. *deciſ.* 12. *per totam.* 51

Tamen ad obuiandas has Doctorum controuerſias ius municipale conſtituerunt noſtri Reges, quo attento diſtinctio graduum quoad recuſationem fieret, & quod obſeruandum eſt, vt patet *Auto acordado* 133. *remiſſ. ad titulo* 10. *lib.* 2. *Recopilat. Las recuſaciones que ſe hizieren a los del Conſejo, y Alcaldes de Corte por cauſas de parenteſco, no ſe admitan fuera de quinto grado, y de quinto con ſexto excluſiuè, y en afinidad fuera del quarto, y de quarto con quinto incluſiuè.* 52

Sed cùm noſtrum non ſit quærere, an hæ debeant recuſationes ceſſante cauſa, ceſſare: cùm & etiam in hac quæſtione diuerſæ ſint Doctorum ſen- 53

ten-

tentiæ, & placita, vt ex Neuo *in capit. Poſtremo, num.* 13. *de appellat.* Alexand. *conſil.* 202. *lib.* 6. Berret. *conſilio* 138. Tuſch. *litera S. concluſ.* 908. *num.* 13. Farinac. *de teſtibus quæſt.* 54. *numero* 32. *& ſequentibus*, Franch. *deciſ.* 719. & ibi addit. præcipuè Rouit. Franch. Milan. *dict. deciſ.* 15. *ex num.* 14. Aloiſ. Riccius *collect.* 423. Scip. Rouit. *deciſ. nouiſ. Neapolitan.* 50. Fontanel. *deciſ.* 13. *per totam*, Neuizan. *conſil.* 44. *numero* 5. Bertrand. *conſil.* 93. *part.* 1. Stephan. Gratian. *part.* 1. *capit.* 100. *num.* 14. Seſſe *deciſ. Aragon* 414. *per totam*, vbi latè Doctorum aſſenſus videbis: quamuis maior pars credat etiã ceſſante cauſa, abſtinere debere à iudicio, cùm ſemper durare affectio credatur: de quo elige quæ ad prudens iudicium conducere poterunt, Rouit. *pragmatic. Neapolitan. de ſuſp. offic. pragmat.* 1. *num.* 18.

Sed quid erit, ſi ante iudicum declarationem cauſa recuſationis ceſſat? vide Rouit. *d. pragm.* 1. *ſub n.* 18.

Et quid ſi iudex recuſatus eſt, ſeu 54
propoſita tantum recuſatio, hæc cauſa ſufficiens erit ad hoc, vt recuſationi ſit locus, Adam Contzen *lib.* 7. *Politic. capit.* 22. *§.* 7. ſenſit iudicem inimicum cenſeri, ex quo à parte recuſatus, ſeu reiectus eſt: ergo ſola recuſationis propoſitio ad excluſionem iudicis ſufficiet: omnino dicendum eſt, ſed fatendum, ſi iudex recuſatus, & recuſatio admiſſa eſt, nec tantum ad illam cauſam ſuſpectus erit, ſed & etiam ad alias recuſantis, cùm tunc vera ſit Contzen reſolutio. Si verò iuſta cauſa non eſt iudicata, recuſationis propoſitio tantum, haud ſufficiet, vt ſemoueatur iudex à iudicio, & deciſione cauſæ, quod nota.

(†)

L. 34. tit. 16. lib. 2. Recopilat.

MANDAMOS Que de aquì adelante en vna inſtancia no ſe puedan dar por los litigantes, ni los Iuezes puedan recibir mas de dos informaciones en derecho, de las quales, la primera no pueda tener, ni tenga mas de veinte hojas, y la ſegunda doze, de letra y papel ordinario, impreſſas, o de mano, quantoquiera que ſe diga y alegue, que conſta el pleito de muchos capitulos, que cada vno es de diferentes inſpecciones, ò independientes vnos de otros: y que quando los Iuezes perſonalmente, ò por eſcrito votaren, y determinaren el pleito, ò articulo del, ſobre que ſe huuieren dado las dichas informaciones, taſſen el premio y precio que ſegun el concepto que pudieren hazer de las dichas informaciones, les pareciere pueden juſtamente merecer los Abogados por el eſtudio, y trabajo que huuieren pueſto en hazerlas, conſiderando y eſtimando la opinion y facundia dellos, y la calidad de los pleitos, y de los pleiteantes: y hecha la dicha taſſa y moderacion, manden y compelan a los litigantes, que debaxo de juramento que han de hazer en forma, en manos del Eſcriuano ante quien paſſa el pleito, declaren llana y preciſamente lo que huuieren dado a ſus Abogados, ò a ſus mugeres, hijos, y familiares, por ſi, ò por interpoſitas perſonas, en dineros, o en joyas y preſeas, o en otras coſas eſtimables, y reducibles a precio, è interes, o les huuieren prometido de palabra, o por eſcrito, o otro por ellos, con titulo y nombre de ſalario, albricias, o de recompenſa, y remuneracion de eſtudio y trabajo, y que conſtando por la dicha declaracion, o por otras diligencias, que los dichos Abogados huuieren lleuado mayor premio, y precio por el patrocinio del pleito, y trabajo en hazer las dichas informaciones, que el que pudieron lleuar, ajuſtandoſe con la dicha taſſa y moderacion, buelua y reſtituyan al litigante la demaſia dentro de veinte y quatro horas, ſin embargo de ſuplicacion, y de otro qualquier recurſo. Y que las promeſſas, y eſcrituras que en fraude de lo ſuſodicho ſe huuieren hecho, ſe den y declaren por nulas, è inualidas, è ineficaces en juizio, o fuera del: y que ſi vſaren dellas, aunque ſea de voluntad y conſentimiento de los pleiteantes, incurran en pena del dos tãto

para

para nueſtra Camara y gaſtos, por mitad, por la primera vez, y por la ſegunda, en la miſma pena pecuniaria, y en dos años de ſuſpenſion de oficio de Abogado, y por la tercera en priuacion perpetua, demas de quedar inhabiles, è incapaces para podernos ſeruir en oficio y miniſterio de los que ſolemos, y acoſtumbramos dar à hombres de letras. Y queremos que para la prouança, y aueriguacion de los dichos exceſſos baſten tres teſtigos ſingulares, ſiendo tales, que por ſu calidad ſe les pueda, y deua dar credito. Y porque algunos ſin tener las letras y ſuficiencia que ſe requiere, ſe atreuen à abogar en los pleitos que ſe tratan en el Conſejo, y en los demas Tribunales de nueſtra Corte: Mandamos, que ninguno lo pueda hazer, no ſiendo examinado, y aprouado conforme à lo diſpueſto por la ley primera deſte titulo, q̃ queremos ſe execute, y guarde inuiolablemẽte, y todo lo demas cõtenido en eſta, aſsi por los del nueſtro Conſejo, como por los otros Tribunales deſta Corte, y por los Preſidentes, y Oydores, y Iuezes de las nueſtras Chancillerias y Audiencias, quedando en ſu fuerça y vigor las demas leyes deſtos Reynos.

SVMMARIVM.

1 *ADuocatorum nobilitates, ac priuilegia, latè DD. comprobantes referuntur.*
2 *Aduocati vitam hominum tuentur.*
3 *Et pro Republica militvre dicuntur.*
4 *Eorum laudes ex Quintiliano, & n. 6.*
5 *Aduocati & oratores magnopere habitos à Principibus, & Regibus.*
7 *A Principum aſſiſtentia ſummouendi.*
8 *Allegationes iuris prolixæ conferendæ ab aduocatis non ſunt, & 10.*
9 *Aduocationis officium, quid ſit ex Ariſtotele.*
10 *Aduocati dilationes, ac ambages reïcere debent, & num. 20. ratio adducitur, & num. 21.*
11 *Aduocati loquaces, ac vociferatores damnandi.*
12 *Et proclamatores, ac inſipientes.*
13 *Laudandi verò prudentes.*
14 *Ac ſapienter loquentes.*
15 *Verba prolixa ſapientiæ inimica.*
16 *Iudex ex officio poteſt compeſcere aduocatum verboſum.*
17 *Aduocatus nimis verboſus poteſt officio priuari.*
18 *Allegationes iuris in ſcriptis conferre licitum, & vſitatum, & 19. Sed non debent dilationes continere, num. 25.*
22 *L. Ampliorem, §. In refutatorijs, C. de appellationib. refertur.*
23 *Principum cura extenditur ad exponendum, ne aduocati prolixi ſint.*
24 *Clement. IIII. nolebat audire aduocatos propter illorum vatilogia.*
26 *Allegationes iuris qualiter eſſe debent.*
27 *Aduocati pro defenſione poſſunt donum recipere, & 33. & 60.*
28 *Nec ex eo committerent Simoniam.*
29 *Et etiam mercedem, & contra pacíſcentem actio confertur.*
30 *Nec gratis, niſi pauperes defendere compelluntur.*
31 *L. 1. C. de ſuffrag. qualiter intelligenda, ex Pinel.*
32 *Aduocati poſſunt patrocinium vendere.*
33 *Ciuilis ſcientia ſanctiſſima res eſt, nec pretio æſtimari valet, & n. 60.*
34 *L. 1. §. In honorarijs, de var. & extraord. cogn. ponderatur.*
35 *Amian. Marcelin. contra aduocatos ſcribens refertur.*
36 *Aduocatorum antiquorum auaritia quanta refertur, & num. 39.*
37 *L. 2. C. de lucr. aduoc. an lata contra aduocatos ſit iniuſtas penſitationes recipientes, & n. 56.*

38 *Cauſas agere, quæſtuoſiſſimum apud antiquos.*

40 *Aduocati numquam, qui cauſas agant deficiunt & quare.*

41 *L. Cincia, Titia, aut Cinthia aduerſus aduocatorum auaritiam lata, & 44.*

42 *Fuit lata à Marco Cincio Trib. Pleb.*

43 *Illius obſeruantia ex Plaut. & Auſon.*

45 *Nero conſtituit vt aduocati pro clientela donum non reciperent.*

46 *Contrarium defenditur, & n. 50.*

47 *Cornelij Taciti eloquentiſſima verba de prohibitione, aut collatione ſtipendij aduocatorum referuntur.*

48 *Aduocatis ſtipendia taxata à tempore Imperatoris Claudij.*

49 *Confirmatum à Nerone.*

51 *Octauian. Imperator l. Cinciæ pœnas inſtaurauit.*

52 *L. 1. §. In honorarijs de var. & extraord. cogn. conſtituit, vt aduocati pro cliente, a legitimam, ac legalem quantitatem tantùm perciperent.*

53 *Illius l. & §. declaratio ſecundum conſtitutionem Claudij Imperatoris.*

54 *Centum aurei aduocatis pro ſtipendio in illa l. aſſignati correſpondent denis ſeſtertijs à Claudio conſtitutis.*

55 *Aduocati non poſſint facere pactum de quota litis.*

57 *Auth. vt iud. ſine quoq. ſuffrag. ad quid lata.*

58 *Aduocatis ſtipendia ſoluenda à lege taxata.*

59 *Referuntur Hiſpanicæ leges id conſtituentes.*

61 *Aduocatis in perceptione ſalariorum modus imponendus eſt.*

62 *Salarium aduocato conferendum, honorarium appellatur.*

63 *Aduocatis ſtipendium qualiter ſoluendum apud Hiſpanos ex l. Regni.*

64 *Scilicet attenta negotij & perſonarum qualitate, ac aduocati facundia.*

65 *Aduocati pro iuſto ſalario hypothecam habent, ijſdemque gaudent iuribus, quibus fiſcus & dos.*

66 *Taxa à iudice facienda pro ſtipendio aduocati, an excedere valeat quantitatem à iure conſtitutam, & n. 67.*

68 *In ea temporum qualitas, ac mutatio attendenda eſt, & n. 71.*

69 *Aduocatis exigua ſtipendia à Romanis initio Imperij conferebantur.*

70 *Poſteà verò magna collata fuere.*

71 *Mutatione temporum, & pretia rerum mutantur.*

72 *Senatus ſupremi deciſionibus plurimùm deferendum.*

73 *Conſuetudo per duos actus iudiciales comprobatur.*

74 *Aduocati vltra ſtipendia à iudice aſſignata recipere non poſſunt.*

75 *Ad reſtitutionem recepti vltra legalẽ conſtitutionem tenentur ſecundum legem Hiſpanam.*

79 *Aduocati à clientulo poſſunt percipere vltra legale ſtipendium, ſi voluntariè confertur, & num. 81. quòd ad reſtitutionẽ recipiens nõ tenetur.*

77 *Præcipuè ſi palmarij nomine datur.*

78 *Contraria opinio refertur, & defenditur ius, quòd recipiens ad reſtitutionem teneatur.*

79 *Taliter vt nec palmarij nomine recipere valeant, nec per ſe, nec per alios.*

80 *Vt comprobatur per leges Hiſpanas.*

82 *Pactum de quota litis, non eſſe abſolutè prohibitum tenet Diana.*

83 *Auctoris opinio circa receptionem ſtipendij ab aduocatis vltra legalem conſtitutionem.*

84 *Pœnæ per leges Regni conſtitutæ contra aduocatos recipientes vltra taxam legalem an exequi valeant.*

85 *Aduocati vltra taxam legalem ſtipendia recipientes, an l. repetundarum teneantur.*

86 *Quòd ſic ex Tacito.*

87 *Pœna aduocatis receptionem legalem excedentibus, eſt reſtitutio rei duplicata.*

88 *Repetendarum pœna ciuilis quadrupli eſt, ex l. eod. & dupli iure Authenticor.*

90 *Criminalis verò erat arbitraria.*

91 *Repetundarum conuictus orare in publico non poterat.*

92 *Et ordine ac dignitate priuabatur.*

93 *Nec officia in futurum exercere poterant.*

94 *Pœnæ ciuiles, & criminales copulatiuè in iudicio repetundarum poni possunt.*

95 *Vt probatur exemplo Marij Prisci.*

96 *Suspensionis pœna alias iuris pœnas non tollit.*

97 *Aduocati docti & litterati esse debent.*

98 *Ignari à munere iudicandi summouentur.*

99 *Aduocati antequã munus subeãt, examinari debent à Consilio supremo.*

100 *Et in matricula sunt adscribendi.*

1 DE aduocatorum nobilitate, ac priuilegijs *ex l.4. C. de aduoc. diuers. iud. Nouell. vnic. Theod. de postuland.* plura cõgerunt post Tiraq. *de nobilit. c.29.* Lara *compend. vitæ hom. c.30. n.14.* Mastrill. *de magistrat. lib.2. c.12. ex n.6.* Guzm. *de euict. q.48.* Burgos de Paz *procem. ll. Tauri num.379.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.1. claus.4. glos.10. p.1. n.127. & claus.3. n.16.* Caued. *decis.214. p.1.* Caslan. *Catalog. gloriæ mundi p.7. consid.28.* Sayr. *Claud. Reg. lib.12. c.22.* Cened. *collect. ad Decr.28. n.4.* Camil. Borrel. *in sum. decis. p.1. tit.65. per tot.* Villalobos *in summa 2. p. tract.18.* Machad. *del Perfecto Confess. 2. p. lib.6. p.3. tract.1. doctr.2.* D. D. Ioan. Baptista de Larrea *decis. Granat. q.85.* CoKier. *tractat. de aduocat.* Camil. Borrel. *de magist. edict. lib.3. c.1.* Caued. *decis. Lusit. 214. p.1.* Guzm. *de euict. q.2. ex n.22.* Ioan. Langleo *lib.1. Semestr. ex c.1. cum seqq.* Ioan. de Deo *doctrin. aduocator. lib.1. ex c.1.* Ioan. Petr. Ala *de aduocat. Christia.* Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat. p.2. q.2. per tot.* Conrad. Vlmeo Salmur. *de aduoc. stud.* Pace Scala *de consilio sapientis.* Guther. *de offic. dom. Aug. lib.3. c.2.* Alex. Trentacinq. *var. lib.2. resol.1. 1. de postul.* August. Barbos. *de offic. Episcop. allegat.79. n.21.* Caual. *crim. cas.287.* Stephan. Gratian. *tom.1. disceptat. cap.186. n.6.* Donel. *lib.18. comment. c.3.* & ibi Ossuald. *lit. E.* D. Franc. de Amai. *in l. vnic. n.87. C. de infamib. lib.10.* Petr. Gregor. Tolosan. *lib.49. Syntagm. c.6.* Matienç. *Dialog. relator. c.7. 8. & 9. per tot.* Zeuall. *com. q.779. num.41. & 42.* & antea *q.329. & q.736. ex n.9.* alijs adductis August. Barbos. *in l. aduocati. 14. vers.3. C. de aduocat. diuers. iudic.* Adam. *lib.7. Politicor. cap.24.* taliter vt Alberic. *in l. laudabile, C. de aduoc. diu. iudic.* Caslan. *Catalog. gloriæ mundi part.7. consil.28.* & cum eis Mastrill. *de magistrat. lib.5 cap.4. num.37.* teneat quòd inter Doctores ad magistratum electos præferendus est qui aduocati officium exercebat.

Vnde namque tot priuilegia? Quare enim tanta cura in aduocatorum priuilegijs ab Imperatoribus, aut Regibus impensa? Audio equidem vos dicentes, ex eo quòd hominum vita, auxilio, aut patrocinio aduocatorum tuetur, vt Tiraquel *de nobilitate cap.31. num.363. & 381.* Vel ex quo patriam defendunt, ac pro illius gloria, onera, ac labores subeunt, vt Imperator *l. aduocati. 14. C. de aduocat. diu iudic. Aduocati, qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis, ac priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos, militant namque causarum patroni, qui glorioſæ vocis confisi munimine laborantium, spem vitam, & posteros defendunt,* Anton. Graueat. *lib.2. cap.18. num.2. in addit. ad pract. Octau. Vestr.* 2 3

Quid adhuc suffragio egemus? audiamus Quintilian. *Dialog. de orator. Nam si ad vtilitatem vitæ omnia consilia & facta nostra dirigenda sunt, quid erit tutius, quàm eam exercere artem, qua semper armatus, præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, inuidis verò & inimicis metum, & terrorem vltro feras, ipse securus, & velut quadam potentia, ac potestate munitus? Cuius vis & vtilitas rebus prope fluentibus aliorum præsidio, & tutela intelligitur; sin proprium periculum increpuit: non herculea lorica, aut gladius in acie firmius munimentum, quàm nec & periclitanti eloquen-* 4

quentiæ præſidium, ſimul & telumque, propugnare pariter & inceſſare, vel in iudicio, ſiue in Senatu, ſiue apud Principem poſſis.

5 Ex hoc enim, & eo quod proſequitur Quintilian. patet â Principibus, & Regibus ſummis magno honore habitos aduocatos, ſeu oratores, Quintilian. *Per multos iam annos potentiſſimi ſunt ciuitatis, ac donec libuit Principes fori. Nunc Principes in Cæſaris annuntia agunt, ferunt que cuncta: atque ab ipſo Principe cum quadam reuerentia diliguntur.*

6 Sed quamuis de illorum vtilitate dixerit Imperator *in l. laudabile, C. de aduocat. diuerſ. iudic. Laudabile, vitæque hominum neceſſarium aduocationis officium, maxime principalibus præmijs oportet remunerari.* Et Ariſtotel. *lib. 7. Polit. cap. fin. Oportebat igitur pro conſeruatione humanæ vitæ, & tollendis inter homines diſſidijs, vt naturæ huius defectus ſuppleretur per Iuriſperitos.* Caſsiodor. *lib. 5. capit. 4. & c. 40. & lib. 11. epiſt. 4. & lib. 1. c. 12.*

7 Tamen non deeſt opinio Hieronym. Oſſor. *lib. 1. de reg. inſtitut.* dicentis. *Quare, ſi fieri poteſt, iſtis Iureconſultis aditum ad Regem præcludamus, ne illius bonitatem aliqua contagione inſitæ prauitatis inficiant.*

8 Hoc enim periculum ex nimia aduocatorũ fallacia, vel rapacitate deſcẽdit Petr. Bleſenſ. *epiſt. 26.* cui medelam præbere volentes noſtri Reges, præſentem ſanctionem tulerunt duobus capitibus conſtantem. Primo, ne prolixas conferant allegationes, ibi: *Mandamos que de aqui adelante en vna inſtancia no ſe puedan dar por los litigantes, ni los Iuezes puedan recibir mas de dos informaciones en derecho, &c.*

9 Aduocationis enim officium ſic diſtinxit Ariſtot. *d. c. fin. Rectum iudicibus perſuadere ſecundum traditas legum lationes & nonnumquam rectum & iuſtum diſtinguerent, limitarent, & moderarentur.*

10 Hæc enim expoſitio non eſt facienda cum ambage, dilatione, aut fallacia, Ioan. de Deo *doctr. aduocat. lib. 1. cap. 1. num. 1. & c. 11. n. 6.* Ioan. Petr. Ala, *aduocat. Chriſt. 2. p. q. 44.* Sed tantùm veritate attenta, cùm vna ſit, ideó deſignatur quantitas allegationum, ſeu vt vulgò loquamur, *Quantas informaciones en derecho ſe han de poder dar.* Nam vt dixit Oſſor. *d. lib. 1. Nimium iuris ciuilis ſtudiũ eſſe fallax, & litigioſum, & infectum, & ipſius iuris, & æqualitatis inimicum. Et re vera iuris, & æquitatis ratio ſic eſt communibus ſenſibus infixa, vt nemo ſit, dummodò aliquid valeat ingenio, & mentem cupiditate cæcetam non habeat, qui non mediocri diſciplina adiutus, facillimè poſſit quid iuſtum, & æquum ſit mente percipere.*

Quare præcipuum illud, quod in aduocatorum miniſterio damnatur, eſt tumultus, vociferatio, ac in modum cicadum obſtrepere, omnia vago, ac de formi ſtrepitu concutere, vt Martialis *Epigram. 54.* 11

Cum clamant omnes, loqueris tu Neuole ſemper,
Et te patronum, cauſidicumque putas.
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus:
Ecce tacent omnes: Neuole dic aliquid.

Nam aduocati, vt veritatem inculcent, nec falſa, nec vana verba prorumpere debent: ſed eloquenter loqui, vt Quintilian. *in procem. lib. 1. inſtit. orator.* Azeued *l. 4. hoc tit. per tot.*

Quid turpius aduocato proclamatore? quem præconi aſsimilauit Iuuenalis *Satyr. 6.* 12

Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquetur:

Ac inſipiente, vt Petr. Greg. *lib. 49. Syntag. c. 6. n. 32.* Quid laudabilius cauſidico, prudentia pleno, oratione conſpicuo, attentè loquente, legaliter exponente, ſubſtantialiter expendente & litis & iuris problemata? Quintilian. Dialog. *de orator. Siue auratam meditatamque adfert orationem, eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudij pondus & conſtantia, ſiue nouam & recentem curam, nõ ſine aliqua trepidatione animus attulerit, ipſa ſolicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati.* 13

Nam ex ſingulari *l. 3. tit. 4. p. 2. Segũ dixeron los Sabios antiguos, como quier que el home deue fablar en pocas palabras, por eſſo no lo deue fazer de manera q̃ no mueſtre bien abiertamente lo que dixere.* 14

Ideoque cùm prolixitas verborũ cõtra- 15

tra-

traria ſit ſapientiæ, ſeu ſapientium inimica, Eccleſiaſtic. 10. Prouerb. *cap.* 10. *princip. inſtit. quod cum eo*, Ripa *tractat. de peſte*, *fol.* 30 *colum.* 4. *num.* 28. *Addit. ad ſingul.* 746. Ludouic. Roman. Rebuff. *tractat. de reprobat. teſt. art.* 7. *gloſſ. vnic. fol.* 862. Aretin. *conſil.* 6. & 11. Roland.
16 à Valle *conſil.* 6. *num.* 3. *lib.* 1. Tenuerunt aliqui iudices ex officio poſſe compeſcere aduocatum verboſum, vt Ioann. Oroſc. *l.* 1. *verb. Poſtulationibus, de offic. aſſeſſor.* Azeued. *in l.* 4. *n.* 11. *hoc tit.* & *lib.*
17 Taliter vt Ludouic. Roman. *ſingul.* 746. & ibi additio, teneant aduocatos nimis verboſos poſſe priuari officio aduocatorum, vt ſequitur Iaſon *in l. Gallus*, §. *Quidam rectè, de liber.* & *poſthum.* Oroſc. *d. l.* 1. *num.* 2. *de offic. Aſſeſſor.* Rebuff. *d. gloſſ. vnic. num.* 5. Pariſ. de Puteo *de ſyndic. verb. iudex, num.* 3. Rol. *conſil.* 36. *num.* 25. *lib.* 3. Donel. *lib.* 18. *comment. cap.* 3. & ibi Oſſuald. *liter. VV.* Federic. Scot. *conſ.* 36. *in fin. lib.* 1. Camil. Borrel. *de magiſtrat. edict. lib.* 3. *c.* 1. *ex num.* 11. Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. c.* 6. *num.* 29. Garc. *de nobilitat. gloſ.* 35. *num.* 28. Bobad. *lib.* 3. *Politic. cap.* 13. *n.* 65. Paul. Xamar. *de offic. iudic.* & *aduoc.* 3. *part. quæſt.* 2. *num.* 12.

Notatu enim digna ſunt verba Afflict. *ad conſuetud. Sicil. lib.* 1. *Rub.* 31. *n.* 9. *Caueant igitur aduocati, ne ſint nimis verboſi cum iudice, nec eum ſæpiſsimè adeant, & ei moleſtiam inferant, prout ego vidi quendam alium aduocatum, qui erat adeò mihi moleſtus, & importunus, quòd propoſui in mente mea non eſſe iudicem, vbi ipſe erat aduocatus, &c.* Et de batilogia aduocatorum eleganter ex Eraſmo, Rebuff. *d. gloſſ. vnic. num.* 2.

18 Sed cùm nec tantùm iam verbis orare aduocatis moris ſit, ſed & etiam & introductum, ac conſtitutum, vt ſcripto allegationes conferant, quas appellamus *Informaciones en derecho*, an in eis hæc prolixitas contemnenda, quærenda breuitas, videamus.

19 Quod verò permiſſum ſit hoc genere allegationum vti, probat Rebuff. *in concordat. in proœm. verb. iura citare, fol.* 505. & 506. Azeued. *l.* 4. *n.* 4. *Por palabra, ò por eſcrito, hoc tit. addit. ad Roman. ſingul.* 264. Paul. de Caſtro *l.* 1. *n.* 7. *de poſtuland.* Stephan. Gratian. *diſceptat. c.* 39. *ex n.* 4. & *c.* 55. *n.* 17. 19. & 20. Roland. à Valle *conſ.* 36. *lib.* 3. Decius *reg.* 2. *n.* 10. *de regulis iur.* Portol. ad Molin. *verb. aduocatus, num.* 80. Cenedo *coll. ad decret.* 18. *num.* 14.

Illa verò noſtræ legis prohibitio, ac 20
cura, ne prolixæ ſint allegationes, & pluſquam ab ea aſsignatæ, etſi recepta concluſione deſcendat, quòd omnino prolixitas vitanda eſt ab aduocato, D. Bernard. *lib.* 1. *de conſiderat. Miror quẽ admodum religioſæ aures audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem proficiunt veritatis: corrige prauum morem, & præſcinde linguas vaniloquas, & labia doloſa claude*, Luc. de Pen. *l.* 1. *num.* 1. *C. de luc. aduocator. lib.* 12. Parlador. *lib.* 1. *rer. quot. c.* 2. *n.* 27.

Tamen ex concluſione l. 4. hoc titu- 21
lo deducitur. *Porque algunos Abogados, y Procuradores, por malicia, y por alongar los pleitos, y lleuar mayores ſalarios de las partes, hazen muchos eſcritos luengos en que no dizen coſa de nueuo, ſaluo replicar por menudo dos, o tres, quatro, y aun ſeis vezes lo que han dicho, y eſtà ya pueſto en el proceſſo, y aun diſputan alegando Leyes, y Decretales, y Partidas, y Fueros, porque los proceſſos ſe hagan luengos, y que no ſe puedan tan aina librar, y ellos ayan mayores ſalarios, &c.*

Quæ prouenire inuenies ex eleganti 22
ratione textus *in l. ampliorem.* 39. §. *in refutatorijs, C. de appellationib.* ibi: *Quod ſufficiant geſtorum volumina introducta, & virorum ſpectabilium Magiſtrorum ſeriorum breues omnia apertiſsimè oſtẽdere.*

Id enim ab omnibus Principibus 23
præcautũ fuit, vt dilationes ſemoueantur, vt Bobad. *lib.* 1. *Polit. c.* 6. *num.* 42. Ioan. de Deo *doctr. aduoc. d. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1. & *c.* 11. *n.* 6. Ioan. Petr. Ala, *aduocat. Chriſt.* 2. *p. q.* 44. quare notat Nenizan. *in ſyl. nupt.* & ex eo Tuſch. *lit. A. concluſ.* 233. *num.* 2. quod Clement. IIII. Papa 24
nolebat in voce audire aduocatos propter eorum batilogia, vanaque verba.

25 Si ergo verbis: hæc proferre prohibentur, quare eis concedendum eſt, vt ſcriptis, ad libitumque magna cum dilatione allegationes conferant imò ſtatuendũ vt veritate attenta procedatur, dilationibus, ac ambagibus ſemotis, vt exemplo probat Roland. à Valle *conſil.* 36 *num.* 15. *lib.* 3. & curam Principum commendat Petr. Gregor. *lib.* 2. *de Republ. cap.* 6. *num.* 19. Ioan. de Deo, & Petr. Ala, dictis in locis.

26 Sic enim hæ iuris allegationes eſſe debent, vt præfationes ſummoueantur, dubitandi rationes deducantur, exponantur reſolutiones, & breuitate attenta iudices volumine allegationum non confundãtur, vt notat Rebuf. *in procem. concord. verb. Iura citare, num.* 506.

Qui *titulo de inuentar. tom.* 3. *commentar. art.* 1. refert apud Gallos prohibitum in aliquibus caſibus, nec tantum vt allegationes certo modo conferantur, ſed collatio, aut admiſsio abſolutè. Ergo iuſtè, attentequè à noſtris Regibus proſpectum in noſtro caſu dicemus, vt id abſolutè obſeruandum ſit.

Secundum vero noſtræ legis caput contra aduocatos dirigitur plus iuſto á clientibus recipientes.

27 Haud prohibitum eſt aduocatis pro defenſione donum recipere, imó permiſſum eſſe tenet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 4. Fagund. *in præcep. Decalog. lib.* 8. *cap.* 38. *num.* 22. Trullench *in præcept. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 1. Villalob. *in ſum. trat.* 18. *diffic.* 4. *num.* 1. Machad. *Perfect. Confeſſ. lib.* 6. *part.* 3. *tract.* 1. *doctrin.* 6. Ioan. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 31. & 32. Petr. Gregor. Toloſan. *lib.* 49. *Syntagmat. cap.* 6. *ex num.* 34. Stephan. Gratian. *tom.* 1. *diſceptat. cap.* 186.

28 Taliter vt Victor. de Simonia ſentiat Simoniam non committi ab aduocato mercedem pro defenſione recipiente, Villalob. *in ſum. tract* 37. *diffic.* 8. *num.* 1. *tom.* 2. & *tractat.* 18. *diffic* 4. *n.* 1. Sanch. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. *n.* 8. & *dub.* 21. *num.* 4.

29 Imò mercedem recipere poſſe *ex l. vnic. C. de ſuffrag.* & actionem cõtra paciſcentem ei concedi, notat Conan. *lib.* 5. *comment. cap.* 8. *num.* 3. nonque teneri gratis, ni pauperibus auxilium, ſeu patrocinium conferre, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 369. aliàs iuſtè recipere pretium, Cened. *coll. ad Decret.* 28. *num.* 4. etiamſi non promiſſum, Caualcan. *deciſ.* 41. *part.* 1. Solorçano *de Gubernat. Indiar. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 16. Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 1. notauit Azeued. *in l.* 8. *num.* 4. *hoc tit.* Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.* 8. *num.* 46. Auguſtin. Barboſ. *in d. l. vnic. num.* 3. & 4. Petr. Gregor. *lib.* 2. *de Republ. cap.* 6. *num.* 19. Nata *conſ.* 376. *num.* 2. Iacob. Benin. *de priuileg. Iureconſ.* 3 *part. priuileg.* 73. Stephan. Gratian. *diſc. capit.* 257. *num.* 6. Ioan. Gutier. *de iurament. confirmat. cap.* 64. Ceuall. *commun. quæſt.* 288. *num.* 9. Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocati part.* 2. *q.* 7. *n.* 7.

Quamquam Pinel. *in l.* 1. 3. *part. n.* 62. *verſic. Infertur* 8. *C. de bon. matern.* illius textus deciſionem loqui credat in actu voluntario, ſeu gratuito dono alicui collato ob impetrationem alicuius gratiæ à Principe ſupremo, quod contra antiquiores defendit ex Alciat. *lib.* 2. *Paradox. cap.* 14. Bar. *in l.* 2. & ibi Cagnol. *num.* 314. *de iur. immunitat. iud.* Robert. *lib.* 2. *ſentent. cap.* 21. quam ſic intellexit Pancirol. *lib.* 2. *variarum lectio. cap.* 198. 31

Aduocato etiam licere patrocinium vendere tenent *cap. non licet* 11. *quæſt.* 3. *cap. non ſanè* 14. *quæſt.* 5. *cap. Romana, §. Nec etiam de for. competenti lib.* 6. Alciat. *l. vnic. C. de ſuffrag.* Gail *lib.* 1. *obſ. cap.* 44. *num.* 1. Viuius *lib.* 2. *comm. opin. opin.* 8. *num.* 5. Guid. Pap. *deciſ.* 102. Franciſc. Marc. *deciſ.* 1059. Camil. Borrel. *ſum. deciſ. tit.* 65. *part.* 1. *num.* 55. Carraſc. *ad ll. Recopilat. cap* 10. *num.* 26. Barboſ. *cap. non licet, num.* 4. & 5. 11. *quæſt.* 3. Rouit. *pragmat.* 1. *de poſſuland. num.* 6. *fol.* 531. Menoch. *de arbitrar. caſu* 513. Oſſuald. ad Donel. *lib.* 18. *com. cap.* 3. *liter. HHH.* qui omnes fatentur licitè poſſe aduocatos ſtipendium recipere à clientulo, Farinac. *in practic. quæſt.* 106. *ex num.* 36. Alexand. Trentacinq. *variarum* 32

lib.

lib.1. reſolut.1.de poſtul.num.14. Soto *de iuſtitia & iur. lib.5. quæſt.8. artic.4.* Paul.Xamar.*d.q.7.ex n.5.*

33 Ex quo eleganter Alciat. *lib.2.Parad.cap.14.* inquit,quòd quamuis ciuilis ſcientia ſanctiſsima ſit, dehoneſtandaque, eam pretio æſtimando non ſit, Franc. Patric. *de inſtitut.Reipubl. lib.3. tit.6.fol.92.* Tamen aduocatis ſui patrocinij ſtipendium denegandum non eſt, imò ad id ſoluendum cogi iudicis miniſterio, *l. properandum, §.illa procul dubio, C.de iudic.* & ibi Alexand. & Salicet. Neuio *in ſiſtem.ad d.§.illo.*

34 Habemus autem expreſſam iuris cõſtitutionem concedentem aduocatis ſolutionem,ſeu ſui laboris ſtipendium in *l.1.§.In honorarijs de var.& extraordin. cognit.* Ex quo textu deducunt,etiam nõ conuentum ſalarium aduocato deberi, vt in d.§.probat Bart.Socin. *conſ.196. num.1.lib.2.* Iaſon *§.triplici,num.50.inſtitut. de action.* Nata *conſil.376. num.4.* Put.*deciſ.11.lib.3.* Alexand.*conſil.109. num.2. lib.6.* Magon. *deciſ.Florent.12. num.4.* Stephan.Gratian. *diſceptat. cap. 257.num.6.7.& 8.* Tiraquel. *de nobilit. cap.29.num.28.& 29.* Quod Reipublicæ conuenire defendit Doctiſ. D.Ioan. Baptiſt.Larrea *deciſ. Granat.q.85.n.9. & diximus num.30.*

35 Sed quamuis hæc iuridica ſalarij,ſeu ſtipendij capiendi permiſsio ſic recepta ſit,non me latent quæ contra aduocatos ſcripſit Amian.Marcelin.*lib.30. At nunc videre eſt per eos omnes tractus violenta,& rapaciſſima genera hominum perfora omnia volitantium, & ſubſidentiũ diuites domos, vt Spartanos Canes, aut Cretas,veſtigia ſagacius colligendo ad ipſa cubilia peruenire cauſarum inter rapinas inſatiabiles, inopes ad capiendam verſutis orationibus iudicũ fidem,quorum nomen ex iuſtitia natũ eſt ſuccũ ingenij deſtringentes.*

36 Creuit enim quàmmaximè apud antiquos aduocatorum auaritia, ad rapinas,& prædas conſtituta ſuffragia,ſeu patrocinia fuiſſe notat Nicol.Anton. Graut.*add ad pract.oct. veſtr.lib.2. cap. 18.verb.Aduocatorum*, malitia illorum vberrimum quæſtum colligi, ſegetemque auream in aula aduocatorum eſſe dixit Petr.Gregor.*lib.2.de Republ. cap. 6.num.19.* impiam auaritiam exequi prætextu ſalariorum refert *lib.49.Syntagmat.cap.33.*

Ad hanc enim indignam poſtulationem damnandam latam inuenies *l.2.C. de lucr.aduocator.* vbi præter à iure ſtatutas penſitationes decipere vetat Imperator. 37

Haud tamen dubito hanc legem à Plat.Rebuff.Neuio,& Luc.de Pena de aduocatorum ſalario, ſeu ſtipendio intellectam non fuiſſe. Tamen cùm cautum à Principibus quàm ſæpè ſit contra rabulas,auaroſque etiam in auth.*vt iudic. ſin. quo. ſuffrag.* credo poſſe hanc legem intelligi latam aduerſus aduocatorum auaritias,vt inſinuauit D.Franc. de Amai. *in l.vnic.num.9.C.ne oper.collat.exigantur lib.10.*

Neque aduerſus receptam antiquorum ſententiam depromitur hæc diſpoſitio.Queſtuoſiſsimum eſſe cauſas agere notauit Martial.*lib.2.Epigram.26.* 38

Mutua viginti ſextertia fortè rogabam,
Quæ vel donanti non graue munus erãt.
Quippe rogabatur, fiduſque vetuſq; ſodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi diues eris, ſi cauſas egeris inquit,
Quod peto da Cai: non peto conſilium.

De quo Cornel.Tacit.*lib.11.ann.Nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quàm aduocatorum perfidia, adeò vt Samius inſignis eques Romanus quadringentis nummorum millibus ſui ludatis,& cognita præuaricatione ferro in domo eius incubuerit.*

De hac enim aduocatorum rabularum malitia, Matth.Lop.Brab. *lib.2. de reg.ration.Nihil niſi rabularum clamores & rapinas audias,& videas. Nec mirror: nemo enim,etiamſi iniuſtus, ſine aduocato & lege litigator.* Ex quo enim aduocatus non deficit? Ex quæſtu, vt Martial *lib.8.Epigram.16.* 39 40

Pictor qui fueras diu Cipere,
Nunc cauſas agis,& ducena quæris,
Sed conſumis, & vſque mutuaris,
à Pictore,Cipere,non recedis,
Et panem facis,& facis farinam.

Ex quo lex? Ex eo quòd inquit Quintilian *Dialog. de oratore, Cõtemnebat potius litteras, quàm neſciebat, tanquam maiorem induſtriæ, & laboris gloriam habiturus, ſi ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.*

41 Ex hac cauſa fuit aduerſus venalem eorum quæſtum lata lex Cuicia, vt inquit Tacit. *d. l.* 11. quam Cinciam, ſiue Cinthiam alij dicunt, & alij etiam eam Titiam referunt, à qua cautum refert Tacitus, ne quis ob cauſam orandam donum acciperet, meminit idem Tacit. *lib.* 15. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 21. Patric. *lib.* 2. *de inſtitut. Reipubl. tit.* 5. *fol.* 54. Ex quo deducit dictum ab Ouidio *lib.* 1. *Elegiar.*

Turpe reos empta miſeros defendere lingua,
Quod facit magnas turpe tribunal opes.

42 Hæc lex Cincia teſte Liuio *lib.* 34. Hieronym. Verrut. Otom. *de leg. Rom. de l. Cincia* à M. Cincio Turbuno plebis, Cornel. Sempro. Conſ. anno DXLIX. lata fuit, cui conuenit Anton. Auguſt. *lib. de legib. Roman. d. l. Cincia de muner.* Roſin. *de Rom. antiq. lib.* 8. *cap.* 22. Paz *ad l.* 18. *num.* 2. *& ſeq Styl.*

43 Hanc laudando legem, tanquam ſibi non contrariam dixit Plautus:

Neque muneralem legem, neque Lenoniam
Rogata fuerit, necne, flocci æſtimo.

Contra verò ex illa carpens aduocatum ſic dixit Auſonius:

Iureconſulto, cui nubit adultera coniux,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit,
Quæritis vnde ſit hæc diſtantia, ſemivir ipſe
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

44 Iam enim dixi hanc legem contra aduocatos latam, etiam appellari Titiam ab aliquibus, vt Tiraquel. *d. num.* 21. & 22. Alciat. *annotat. ad Cornel. Tacit. lib.* 11. Vlric. Zaſ. *Catal. leg. antiq. ad l. Cinciam*, de quo Stephan. Gratian. *diſcept. cap.* 186. *num.* 43. & 44. Alciat. *lib.* 10. *Parerg. c.* 6. Auſonij contra aduocatos explicat Cuiac. *lib.* 6. *obſeru. c.* 18.

45 Nec defuerunt dicentes leges à Nerone cõſtitutas fuiſſe, ne aduocati pro cauſa donum, neque ſtipendium acciperent, de quo Alexand. ab Alex. *dier. gen. lib.* 3. *c.* 5. & ibi Tiraquel. Menoch. *de arbitrar. caſu* 369. *num.* 1. Azeued. *l.* 21. *num.* 1. *hoc titulo*, Cened. *collect.* 28. *ad Decret. num.* 14.

Tamen dicendũ eſt abs re loqui Doctores, nec tale vnquam fuiſſe conſtitutum à Nerone contra aduocatos, nec legé Cinciam reſtauraſſe, tantùm enim contra Suilum, quem opprimere deſiderabat, pœnas legis Cinciæ repetere decreuit, vt Tacit. *lib.* 13. *annal.* Cuiac. *lib.* 6. *obſeru. cap.* 19. in cuius odium & tempore Claudij Imperatoris renouata fuit, vt refert *Tacit. lib.* 11. *annal.* Quam retundens propoſitionem Suilus, oratione habita, ſtatutum fuit, vt nõ liberè reciperent aduocati ſtipendium, ſed certa quantitas adſignaretur, Franc. Patric. *lib.* 2. *de inſtitut. Reipublic. tit.* 5. *fol.* 56. quæ omnia ob Suilũ conſtituta fuere, & in Imperio Claudij, & Neronis probat ipſe Tacitus, & Cuiacius *d. cap.* 19. omnia enim ſic refert *Tacitus d. l.* 11. 46 47

Igitur incipiente Caio Silio Conſule deſignato, cuius de potentia, & exiti in tẽpore memorabo, conſurgunt patres, legemque Cuitiam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam, donumve accipiat. Deinde obſtupentibus his, quibus ea contumelia parabatur diſcors Suilio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in poſteros præmia eloquentiæ cogitauiſſent pulcherrima: alioquin & bonarum artium Principem ſordidis miniſterijs fœdari: nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur. Quod ſi in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore; nunc inimicitias, accuſationes, odia, & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. meminiſſent, C. Aſſinij & Meſalæ, ac recentiorum Aruntij, & Eſernini ad ſummã prouectos incorrupta vita & facundia Talia dicente Conſule deſignato, conſentientibus alijs parabatur ſententia, qua lege repetundarum tenerẽtur: cum Suilus, & Coſſutianus, & cæteri, qui non iudicium, quippe in manifeſtos, ſed pœnam ſtatui videbant. circumſiſtunt Cæſarem an-

te

te acta deprecantes, & poſtquam annuit tacens, incipiunt. Quem illum tanta ſuperbia eſſe, vt æternitatem famæ ſpe præſumat? Vſui & rebus ſubſidium præparari, ne quis inopia aduocatorum potentioribus obnoxius ſit: neque tamen eloquentia gratuito contingere; omitti curas familiares, vt quis ſe alienis negotijs intendat. Multos militia, quoſdam exerendo agros tolerare vitam. Nihil à quoquam expeti, niſi cuius fructus ante prouiderit. Facilè Aſinium, & Meſſalam inter Antonium, & Auguſtum bellorum præmijs refertos, aut ditium familiarum hæredes Eſerninos, & Arruntios magnum animum induiſſe: prompta ſibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius, aut C. Curio concionari ſoliti ſint, ſe modicos Senatores, quia Reſpublic. nulla, niſi pacis emolumenta peterent: cogitare plebem, qua toga eniteſceret: ſublatis ſtudiorum pretijs, etiam ſtudia peritura, vt minus decora. Hæc ita haud fruſtra dicta Princeps ratus? capiendis pecunijs poſuit modum, vſque ad dena ſeſtertia.

48 Ex eo enim notant Interpretes à tempore Claudij Imperatoris conſtitutum à lege, taxatumque ſalarium, ſeu ſtipendium aduocatis conferendum, vt Anton. Auguſtin. *de leg. Rom. tit. de l. Cinc. munera*, Alciat. *ann. ad lib. 11. Cornel. Tacit.* Cuiac. *d. cap. 19.* Paz *ad l. 18. Styl. num.*....

49 Quod à Nerone confirmatum refert Sueton. *in eo cap. 17.* Tiraquel. *de nobilitate cap. 29. num. 27.*

50 Sed tamen Neronem legis Cinciæ pœnas inſtauraſſe, nec tale probat Tacit. *dict. l. 13. ann.* nec Sueton. imò contrarium, ſcilicet, vt Claudij Imperatoris conſtitutio ſeruaretur, quod ſic intellexit Tiraquel. *dict. cap. 29. num. 27.* Camil. Borrel. *ſum. deciſ. part. 1. titulo 65. num. 48. & 49.* Oſſuald. ad Donel. *lib. 18. comment. cap. 3. liter. HHH.* Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat. 2. part. quæſt. 7. num. 4. & 5.*

51 Tamen ex Dion. *lib. 15.* probat Petr. Gregor. Toloſan. *lib. 49. Syntagmat. cap. 8. num. 6.* ab Octauiano Imperatore legis Cinciæ pœnas renouatas fuiſſe, conſtitutumque, vt Oratores nullo accepto pretio cauſas agerent.

Secundo huius legis conſtitutionem, ad illiuſque inuiolabilem executionem latam credo *l. 1. §. In honorarijs de var. & extraordin. cognit.* ibi: *Eam dumtaxat pecuniam, quæ modum legitimum egreſſa eſt, repetere debes.* 52

Illius enim legis deſignationem legitimæ quantitatis, ad dena ſeſtertia à Claudio Imperatore aduocatis aſſignata extendi debere, ſeu de illa quantitate intelligi notauit Cuiacius *dict. lib. 6. obſeru. cap. 19.* circa finem, Alciat. *lib. 2. Paradox. cap. 14. num. 1. & lib. 3. diſpunct. cap. 9.* eamque legem ſic declarat Donel. *lib. 18. comment. cap. 3. circa finem*, & ibi Oſſuald. Petr. Gregor. *lib. 49. Syntagmat. cap. 8. num. 8.* Alexan. Trentacinq. *variar. lib. 2. reſolut. 1. de poſtul. num. 10.* Quod ad centum aureos reducit Bald. *in l. 1. in fin. C. mand.* Decio *conſil. 691. num. 5.* Tiraquel. *dict. capit. 29. num. 35.* Pinel. *l. 1. 3. part. num. 62. verſic. Infertur. 23. C. de bonis maternis*, de qua ſportularum receptione, ac quantitate latè Bobadill. *lib. 2. Politic. cap. 21. num. 39. & ſequentibus*, Ioannes Garcia *de expenſis, cap. 21. ex numero 10.* Rodrig. *de execut. cap. 7. numero 9.* Quæ quantitas correſpondet ad dena ſeſtertia à Claudio conſtituta, vt refert Alciat. & Cuiac. & Vazq. cui adſentit Martial. *Epigram. 26. lib. 1.* 53 54

Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum.

Et *lib. 10. Epigram. 37.*

Spertula nos iunxit quadrantibus arida centum.

Creuit enim ſicut antea aduocatorum auaritia, ad quam vitandam latam fuiſſe credo conſtitutionem prohibentem aduocatis pactum de quota litis, ex textu *in l. ſi qui, C. de poſtul.* quam in vſu eſſe, receptamque defendunt DD. vt Salicet. Pariſ. *conſil. 19. num. 53. lib. 3.* Nata *conſil. 145. num. 15. lib. 1.* Conan. *lib. 5. comment. cap. 5. num. 5.* Roland. *conſil. 36. num. 20. lib. 3.* Petr. Gregor. *lib. 49. Syntagmat. cap. 8. n. 5.* plura referens; 55

Me-

Menoch. *de arbitrar. cap.* 522. *per totum*, Soto *de iuſtitia & iure, quæſt.* 8. *lib.* 5. *art.* 4. Mainard. *deciſ. Toloſan.* 12. *lib.* 3. Portol. ad Molin. *§. Aduocatus, num.* 120. Donel. *lib.* 18. *commun. cap.* 3. & ibi Oſſuald. latè DD. adducit Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. part.* 1. *titulo* 65. *num.* 17. Surd. *conſil.* 306 Cened. *collect.* 28. *ad Decret. num.* 12. Franch. & Addit. *deciſ.* 265. Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. titulo de poſtul. ex num.* 1. quamplurimos refert Auguſtin. Barboſ. *in l. ſi qui.* 5. *num.* 2. *C. de poſtulat.* Scipio Rouit. *pragmat.* 1. *num.* 2. *fol.* 531. Fontanel. *deciſ.* 178. *ex num.* 1. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 4. *titulo* 7. *num.* 16. Morl. *emp. iur. part.* 1. *tit.* 3. *à numero* 60. Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 170. Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat.* 2. *part. quæſt.* 7. *num.* 26. Ioan. Petr. Ala, *aduocat. Chriſtian. part.* 1. *q.* 12. *&* 13.

56 Limites haud recipere auaritia potuit, vltra legitimas penſitationes percipere cęperunt officiales: contra illorum petulantiam lata fuit *l.* 2. *C. de lucris aduocat.*

57 Nec ab incepto diſceſſerunt, neceſſe fuit, vt illorum damna noua lege obuiarentur, cautũ fuit contra fori venales actus *in auth. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.*

58 Quo forali latrocinio occurrentes diuiſæ ab Imperio Romano Prouinciæ ſtatuerunt ſtipendia aduocatis, vt ex pluribus Regnis refert Tiraquel. *d. cap.* 29. *de nobilit. num.* 36.

59 Hiſpanis legibus id ſtatutum patet in *l.* 14. *num.* 6. *part.* 3. *l.* 18. *Styli*, de quo plurimæ leges *hoc tit.* 16 *lib.* 4. *Recopilat.* extant, *vt* 7. 8. 9. 10. 11. 12. *&* 18.

60 Sed tamen cognito ciuilem ſapientiam pretio æſtimandam non eſſe, aduocatis autem ſtipendium conferre licitum, imò & neceſſarium, Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagmat. cap.* 8. *numero* 4. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 1.

61 Partim verò, quòd ad libitum recipiendi facultas relinquenda non eſt aduocatis, Petr. Gregor. *lib.* 2. *de Republic. cap.* 6. *num.* 19. commendans Principibus reſtitutionem l. Cinciæ, de quo Nicol. Anton. Grauat. *in pract. Octau. Veſtr. lib.* 7. *cap.* 18. *litera A.* Modum imponi neceſſarium videtur, vt Quintilian. *lib.* 12. *orat. quæſt. cap.* 7. *Neque enim video, quæ iuſtior acquirendi ratio, quàm ex honeſtiſſimo labore, & ab ijs, de quibus optimè meruerint quique, ſi nihil inuicem præſtent, indigni fuerint defenſione, quod quidem non iuſtum modò, ſed neceſſarium etiam eſt. Cùm hæc ipſa opera, tempusve omne alienis negotijs datum facultatem aliter adquirendi reſcindant, ſed tum quoque tenendus eſt modus, ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum & quouſque.*

Ex quo Bart. *in l.* 1. *§. Diuus, de varijs, & extraordin. cognit.* honorarium cenſeri ſalarium aduocato præſtitum voluit, Ioan. Petr. Ala, *de aduocat. Chriſtian. part.* 1. *quæſt.* 10. Paul. Xamar. *de offi.. iudic. & aduocat.* 2. *part. quæſt.* 2. *n.* 19. Galganet. *de iur. public. lib.* 2. *tit.* 9. *ex num.* 31. *& ex l.* 2. *§. Proculdubio, C. de iudic.* Doctiſ. Fab. Capic. Galeot. *contr. lib.* 1. *contr.* 51. *num.* 64. Non laborioſum, quia pro defenſione, aut patrocinio confertur, conferendumque cùm alias inæſtimabilis ſit iuris ſcientia, Ripa *de priuileg. contr. cau. peſt. num.* 117. Curc. & Cagnol. *in l. diem functo de offic. Aſſeſſor.* Cephal. *conſil.* 70. *num.* 7. Surd. 42. *num.* 2. *&* *deciſ.* 219. *num.* 5. Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagmat. capit.* 8. *num.* 2. Quod etiam receptum inueniemus à Socrat. Cino, Cleante, & Criſipo, vt Quintilian. *d. cap.* 7. Tiraq. *d. cap.* 29. *num.* 24.

62

Hæc omnia vt confirmarentur, à noſtroque Hiſpano foro nimius quæſtus ſegeſque aurea ſemoueretur, lata fuit lex noſtra, vbi cauetur *Taſſen el premio y precio, que ſegun el concepto que pudieren hazer de las dichas informaciones, les pareciere pueden juſtamente merecer los Abogados por el eſtudio y trabajo que huuieren pueſto en hazerlos, conſiderando y*

63

eſti-

eſtimando la opinion y facundia dellos, y la calidad de los pleitos, y los pleiteantes.

64 Nihil ipſi iuri communi conformius, placitoque Doctorum, vt comprobatur ex recepta ſententia *l. 1. §. In honorarijs de var. & extraordin. cognit. l. 14. tit. 6. part. 3. lib. 18. Styl.* Abulenſ. traditus â Didac. Perez *in l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordin. fol. 404.* Greg. Lopez *d. l. 14.* Paz *ad dict. l. 18. Styl. n. 6.* Azeued. *l. 21. num. 4.* hoc titulo, Tiraquel. *de nobilitat. dict. cap. 29. num. 28.* Viuius *lib. 4. commun. opinion. part. 1. verb. Aduocati ſalarium*, Neuo *Siſtem. ad dict. §. In honorarijs, num. 1.* Afflict. *deciſ. 70. num. 2.* Stephan. Gratian. *diſceptat. cap. 56. num. 4. & 257. ex num. 6.* Flores de Mena *lib. 1. variar. quæſt. 8. numero 50.* Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 65. num. 54. & 55.* Donel. *libro 18 commentar. cap. 3. circa finem*, & ibi Oſſuald. *liter. HHH.* Ceual. *commun. quæſt. quæſt. 779. num. 42.* Qui omnes fatentur ſtipendium aduocato præſtandum ab arbitrio iudicis pendere, attenta qualitate negotij, litigantium, & aduocati facundia, Sanch. *lib. 3. moral. cap. 14. num. 14.* Trullench *in præcepta Decalog. tomo 2. lib. 8. cap. 5. dub. 5. numero 2. & 3.* Villalob. *in ſumm. part. 2. tractat. 18. difficult. 4 numero 4.* Machad. *del Perfecto Confeſſor, tom. 1. lib. 6. part. 3. tractat. 1. document. 6. num. 2.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 1. cap. 21. num. 13. & 14.* Rodrig. *de executione cap. 7 num. 8.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 2. reſolut. 1. de poſt. numero 13.* Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat. 2. part. quæſt. 7. num. 12.* Doctiſſ. Fab. Capic. Galeot. *de priu. fiſc. 2. num. 49. & ſequent.*

65 Et taliter hæc recepta eſt concluſio, vt aduocato pro ſalario iuſto, nec tantùm datur actio, ſed etiam hypotheca ac prælatio, eademque priuilegia conceſſa fiſco & mulieri, Bart. *in l. 1. ſoluto matrimonio*, & ibi Bald. Angel. Socin. Iaſ. & DD. *in l. diem functo, de offic. Aſſeſſor.* Flores de Mena *libro 1. variar. quæſt. 8 num 70.* Ioannes Garcia *de nobilitate gloſſ. 35.* Staphil. *de Saluian. interdict. cap. 4. inſpect 3. numero 233. & ſequentibus*, Stephan. Gratian. diſceptat. *cap. 252. ex numero 17. vſque ad 20.* Barboſ. *l. 1. part. 7. numero 25 ſoluto matrimonio*, Rodrig. *de priuileg. creditor. part. 1. art. 13. numero 18.* D. D. Ioann. Baptiſta de Larrea *deciſ. Granat. quæſt. 85. num. 1. & 2.* Et priuilegium habere auocandi ad Curiam, vbi aduocati officium exercent, tenet Guzman *de euiction. quæſt. 2. ex num. 22.* ſuorum ſalariorum debitores, Caued. *deciſ. Luſitan. 214. n. 6. p. 1.*

Ex hinc dicendum venit, an taxa à 66
iudice facienda excedere valeat quantitatem a iure conſtitutam de ſalario aduocato conferendo, ſcilicet vigeſimam partem, dummodo vltra triginta millia marapetinorum non excedat ſecundum *l. 18. hoc titulo*, in quo & etiam includuntur iuris allegationes.

Videbatur dicendum ſecundùm ta- 67
xam *dict. l. 18.* regulandam eſſe nouiter à noſtra lege conſtitutam, nec vltra extendi poſſe, vt ex textu *in l. ... §. In honorarijs de var. & extraordinar. cognit. l. 14. tit. 6. part. 3. & d. l. 18. Styl.* vbi conſtituitur, quòd taxatio à iudice facienda attentis qualitatibus litis, litigatoribus, & facundia aduocati ſecũdùm normam à lege conſtitutã fieri debet, nec plus excedere poſſe, vt notat Gregor. Lopez *in dict. l. 14.* Alciat. *lib. 3. diſpunct. cap. 9.* Cuiac. *dict. lib. 6. obſ. cap. 19.* Donel. *d. lib. 18. comment. cap. 3.* & ibi Oſſuald. Petr. Gregor. *lib. 46. Syntagmat. cap. 8. num. 8.*

Tamen dicendum eſt, mutatione 68
temporum, etiam & taxam ſalariorum mutari debere, vltraque à *leg. 18.* conſtitutam poſſe concedi pro ſuis allegationibus, ac recipi, ſecundùm noſtram legem, cùm à iudice taxa conſtituta ſit, cui adſentit Diana *reſolut. mor. part. 2. tractat. 17. reſolut. 60.*

Notum eſt omnibus à principio exi- 69
guam mercedem cauſidicis à Romanis datam, vt Iuuenal. *Satyr. 7.*

Dic

Dic igitur quid cauſidicis ciuilia præſtent officia.

Et poſteà.

Quod vocis pretium? Siecus petaſunculus, & vas
Pelamydum, aut veteres Epimeneda Balbi,
Aut vinum Tyberi delectum quinque lagenæ,
Si ter egiſti.

In quo conuenit Martial. *lib.7. Epigram.41.*

Omnia miſiſti mihi Saturnalibus imber,
Munera contulerãt, quæ tibi quinq; dies,
Biſſenos triplices, & dentis copia ſeptem,
His comes accreſcit ſpõgia, mappa, calix,
Semodiuſque fabæ cum vimine Picenarum,
Et Laletanæ nigra lagena ſæpè,
Paruaque cum canis venerunt coctana prunis,
Et Libycæ fici pondere tecta grauis.
Vix puto triginta nummorum tota fuiſſe
Munera, quæ grandes octo tulere Syri.

70 Quantum verò poſteà creuerint ſtipendia aduocatorum, notauit ipſe Martial. *Epigram. 26. lib.2. & lib.8. Epigram.16.* Ex eo quòd pro vili habetur aduocans pro modica, aut vili æſtimatione, Viuius *deciſ.123.num.1.* Monter. *deciſ.14. num.62.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. allegat.79. num.30.* Surd. *de aliment. tit.4. quæſt.17. num.32.* Paul. Xamar. *de offic. iudic. & aduocat. 2. parte quæſt.7. num.7.* Ioan. de Deo *doctrin. aduocat. lib.1. cap.7. num.5.* Ioan. Petr. Ala *aduocat. Chriſtian. part.1. quæſt.10.* Taliter, vt neceſſaria fuerit l. Cinciæ conſtitutio Claudij Imperatoris, & Neronis S. C. *& l.1. §. In honorarijs de var. & extraordinar. cognit.* reſponſum. Ergo iuſtè vltra *dict. l.18.* taxationem poterit à iudicibus ſupremis conſtitui, ſeu aſsignari, vt conferatur aduocato pro ſuis allegationibus ſecundum illius peritiam, ac authoritatem: quod omni tempore licuiſſe, notat Iuuenal. *Satyr.7.*

Æmilio dabitur quantum petet.

71 Præcipuè, quòd temporum mutatione pretia rerum mutantur, nec centum marapetinorum quantitas à lege Styli ſtatuta, & quantitas à *l.18. & 21. hoc titulo*, conſtituta hodie iuſta iudicanda eſt, cùm propter pecuniæ abundantiam multum creuerint pretia rerum, Molin. *de iuſtit. & iur. diſputat.83. num.13.* Dian. *reſolut. mor. part.2. tractat.17. reſolut.60.* Ideò ſecundùm temporis & rei æſtimationem regulandum eſt, cui multum deferendum in hac materia probat Petr. Bym. *conſil.103. numero 38.*

Prætereà quod à Supremo Senatu 72
ſic ſæpiùs iudicatum eſt, quo in caſu eius iudiciali declarationi ſtandum eſt, *l. ſi filius de iure fiſc.* cum Senatus ſicuti Princeps ius faciat, *l.1. §. cumque de poſtul. l. item veniunt 22. §. Præter hæc de petit. hæred. l. cenſus 10. de probat. l. filius 15. de condit. inſtitut. l. Senatus de leg.1.* Afflict. *deciſ.363. numero 8.* Gam. *deciſ.33. num.2. & deciſ.278.* Burſat. *conſil.32. num.28. & conſil.56. numero 4. & conſil.61. num.11. lib.1.* Menoch. *conſil.502. num.34. lib 6.* Honded. *conſil.61. num.11. lib.1.* Sapientiſsim. Fab. Capic. Galeot. *contr. lib.2. contr.37. numero 16. & contr.57. num.24.* qui magna eruditione ac doctrina *in reſponſ. fiſc. Reſponſ.2. num.47.* tenet in his cauſis ſalariorum conſuetudinem eſſe ſeruandam, iuſque conſtituere.

Præcipuè apud Hiſpanos, vbi nec 73
tanta multiplicitas actuum declarantium taxationem ſtipendiorum, non debere regulari ſecundum diſpoſitionem *dict. l.18.* neceſſaria eſt, ſed ſufficit duorum actuum declaratio, vt *l.5. titulo 2. part.1.* Molin. *de primogen. lib.2. capit. 6. numero 24. & 25.* vbi Add. adducit Garcia *de nobilitate num.57.* Perez de Lara *lib.1. de annuerſ. cap.5. ex numero 47.* Caualcan. *deciſ 28. num.28.* Mieres *de maiorat. part.4. quæſt.11. numero 82.* Flores de Mena *addit. ad Gam. deciſione 215.*

Sed tamen notandum eſt, nihil poſ- 74
ſe recipere aduocatos vltra taxatum à iudice pro defenſione litis, aut iuris allegationibus, cum loco illius legitimæ quantitatis aſsignatæ *à dl.1. §. In hono-*

ra-

rarijs dict. l. 14. *artic. & l.* 18. *Styl. l.* 18. *Recopilat.* ſubrogata ſit hæc arbitraria quantitas à iudice pro ſtipendio aſſignanda: ideò vltra legitimam ſtatutam quantitatem recipere non poterũt, nec conſuetudo ad id introduci poteſt, vt Auend. *lib.* 1. *Prætor. capit.* 2. *num.* 7. Azeued *in l.* 7. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.*

75 Ex quo ſuſtinendum venit, quod à noſtra lege ſtatuitur, ibi: *Y que eonſtando por la dicha declaracion, o por otras diligencias, que los dichos Abogados huuieren lleuado mayor premio y precio por el patrocinio del pleito, y trabajo de hazer las dichas informaciones, que el que pudieron lleuar ajuſtandoſe con la dicha taſſa y moderacion, bueluan y reſtituyan al litigante la demaſia dentro de veinte y quatro horas, ſin embargo de ſuplicacion, &c.*

76 Quæſtio enim eſt ſatis controuerſa, an liceat aduocato percipere aliquid vltra ſalarium, aut ſtipẽdium à lege taxatum, dum voluntariè offertur, tenet ex Abb. & Innocent. quòd ſic Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordinam. fol.* 404. Ioan. Gutier. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 1. Cened. *collect.* 28. *num.* 15. & extra litem promiſſum ſit, Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 1. Fontan. *deciſ.* 178. *num.* 2 & 3.

77 Præcipuè ſi Palmarij nomine confertur, vt gloſ. in *l. ſi qui aduocatorum S. C. de poſtuland.* Vrſil. *in add. ad Afflict. deciſ.* 123. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 522. *num.* 8. Farinac. latè *in pract. quæſt.* 109. *num.* 48. *& ſequent.* Auguſtin. Barboſ. *in d. l. ſi qui aduocatorum, num.* 19. & 20. Quod laudatum videtur à Caſsiod. *lib.* 8. *epiſt.* 19. *Cauſarum periti palmates habentur, cùm magna negotia defenderint ſingulorum.*

78 Tamen contrariam ſententiam tenendam eſſe ex legis prohibitione patet, cùm à *l.* 11. hoc libro & titulo conſtitutum ſit, vt aduocatus etiam parte offerente voluntariè vltra à lege permiſſum recipere non valeat, & recipiens tenetur ad reſtitutionem, Didac. Perez *dict. l.* 2. *fol.* 404. Ioan. Gutierr. *dict. quæſt.* 31. *num.* 1. Azeued. *dict. l.* 21. *numero* 3. Auilès *cap.* 1. *Prætor. fol.* 57. Sayr. *Claui Reg. lib.* 12. *cap.* 23. *numero* 28. Cald. Pereir. *l. vnic. part.* 4. *num.* 27. *C. ex delict. defunct.* Barboſ. *collect ad capit. non licet* 11. *quæſt.* 3. *numero* 4. & 5. Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.* 8. *ex num.* 47. Couarru. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 3. *numero* 2. Queſada *in qq. quæſt.* 22. *num.* 6. Zeuall. *commun. quæſt.* 779. *num.* 39. & 40. Soto *lib.* 5. *de iuſtitia & iur. quæſt.* 7. *art.* 4. Donell. *dict. lib.* 18. *com. c.* 3. & ibi Oſſuald. liter. ... Nauar. *in ſum. cap.* 25. *num.* 3. Filiuc. *tom.* 2. *tract.* 40. *cap.* 10. *num.* 220. Fagund. *præcept. Decalog. lib.* 8. *cap.* 38. *numero* 22. Machad. *Perfecto Confeſſ. tom.* 1. *libro* 6. *part.* 3. *tractat.* 1. *doc.* 6. *num.* 2. Ledeſm. *in ſumm. tractat.* 8. 2. *part. cap.* 26. *concluſ.* 10. Lopez *inſtr. lib.* 1. *cap.* 17. Villalob. *in ſumm. part.* 2. *tractat.* 18. *diff.* 4. *num.* 4. latè diſputat Portol. ad Molin. *verb. Aduocatus ex num.* 126. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex n.* 11.

Et taliter hæc vera ſunt, vt aduocatus vltra à iure conſtitutum ſtipendium percipere non valeat, nec per ſe, nec per mulieres, aut filios, nec per viam compenſationis, laboris, aut palmarij, vt in noſtra *l. O à ſus mugeres, hijos, y familias, o por interpoſitas perſonas, en dineros, o en joyas y preſeas, o en otras coſas eſtimables, è reducibles à precio è interes, o les huuiere prometido de palabra, o por eſcrito, o otro por ellos, con titulo y nombre de ſalario, albricias, o de recompenſa, y remuneracion de eſtudio y trabajo, &c.* 79

Ex quo textu cùm abſolutè prohibitum ſit aduocato percipere vltra ſtipendium à iudice conſtitutum, lex ſeruanda eſt, vt Flores de Mena *dict. quæſt.* 8. *num.* 47. Villalob. *in ſum. part.* 2. *tract.* 18. *diff.* 5. *num.* 1.

Nam quamuis aſſerat Farinacius *d. quæſt.* 106. *num.* 48. poſſe aduocatos recipere pro palmario aliquid vltra ſtipendium à iure permiſſum, de quo Oſſuald. ad Donell. *dict. c.* 3. *liter.* ... Portol. ad Molin. *verb. Aduocatus ex num.* 123. *vſque ad* 126.

Hoc procedit, vt ipſe notat, quia hæc receptio à iure prohibita non eſt: ſed cùm apud nos etiam pro palmario 80

ſit prohibitum accipere, ibi *Albricias* etiam pro eo non poſſe accipere dicendum videtur, vt ex nouis legibus defendit Machad. *de Perfecto Conſeſſ. tom.* 1. *lib.* 6. *part.* 3. *tractat.* 3. *docum.* 6. *numero* 3. Nec per alias interpoſitas perſonas, vt per filium, mulierem, &c. Villalob. *d. tract.* 18. *diffic.* 5. *num.* 1.

81 Tamen ne ſic ſtrictam tantum doctrinam referamus, notandum eſt non defuiſſe DD. dicentes has legum pœnas, vt ad reſtitutionem teneantur, non ligare, ex illarum inadmiſsione, vt voluit cum Olano, & Azeued. Flores de Mena *dict. lib.* 1. *variar. quæſt.* 8. *numero* 49. Cened. *collect. ad Decret.* 28. *numero* 15. Tiraquel. *d. cap.* 29. *num.* 54. Machad. *de Perfecto Conſeſſ. d. lib.* 6. *tract.* 1. *part.* 2. *doc.* 6. *num.* 2. *&* 5.

82 Et taliter hanc extendit opinionem Dian. *mor. reſolut. part.* 2. *tractat.* 1. *numero* 17. *Miſc.* 2. *reſolut.* 49. vt voluerit, quòd abſolutè pactum de quota litis non ſit prohibitum, nec ligent leges illud prohibentes, dum ceſſat fraudis præſumptio, & Guid. Pap. *deciſ.* 190. traditus à Portol. ſchol. ad Molin. *verb. Aduocatus num.* 132. tenet licitè aduocatum retinere poſſe id quod á clientulo vigore pacti à iure reprobati conſecutus fuerit.

83 Neſcio quid proferam in tanta opinionum varietate, hac noſtra ætate obueniente, an pro bono damnovè animarum ſit, cùm ſic iuris obligationes laxent, vt vix actum peccaminoſum relinquant: vnuſquiſque ſui iudex ſit, probetque ſe, vt ſecurus euadat. Ego verò credo, quòd cùm â iure, & lege noſtra prohibitum ſit recipere vltra à iudice taxatum pro ſtipendio aduocatis, quidquid contra legis prohibitionem receptum ſit, iniuſtè, ac dolosè acceptum dicetur, vt Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 33. & ex ijs in foro conſcientiæ reſtituere tenetur, Portol. *dict. verb. Aduocatus num.* 129.

84 Ex dictis patet aduocatos ſecundùm noſtræ legis diſpoſitionem non poſſe vltra pretium à iudice taxatum pro ſtipendio recipere: ſed cùm noſtra lex, nec tantùm ad quantitatis exceſsiuæ reſtitutionem obligauerit, ſed & pœnaliter contra tranſgreſſores illius diſpoſuerit, ibi: *Incurran en pena del dos tanto para nueſtra Camara, y gaſtos por mitad por la primera vez. Por la ſegunda en la miſma pena pecuniaria, y en dos años de ſuſpenſion de oficio de Abogado. Y por la tercera en priuacion perpetua, demas de quedar inhabiles, è incapaces para podernos ſeruir en oficio, y miniſterio de los que ſolemos, y acoſtumbramos dar a hombres de letras*, quo iure iuſtinenda videatur, extra rem non erit.

Tempore Claudij Imperatoris vi- 85
dimus taxatum ſtipendium aduocatis fuiſſe, vt recipere non valerent vltra Dena Seſtertia. In quo Cuiac. *lib.* 6. *obſeruat. capit.* 19. dubitat, an aduocatus vltra à lege ſtipendium taxatum recipiens in pœnas legis Iuliæ repetundarum incidat.

Tamen dicendum eſt ex ipſo S. C. 86
Claudij Imperatoris conſtitutum eſſe, vt repetundarum teneretur aduocatus recipiens ſtipendium vltra aſsignatum à lege, vel iudice, ex Tacito *libro* 11. *ann.* ibi: *Vſque ad Dena Seſtertia, quæ egreſſi repetundarum tenerẽtur*, quod probat Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 32. Sebaſtian. Neuio *in ſyſtem. iur. ad l.* 1. *num.* 6. *ad l. Iul. repetet.* Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. cap.* 8. *num.* 6.

Ex hoc principio deducitur legiti- 87
mè à noſtris Regibus fuiſſe conſtitutam pœnam contra aduocatos illius legis præceptum tranſgredientes.

Et primo legitimè diſponitur, *Incurran en pena del dos tanto por la primera vez.* Nam repetundarum pœna 88
duplex, ciuilis & criminalis; ciuilis pœna in quadruplum, *l.* 1. *C. ad l. Iuliam repet.* Azor *in rubric. eodem titulo*, Vveſembech. *paratit. ff. ad l. Iul. repet. num.* 5. Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 8. *capit.* 39. *num.* 15. *& ſequentibus*, Petr. Gregor. *lib.* 36. *Syntagmat. cap.* 28. *num.* 6.

Iure autem Auth. tenet Tiber. De- 89
cian. *dict. cap.* 39. *num.* 15. conſtitutam

fuiſ-

ſniſſe pœnam dupli fiſco ſoluendam pro crimine repetundarum, cui conformari noſtri textus deciſio videtur. *Y por la ſegunda en la miſma pena pecuniaria, y dos años de ſuſpenſion del oficio de Abogado, y por la tercera en ſuſpenſion perpetua.*

90 Diximus ex Vveſembech. Deciano, & Petro Gregorio, repetundarum pœnam, & ciuilem & criminalem eſſe. Criminalis autem pro arbitrio exequebatur, aliquando pœna mortis impoſita, ordinaria verò exilij, vt ex *l. lex Iulia. 7. §. Hodie ad l. Iul. repet.* Vveſembech. *parat. ad tit. l. Iul. repet.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 86. num. 24.* latè Tiber. Decian. *dict. libro 8. cap. 39. per totum*, Petr. Gregor. *dict. lib. 36. cap. 28.* Anton. Auguſt. *de leg. Rom. de l. Iul. repetund.* latè Farinac. *in pract. crim. quæſt. 111. n. 16.*

91 Sed ad noſtram legem deueniendo, notandum eſt apud antiquos, ſuſpenſa pœna capitis impoſita à *l. 12. tabul.* Aul. Gel. *noct. Attic. lib. 20. cap. 1.* conſtitutum fuiſſe, vt repetundis damnatus in concione orationem non haberet, Cicer. *lib. 2. Rhetor.* indignique efficerentur titulo oratorum, Petr. Gregor. *lib. 49. Syntagm. c. 8. n. 11.*

92 Et Sueton. *in Cæſar. cap. 43.* notat repetundarum conuictos à Cæſare ordine motos fuiſſe, Petr. Gregor. *lib. 36. cap. 28. num. 16.*

93 Nec poſſe in futurum officia exercere, Farinac. *dict. quæſt. 111. numero 30.* Huius legis caput extat in *l. 2. de Senator*, taliter vt in *l. iudices, C. de dignitat. lib. 12. l. ſi aliqui, C. de ſuſcept. & Archar. l. in teſtament. C. de teſtam. tut.* corruptus iudex ſtatim à iure officio, ac dignitate priuatus cenſetur. Tiber. Decian. *dict. cap. 39.* Farinac. *practicar. crimin. quæſt. 111. ex num. 27.* Iuſtè ergo â noſtris Regibus pœnas aduerſus aduocatos conſtitutas dicemus, cùm legis egreſſi taxationem repetundis teneantur, vt Tacit. *dict. lib. 11.*

94 Nec mireris copulatiuè pecuniarias & criminales pœnas à noſtra lege fuiſſe conſtitutas: nam ex *l. 3. C. de ſepulch. viol.* Abb. *capit. 2 de emption. & vendit.* Gram. *conſil. 35. num. 12.* tenet Tiber. Decian. *dict. lib. 8. cap. 39. num. 18.*

Has pœnas in hoc iudicio repetundarum cumulatiuè poni poſſe, vna alteri addita, Farinac. *in practic. crimin. quæſt. 111. nu. 88.* Et ſic notat ex Plin. *lib. 2. epiſtol.* Perr. Gregor. *dict. lib. 36. cap. 28. numero 16.* Quòd cum Marius 95
Priſcus fuiſſet ab Afris repetundarum accuſatus, placuit ſenatui ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda. Mario autem vrbe & Italia interdictum, quod eſt ſecundum diſpoſitionem textus *in cap. 1. de re iudicat. lib. 6.*

Hanc doctrinam præcipuè procedere notat Farinac. caſu quo à lege pœna ſuſpenſionis ab officio, per deſignatum tempus imponitur: nam tunc hæc ſuſpenſio non tollit alias pœnas, Farinac. *d. quæſt. 111. num. 93.* 96

Sed vt ſinem legi imponamus, notandum eſt, ſic attentè à noſtris Regibus proſpectum pro ſubditorum bono, vt non tantùm curarent pro abdicandis Curiarum canibus, ſanguiniſque publici ſuggeſtoribus lata lege noſtra, ſed etiam vt docti, litteratique ſint, cùm id conueniat aduocato, vt Donel. *lib. 18. com. cap 2. & 3.* & ibi Oſſuald. Auguſtin. Barboſ. *in l. nec cæterorum 2. numero 2. C. de poſtul.* Azeued. *l. 3. num. 2. & anteà l. 2. num. 4. hoc titulo*, Bart. & Paul. de Caſtr. *l. 1. §. poſtulare de poſtul.* Nauarr. *in Manual. cap. 25. numero 28.* Nicol. Anton. Grauac. *in practic. Oct. Veſtr. lib. 2. cap. 18. liter. A.* latè Petr. Gregor. *lib. ... Syntagmat. cap. 6. ex numero 17. & ſequent.* Camil. Borrel. *deciſ. coll. part. 1. tit. 63.* & omnes adducti à Grat. latè *diſcep. cap. 186. per totum*, & quos adduxi hoc *cap. ... n. 1.* 97

Præcipuè, quòd ſi ignari à munere 98
iudicandi abdicandi ſunt, vt diximus *de leg Polit. lib. 2. cap. 20. num. 14.* Ioan. Garc. *de expenſis cap. 21. num. 20.* Theſ. *in Præf. deciſ. num. 25.* Maſtril. *de magiſtrat. tom. 1. lib. 2. cap. 3.* Auguſtin. Barboſ.

boſ. *dict. l. 2. num. 3. C. de poſtul.* Meritò & maiori ex cauſa aduocati, cùm ab alijs ſuffragium implorare non valeant, vt dixit Azeued. *dict. l. 3. num. 2. & 3.* & alias expoſuit Caſsiodor. *Aliæ quippe dignitates Aſſeſſorum ſolatia quærant: tua verò dignitas Principi conſilia ſubminiſtrat, &c.*

99 Cui vt ſubuenirent Reges noſtri, ſtatuerunt, vt nullus officium aduocati exercere præſumat, ni priùs à Supremo Conſilio examinatus, approbatuſque ſit, ibi: *Y porque algunos ſin tener las letras y ſuficiencia que ſe requieren, ſe atreuen à abogar en los pleitos que ſe tratan en el Conſejo, y demas Tribunales deſta Corte, mandamos que ninguno lo pueda hazer no ſiendo examinado, y aprouado conforme à lo diſpueſto por la ley primera deſte titulo*, de quo ſupra *l. 1. hoc tit. 16. lib. 2. Recopilat.* Azeued. *in dict. l. 1.* referens Gallicas conſtitutiones, latè Petr. Gregor. *dict. lib. 49. Syntagm. cap. 6. ex num. 19.* Machad. *Perfect. Conſeſſ. tom. 2. part. 3. lib. 6. tract. 1. docum. 2. num. 4.*

Quarum legum conſtitutiones ex iuris communis regulis deducuntur, vt patet *in l. nemini licere. 11. C. de aduocat. diuerſ. iudic.* Bart. *in dict. l. 11. § non aliter*, & Salicet. Cacialup. *tractat. de aduocato* adductus à Neuio *in Syſtem. ad dict. l. 11. §. non aliter, num. 2.* Guid. Pancirol. *Theſ. var. lect. lib. 1. capit. 23.* Auguſtin. Barboſ. *in dict. l. nemini num. 9. C. de aduoc. diuerſ. iud.* Camil. Borrel. *ſum. deciſ. tit. 65. num. ...*

Et ex conſtitutione Regis Alphonſi *in l. 13. tit. 6. part. 3.* vbi conſtituitur, quòd nemo aduocationis officium exercere valeat, ni à iudicibus examinatus, & approbatus.

Sed nec tantùm hæc qualitas examinis requiſita fuit à noſtra lege, ſed etiã 100
vt in matricula Aduocatorum adſcriberentur, vt in *dict. l. 1. hoc titulo*, quod deduci videtur *ex l. petitionem, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* Et ex eo, quòd antiquitus certus aduocatorum numerus conſtitutus erat, vltra quem egredi non licebat eis, qui priuilegio conceſſo aduocatis tantúm fungebantur, *vt ex dict. l. petitionem, l. poſt duos, l. ad ſimilitudinem, l. iubemus. 17. C. de aduocat. diuerſor. iudic. l. per hanc legem 7. C. de aduocat. diuerſ. iudic.* & ibi Auguſtin. Barboſ. & Neuio *in Syſtem. ad dd. leges*, late Camil. Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 3. c. 2.*

L. 25. tit. 17. lib. 2. Recopilat.

SIENDO Tan neceſſaria, como es, para la adminiſtracion de juſticia la verdadera y ſuficiente inteligencia del hecho de los pleitos y negocios, que nace de la ſuficiencia, habilidad, y fidelidad de los Relatores dellos: y eſtando proueido por la ley 5. tit. 3. lib. 2. del Ordenamiẽto Real, y por la ley 1. deſte titulo, y por otras leyes y ordenanças de las Chancillerias, y Audiencias, que antes que los Relatores ſe elijan y reciban, y vſen de ſus oficios, ſe preſenten ante los Preſidentes, Conſejeros, y Oydores, donde ſe ouiere de exercer el oficio de Relator que ſe proueyere, para que alli los vean y examinen, y hallandolos habiles y ſuficientes, elijan el que mas conuenga, y ſe les dè titulo y facultad por ante Eſcriuano del miſmo Tribunal, para vſar el tal oficio, y que guardandoſe eſte modo de examinar, y elegir los Relatores en las Chancillerias, y Audiencias, no ſe ha guardado, ni guarda en el dicho nueſtro Conſejo, ni en los demas Tribunales, y Conſejos deſta Corte, con quien aſsimiſmo habla la dicha Ley: porque no ſe han eligido, ni examinado como las leyes diſponen, de que reſultaua auer en los Tribunales deſta Corte Relatores menos ſuficientes de lo que era neceſſario para el acierto en la determinacion de los negocios: coſa tan contraria a la buena adminiſtracion de juſticia. Y queriendo poner, y que ſe ponga remedio eficaz en ello, mãdamos, que aora, y de aqui adelante en el dicho nueſtro Conſejo los que huuieren de ſer Relatores del, y de la Sala de Alcaldes de Caſa y Corte, y en los otros Conſejos, y Tribunales deſte Reyno de Conſejeros, y Oydores, y Miniſtros que reſiden en la Corte, los que ouieren de ſer Relatores dellos, ſe preſenten en el Tribunal donde ſe huuieren de eligir, para que alli los vean, y examinen el Preſidente, Conſejeros, y Oydores del, y ſe elija el mas habil y ſuficiente, y de mayor ſatisfacion, que ſe entienda ſer el que tuuiere mas votos, y en paridad dellos el que tuuiere el voto del Preſidente, o Gouernador del tal Conſejo, o Tribunal: y al que ſaliere eligido ſe le dè facultad, o titulo por ante Eſcriuano del Tribunal para vſar el dicho oficio, y el examen ſe haga entregando a cada pretendiente, y opoſitor de la Relatoria, vn proceſſo, qual a los mas Iuezes, y Conſejeros del Tribunal donde ſe eligiere, pareciere, ſin lo cometer a que vno le dè el proceſſo que quiſiere: y eſcuſando que el tal opoſitor ſepa el pleito que le han de dar, ſino que vno de los Iuezes de la eleccion, a

quien ſe cometiere, haga ſacar el proceſſo que ſe huuiere ſeñalado, de la perſona y parte donde eſtuuiere, y llame al pretendiente a quien ſe huuiere de dar, y le haga entregar el dicho proceſſo, y aſſentar el dia y hora en que ſe le entrega, y notificar que dentro de veinte y quatro horas, o las que el Tribunal huuiere acordado, ſe preuenga en el dicho pleito para hazer relacion del en el Conſejo, o Tribunal junto, por la mañana, y dar tambien ſu parecer como Letrado que ha de ſer. Y auiendo cumplido todos los opoſitores con eſte examen, ſe junte el Tribunal que huuiere de hazer la eleccion, y teniendo los opoſitores los años de eſtudio y edad que la ley 2. tit. 9. lib. 3. manda, ſe elija el mas habil y ſuficiente para el dicho oficio de Relator, como dicho es, y no ſe den, ni prouean las Relatorias en futura ſuceſsion, aunque ſea de hijo a padre, ni ſe ponga perſona que ſirua Relatoria, o haga alguna relacion por algun Relator enfermo, o auſente, o que tuuiere otro impedimento: porque en eſtos casos ha de hazer relacion por el impedido, o auſente, otro de los Relatores propietarios del Tribunal: y en ningun caſo ha de hazer oficio de Relator, ni relacion alguna, el que no fuere examinado, y elegido como dicho es: y lo que en contrario ſe hiziere ſea en ſi ninguno. Pero bien ſe permitirà, que el que huuiere ſido examinado, y elegido por Relator del Conſejo, y lo fuere, pueda ſer nombrado por los otros Conſejeros, y Tribunales que auian de elegirle, para que les hagan las relaciones, en quanto no hagan falta a las horas, y relaciones del Conſejo. Y en quanto al juramento que han de hazer los dichos Relatores, ſe guarde lo diſpueſto por la ley 5. tit. 4. y la dicha ley 1. deſte titulo, y lo que acoſtumbran jurar en cada Tribunal. Y porque conuiene, que para ſemejantes oficios aya muchos opoſitores en que eſcoger, mandamos, que quando ſe huuiere de proueer alguna Relatoria, el Tribunal a quien tocare, haga poner edictos con dias y plaços competentes, para que en las Chancillerias, y Audiencias, y otras partes, de donde ſuelen venir a las Relatorias deſta Corte, puedan tener noticia de la que eſtà vaca, y venirſe a oponer, y a ſer examinados para ella: y paſſado el dicho termino, ſe vayan haziendo los dichos examenes en la forma que dicha es, y ſe proceda a la eleccion ſin dilacion. Y ſi todavia paſſado el dicho termino, pero antes de proueerſe la Relatoria, viniere algun opoſitor, que al Tribunal a quien tocare la prouiſion, le parezca admitirle, lo pueda admitir, y examinar, y entrar en votos para la eleccion, por lo mucho que importa acertar en la perſona del Relator. Y porque el ſaber los que han de pretender las dichas Relatorias, que han de ſuceder en los negocios, pleitos, y papeles de ſu anteceſſor, ſin pagar por ellos coſa alguna, como eſtà proueido que ſe haga, y ſe haze en las Chancillerias, y Audiencias, por la ley 21. deſte titulo, es motiuo para apetecer mas las dichas Relatorias, y auer mas opoſitores a ellas, que

aurà

aurà ſi no ſucediera el ſuceſſor de la Relatoria en los negocios della: Y por la miſma ley 21. eſtà proueido, que los pleitos, proceſſos, y papeles del Relator del Conſejo por quien vaca la Relatoria, los buelua à encomendar de nueuo el Preſidente del Conſejo, y no ſuceda en ellos el ſuceſſor en el oficio, lo qual ha tenido, y tiene el inconueniente referido: Mãdamos, que lo que diſpone la dicha ley 21. en quanto a los pleitos, negocios, y papeles de los Relatores de las Chancillerias por quien vaca alguna Relatoria, para que ſuceda en ellos el ſuceſſor en la dicha Relatoria, y no ſe vendan, ni den, ni repartan à otro, ſe guarde y cumpla en quanto à los pleitos, negocios, y papeles de los Relatores del Conſejo, y los demas deſta Corte por quien vacare alguna Relatoria, reuocando como reuocamos lo que en contrario deſto eſtà diſpueſto por la dicha ley 21. Y mandamos, que los Relatores por quien huuieren vacado las Relatorias, ſi fueren viuos, y ſi no lo fueren, ſus herederos y albaceas tengan en buen recaudo y cuſtodia los pleitos y papeles de la Relatoria vaca, y los entreguen por inuentario al que ſucediere en el oficio, ſin por ello lleuar coſa alguna, ſopena de pagar el interes y daño a las partes, y al Relator ſuceſſor. Y todavia apremien al Relator por quien vacò la Relatoria, ſi fuere viuo, y ſi fuere muerto, a ſus herederos y albaceas, y otra qualquier perſona que conuenga al entrego de los dichos papeles y proceſſos. Y por lo mucho que importa à la obſeruancia deſta Prematica, es mi voluntad, y mando que ſe guarde y cumpla, ſin embargo que yo por decreto, o otra qualquier manera aya mandado, ò mandare coſa alguna en contrario, ò aya hecho, ò haga merced de algunas de las dichas Relatorias, ſin la eleccion, y examen del Tribunal à quien tocare ſu prouiſion, conforme à eſta Prematica: porque ſin embargo quiero, que lo ſuſodicho ſea obedecido, y no cumplido: y eſta es mi intencion, porque no ſe falte al bien publico de la adminiſtracion de juſticia: y porque ſe remediarà muy tarde el daño que ha hecho, y haze la falta que ha auido de examenes para las dichas Relatorias, ſi los Relatores que huuiere en eſta Corte, que no ſean habiles, ni ſuficientes, no ſe quitaſſen, y proueyeſſen otros que lo ſean, como eſtà mandado por la ley quinze deſte titulo. Mandamos à los del nueſtro Conſejo, y à todos los demas à quien tocare la eleccion de los dichos oficios de Relatores, guarden y cumplan lo diſpueſto por la dicha ley quinze deſte titulo.

SVMMARIVM.

1 *Relatorum officium idem quod officium Quæſtoris Candidati eſt, ex Matienço*

2 *Quæſtoris officium quale.*

3 *Quæſtoris candidati exercitium erat legere in Senatu Principis epiſtolas.*

4 *Quod comprobatur per l. Partitæ.*

5 *Principes ipſi aliquãdo legebant acta, ac decreta in Senatu.*

6 *Secretarij Regis Quæſtores appellantur.*

7 *Matienç. oppugnatur aſſerens à tempore*

pore Romuli conſtitutum Relatorum officium.

8 *Quæſtoris officium à Romulo creatum, quale.*

9 *Quæſtoris candidati officium ante tempora Auguſti non fuit cognitum.*

10 *Relatoris officium non eſt Quæſtoris cãdidati.*

11 *Quæſtoris cãdidati officium apud Hiſpanos qualiter exequebatur antiquitus.*

12 *Relatoris officium, apud Hiſpanos conſtitutum tempore Regis D. Ioan. I.*

13 *Quæſtoris candidati officiũ hodie apud Hiſpanos per quos exequitur.*

14 *Quæſtoris candidati qualitas ex Caſſiodoro.*

15 *Et obligatio.*

16 *Ac eloquentia.*

17 *Et literarum notitia.*

18 *Quæſtores qualiter quærendi à Principe.*

19 *Relatoris officium præuio examine cõferendum, & num. 20.*

21 *Relatorum electio à Senatu facienda.*

22 *Officia conferre Maieſtatis eſt.*

23 *Officia Senatus conferebat tempore Romanorum.*

24 *Prætura electio ad Senatum competebat.*

25 *Electio officiorum quare Senatui conceſſa.*

1 POſt longam diſputationem Matiẽç. *in Dialog. Relator. part. 1. cap. 2. ante num. 1. & cap. 3. num. 5.* adſenſit Relatorum officium æquiparari officio Quæſtoris candidati.

2 Quæſtoris enim officia diuerſas habuiſſe functiones patet *ex l. vnic. de offic. Quæſt. l. vnic. C. de Quæſt. lib. 12. Auth. de Quæſt. & Auth. vt diuin. iuſſion.* Scriptor. *in rubric. de Quæſt.* Petr. Gregor. *lib. 46. Syntagmat. cap. 32. n. 17.* Matienç. *d. part. 1. cap. 2.* Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 15.* Roſin. *antiq. Rom. lib. 7. cap. 22.* D. Franc. de Amai. *in l. fin. c. 3. num. 1. C. de Decur. lib. 10.* Valenç. *conſil. 200. num. 18.* Anton. Roſc. *lib. 3. memorabil. capit. 7.* Briſon. *lib. 1. ſelect. cap. 17.* Hotoman. *de magiſtr. Roman. de Quæſtor. fol. 441. & ſequent.* Hieronym. Venet. *eod. tractat. fol. 884.* Ioan. Oroſc. *in rubric. de offic. Quæſtor. num. 8. & ſeqq.* Duar. *ad tit. de offic. Quæſtor.* Pancirol. *notit. Imper. Orient. c 72.* Adam Contz. *lib. 7. Politicor. cap. 26.* Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 2. cap. 18.* Apud Græcos, Quæſtores ſeruos eſſe publicos notat Petr. Herod. *rerum iudic. lib. 2. tit. 11. cap. 1.*

Ad nos tamen ſpectat loqui tantùm de offic. Quæſtoris candidati, ſi verum eſt loco illius officium Relatoris fuiſſe creatum, ſeu conſtitutum. Hi etenim ſolis libris principalibus in Senatu legẽdis vacabant, *l. vnic. §. Ex Quæſtoribus, de offic. Quæſtoris*, Sueton. *in Auguſt. capit. 65.* Simach. *lib. 1. epiſtol. 17.* Petr. Gregor. *lib. 46. Syntagmat. cap. 25. num. 7.* Bulenger. *d. lib. 3. cap. 15.* Amai. *d. cap. 3. num. 1.* Roſin. *d. cap. 22.* Hotoman. *de magiſtrat. Roman. tit. de Quæſtor. candidat.* Caſsiodor. latè *lib. 6. cap. 5. & lib. 8. c. 13. & 14. & lib. 9. cap. 24.* Pancirol. *d. cap. 72. & lib. 1. variar. lect. cap. 11.* Auguſt. Barboſ. *in rubric. & l. 3. C. de offic. Quæſtor.* 3

Quod etiam per *l. 10. tit. 18. part. 4.* demonſtratur, Matienç. *d. 1. part. cap. 3. num. 5.* Ioan. Oroſc. *in l. 1. verb. libris, n. 26. de offic. Quæſtor.* Duaren. *ad d. tit. de offic. Quæſtor.* 4

Hæc Quæſtoris cura ab ipſo Principe ſuſcepta fuit, ipſe epiſtolas dictabat, edicta ſcribebat, officioque fungebatur Quæſtorio, vt ex Sueton. *in Tit. cap. 6.* Neron. *cap. 15.* notant Verut. & Hotoman. *d. tractat. de magiſtrat. Roman. de Quæſtor. candidat.* Matienç. *d. cap. 2. n. 12.* Bulenger. *d. cap. 15.* Guther. *d. cap. 18.* Claud. *de Conſul. Manl. Theodoſ.* 5

Oracula Regis
Eloquio creuere tuo, nec dignius vnquam
Maieſtas meminit ſeſe Romana locutam.
Sidon. Apollin. *in Panegyr. mater.*

Cuius dignatur ab ore
Cæſar in orbe loqui, licet & Quæſtore diſerte
Polleat.

Huius officij functio diuerſa fuit ab ea, 6

ea,qua Quæſtores vti iubentur à Iuſtinian. Auth. *vt diuinæ iuſſion. cap.* 1. quorum officium Secretario Regio conuenire notauit Matienç *d.c.* 3. *n.* ...

7 Credo verò Matienç. in ſuo Dialogo Relatorum in huius officij authoritate,& antiquitate parum attentè procedere. Nam *cap.* 2. *num.* 1. vt antiquitatem officij Relatoris commendaret, illudque antecellat officio aduocatorum,à tempore Romuli creatum notat. Poſteaque *num.* 11. *& cap.* 3. *num.* 5. officium Relatoris idem eſſe dicit quod officium Quæſtoris Candidati.

Sed non abs re erit prænotare hanc Matienç.reſolutionem incompatibilitatem,ſeu repugnantiam habere. Nam ſi tempore Romuli hoc credit erectum officium,dicendum eſt officio Quæſtoris Candidati conuenire non poſſe. Si verò Quæſtoris Candidati officium ac Relatoris, idem ſunt,tanta temporum antiquitate vallatum non eſſe neceſſariò erit fatendum.

8 Et primò notandum eſt, Quæſtoris officium tempore Romuli, ſeu Numæ conſtitutum,de quo l. C. *in l.* 1. *de Quæſtor.* non eſſe officium Quæſtoris Candidati. Nam duo Quæſtores à Romulo, & Numa creati fuere, vt ipſe Matienç. *dict. cap.* 2. *num.* 1. & in *l.* 1. *§ Deinde de orig iur.* Patric. *de Regn. lib.* 3. *tit.* 9. Pancirol. *variar. lection. lib.* 2. *cap.* 11. Adam Contz. *lib.* 7. *Politic. cap.* 29. *§* 2. primam officij Quæſtoris creationem, legimus fuiſſe Quæſtoris ærarij, ex quo appellati ſunt Quæſtores ærarij, ſicuti tempore ſequenti appellati ſunt Quæſtores nomine muneris quod exequebantur, vt Quæſtor criminum Militiæ, Parricidij,&c. Caſsiodor. *lib.* 8. *epiſtola* 14. *A'ijs enim iudicibus Prouinciarum cõmittitur exactio* (loquitur de Quæſtore) *alijs priuati ærarij cuſtodia delegatur. Huic autem* (ſcilicet Quæſtori Candidato) *aulicæ famæ reponuntur*, vt ex Iunio Grat. *lib.* 7. notat Stephan. Pigh. *lib.* 2. *ann. mag. Rom. fol.* 71. Roſin. *lib.* 7. *antiq. Rom. cap.* 22. Buleng. *d. cap.* 15. Hotoman. & Verrut. Ioan. Oroſc. latè Vvesembec. *de offic. Quæſt. ex num.* 3. *& ſequent.* de quo latè Adam Contz. *d.c.* 29.

Quæſtor enim Candidatus vſque ad 9
tempora Imperatoris Auguſti cognitus non fuit, Briſon. *lib.* 1. *antiq. c.* 17. Dion. *lib.* 54. Buleng. *lib.* 3. *cap.* 15. Roſin. *d. c.* 22. *adfin.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 68. *n.* 9. Pancirol. *not. Imper. Orient. cap.* 72. Ergo tanta, vt voluit Matienç. antiquitate non condecorandus eſt, vt Relatorum officia à tempore Romuli creata credat.

Quare credo loco Quæſtoris Candi- 10
dati ſubrogatum non fuiſſe officium Relatoris apud nos hac ætate vigens, vt notat Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ* 48. *§.* 4. *n.* 5. Sed Relatores ſemper appellatos fuiſſe, vt deducit ex Tacit. *lib.* 1. *annal.* Et ex eo quòd gradus honoris Quæſtoris officio adſignatus à Cicer. *Verr.* 2. Relatoribus non competat, neque laudes à Caſsiodoro *lib.* 6. *epiſt.* 5. Simach. *ad Auſon.* Procop. *lib.* 1. *de Bello Perſico*, Buleng. *d. c.* 15. *fol.* 395. *&* 396. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſ.* 68. *n.* 9. cum neque ſententiam ferre, neque in Senatum venire poſsint, vt notat Steph. Pigh *d. fol.* 72. competere Quæſtoribus, Caſsiod. *lib.* 10. *epiſt.* 6. Buleng. *d. c.* 15. Pancirol. *d. c.* 72. Barboſ. *in d. l.* 3. *C. de offic. Quæſtor.* Et ſic diſtat hodie Quæſtoris officium à munere Relatorum, vt credit Pancirol. *var. lection. lib.* 2. *c.* 11. *ex Procop. lib.* 2. *de Bello Perſic.* quod loco Quæſtorum ſucceſsit officium Aſſeſſorum Principis, *& de notit. Imper. Oriental. c.* 72. Quamuis loco Cancellarij credat Porcat. *de Gallorum Imperio lib.* 7. cui adſentit Guther. *de offic. dom. Auguſtæ lib.* 2. *cap.* 18.

Quod ſi hoc officium Quæſtoris Cã- 11
didati apud Hiſpanos aliquãdo vigebat, credo fuiſſe temporibus Regũ antiquorum Caſtellæ, quod ab anno 1407. vſque 1454. fuiſſet, tenet Matienç. *d. p.* 1. *c.* 3. *n.* 5. Quo tempore, & ipſi Conſiliarij Regis illo officio Relatoris fungebantur, vt *del Doctor Fernando Diaz, Oydor, y Relator del Rey*, refert Matienç. & ab ipſo vidi ſubſcriptam facultatem â D. Ioanne Rege Caſtellæ cõceſſam D. Alonſo Enriquez Caſtellæ Almiranti

anno

anno 1426. his verbis. *Yo el Doctor Fernando Diez de Toledo Oydor, y Relator del Rey.*

12 Præſertim, quòd ex aliquorum placito hoc Relatoris officium à Rege D. Ioanne I. creatum voluerunt, argumẽto deſumpto ex *l.1.tit.10. lib.2. Ordin.* & quæ congerit *Montaluo in repertor. verbo, Relatio fol.100.* quamuis ex illa lege non conſtet de prima huius officij erectione, vt ex ipſius patet contextu.

13 Et ſi hodie hæc poteſtas Quæſtoris Candidati apud Hiſpanos viget, credo penes ſupremos iudices reſidere intra ipſius Conſilij Cancellos cauſas referẽtes, vt fit, dum lis recitatur ad ſuffragium ferendum: vel apud Valent. Cathalon. Gallię, & alia tribunalia exequitur, Gonç. *Reg. Cancella. reg. de trien. poſſ. q.10.* Neuiz. *in Sylua nupt. lib.5. n.99.* Matienç. *Dialog. Relator. p.1. cap.5. n.3.* Michael Ferrer. *in obſeru. Senat. Cathal.. 3. p. c.126.* Ric. *5. p. collect. 1771.* & *6. p. coll. 2177.* Leon *deciſ. Valent. 1.* Main. *de ciſ. Tol. lib.1. deciſ.* ... Fontanel. *deciſ. 19. n.11.* & ex eo, quòd apud Catnalanos cauſa nõ tractantur coram partibus, ſed ſecretò inter Senatores ipſos, ideò lis, ac relatio litis ab vno fit iudicum.

14 Tamen qualitercumque ſit, etſi cõcedimus Matienç. Relatores loco Quæſtorum Candidatorũ ſucceſsiſſe, ad illorum electiones multa neceſſaria eſſe notat Caſsiod. *lib.9. ep.6. Et ideò primũ nobis placuit tuos mores inſpicere.* Et poſteà. *Secunda nobis cura fuit eloquentiæ tuæ fluẽta perquirere, quam licèt ſingulariter diligamus, moribus tamen iuſtè poſtponimus. In illis enim vita cognoſcitur, hic tã-*

11 *tùm lingua laudatur. Sed in te valde decorum, quia vtrumque noſceris habere ſaucia tũ. Æqualiter enim ſplendes actionis merito, & dictationis eloquio, ac iuſtè poſſit intelligi per te voluntas Principis expediri.*

15 Sed melius exponens Caſsiod. Quęſtoris officij obligationẽ, inquit: *Fama noſtra eſt quòd loqueris, conſcientia ſine dubitatione quod ſentis. Intellige tamen quantum ſit quod à te exigatur, cui opinio*

16 *noſtra committitur.* Nec eloquentiæ neceſsitatem in eo omiſit exponere *lib.8. epiſt.14.* inquiens. *Eloquentiæ vero bona ineptum eſt in Quæſtore prædicare, cùm ad hoc ſpecialiter probetur adſcitus, vt opinionẽ temporum commẽdet qualitate dictorũ.*

Sed nec mores tantum in Quæſtore 17
inquirendi, ſcientia enim, & litterarum quærẽda notitia. Caſsiod. *lib.6. epiſt.5. Talem denique oportet eſſe Quæſtorẽ, qualẽ portare Principis decet imaginem. Nam ſi nos (vt aſſolet) cauſã geſtis audire cõtingat, quæ authoritas erit linguæ, quæ ſub oculis Regale genium poſſit implere? Adeſſe debet ſcientia iuris, cautela ſermonis, vt nemo debeat reprehendere quod Principẽ conſtiterit cenſuiſſe.* Et poſteà. *Atque ideò prudentiæ, vel eloquẽtiæ tuæ fama prouocati Quæſturã tibi, gloriã litterarũ, ciuilitatis tẽplũ, &c.*

Quærẽdi ergo ſunt à Principe Quæ- 18
ſtores, *vt* (Caſsiod. *d. lib.8. ep.14.*) *tales nos quærere credatis, quales & noſtræ laudi, & veſtræ ſecuritati expediat inueniri.* Præcipuè qui legum polleant notitia, & Iuriſprudentiæ haud ignari; imò & ad hanc dignitatem, ſi Quæſtores ſunt noſtri Relatores, non aſſumendi, ni poſt exactam Iuriſprudentiæ exercitationẽ, ac notitiam ſcientiæ illorũ, vt Caſsiod. *lib.1. epiſt.12. Hinc eſt, quòd te literati dogmatis ſtudia laudabiliter exequẽtem pridẽ ad Quæſturæ culmen elegimus, vt honeſti laboris tui fuerit præmiũ dignitas literarũ.*

Ex his ſanctè conſtitutum dicendum 19
eſt à Catholicis Regibus *in l.1. hoc tit.* vt præuio examine antecedenti Relatorum officia cõferantur. De quo Didac. Per. *in d. l.5. tit.3. lib.2. Ordin. fol.207.*

Sed cùm hæc conferendi officij qualitas omiſſa fuiſſet, ad libitumque conferrentur à Preſidibus Conſiliorum, aut Cãcellariarum, cognito preiudicio, attenteque à Catholicis noſtris Regibus proſpectum D. Naz. præceptum *orat. 150. Non turpe eſt mutare ac reſipiſcere, ſed in malo inhærere perniciоſius.*

Statuerunt vt Relatorię præuio exa- 20
mine, ac per concurſum conferrentur ſecũdum diſpoſitionem Catholicorum Regũ, de quo *in d. l.1.* vt à Magno Philippo Rege noſtro patet cautũ in *l. noſtra 25.* de quo D. Ioan. Machad. *del Perfect. Confeſſ. lib.6. p.3. tract.1. doc.10. per tot.*

Poſt-

21 Postquam Princeps Rexque noster verè pius, ac Catholicus Regũ Catholicorũ præceptũ in examine Relatorum præscriptũ *in l. 1. hoc tit.* seruandũ iussit, prosequitur. *Y auiendo cũplido todos los opositores con este examen, se jũte el Tribunal que huuiere de hazer la eleccion, y teniendo los opositores los años de estudio, y edad que la ley 2. tit. 9. lib. 3. manda, se elija el mas habil y suficiente para el dicho oficio, &c.*

22 Nec enim dubitamus Principum, Regiæque Maiestatis esse officia conferre, quod ex Romuleis legibus notant Scriptores Latini, in hoc præcipuè Quæstoris Candidati munere, vt
23 ex Calsiodor. *dict. lib. 1. epist. 14.* Sed cognito ad rectum regimen Reipublicæ conuenire, vt officia suffragio, seu electione conferantur, vt constitutum patet apud Romanos in latione legis Ouiniæ Tribunitiæ, quæ fuit lata, vt refert Sigon. *lib. 2. de antiq. iur. Italiæ cap. 2.* Rosin. *antiq. Roman. libro 8. cap. 4. & 5.* ex Pompeio Festo, vt Censores ex omni ordine quemque curiatim in Senatum legerent. Anton. Augustin. *de leg. Roman. de lege Ouinia fol. 108.* Hieron. Verrut. & Hotoman. *de leg. Rom. de lege Ouin.* rectè lata videtur nostræ legis constitutio.

Et Petr. Gregor. *lib. 47. Syntagmat. cap. 25. num. 8.* inquit illam electionem secundùm nostræ legis constitutionem faciendã esse, de idoneis scilicet, inspecto genere, ordine, censu electi, &c.

Quare Petr. Gregor. Tolosan. *lib. 47. Syntagmat. cap. 30. num. 10.* inquit officiorum creationes fieri debere interdum à Principe, interdum à Senatu, secundùm ipsius Reipublicæ bonum.

Ex qua vtilitate credendum censeo 24
Prætoræ electionem commissam fuisse Senatui, vt patet in *l. 2. C. de offic. Prætor.* vt ipse Petr. Greg. notat, Menoch. *lib. 6. de arbitrar. cas. 540. n. 1.*

Et facto Alexandri Seueri patet apud 25
Lamprid. numquam eligentis Senatores, sed illorum electionem Senatui cõmittentis, hæc ratio fuit, ex qua moti ad nostram legẽ nostri Reges, vt Bobadill. *lib. 1. Politic. cap. 3. num. 9. Porque si despues saliere malo, no echassen la culpa a el por auerle elegido, sino à ellos por auerlo aprouado.*

L. 19. tit. 19. lib. 2. Recopilat.



RDENAMOS Y mandamos, que los Eſcriuanos de Camara de nueſtro Conſejo, y de las Chancillerias, y Audiencias no puedan lleuar, ni cobrar los derechos que de las viſtas de los pleitos ſe les deuieren, conforme al Aranzel y Leyes, ſin que primero eſten taſſados por el taſſador general, y poniedo por fe ſuya, o de ſus oficiales mayores, en cada pleito lo que cobran y lleuan, y lo miſmo ſe entienda con los Relatores en todos los pleitos y reſidencias: y por hazer el memorial no graueu a las partes, ni puedan lleuar coſa alguna ſopena de perdimiento de los oficios, y que para la aueriguacion baſten teſtigos ſingulares.

SVMMARIVM.

1 *QVæſtoris Candidati munus eſt ſubſcribere Principis Epiſtolas.*
2 *Dupliciter exequebatur.*
3 *Quæſtor Epiſtolas miniſtrabat Principi.*
4 *Cancellarij munus, ſeu officium quale?*
5 *Eſcriuanos de Camara del Conſejo, y Chancillerias, que oficio y exercicio tengan, & num. 37.*
6 *Quæſtoris officium ſine ambitione aut auaritia exequendum.*
7 *Scribarum officium quale.*
8 *Secretarij Regij officium laudabile omni tempore.*
9 *Notarij Regis apud Hiſpanos creati, vt acta coram Magiſtratibus expedirent.*
10 *Stipendia, ſeu ſalaria officialibus publicis ſoluenda ſunt, & n. 46.*
11 *Officiales, ſi ex publico ſtipendia non habeant, an ſportulas recipere valeant.*
12 *Princeps debet iudicibus, & officialibus ſtipendia ex publico ſoluere, & conſtituere, vt ſportulæ non recipiantur.*
13 *Eſcriuanos de Camara reciben de las partes los derechos de los pleitos, & num. 38.*
14 *Matth. Lop. verba contra fori publici iniuſtas receptiones referuntur.*
15 *Princeps curare, ac decernere debet, ne iniuſtæ ſportulæ recipiantur, et 17.*
16 *Cato Minor dum Quæſturã geſſit, ſcribas reformauit.*
18 *Sportulæ vltra legalem conſtitutionem non recipiendæ.*
19 *L Iuliæ repetundarum tenẽtur muneribus corrumpentes iudices.*
20 *Et Scribæ ac Notarij percipientes ſportulas contra iuris conſtitutiones.*
21 *Sportulæ taxandæ ſunt notarijs et officialibus, ne ad libitum eas percipiant.*
22 *Stratoribus ſalaria taxata à iure fuerunt.*
23 *Sportulæ iudiciales lege taxanda ſunt.*
24 *Secundum qualitatem ciuitatis, et numero 32.*
25 *Taxator publicus in Supremo Cõſilio, et Cancellarijs conſtitutus apud Hiſpanos, vt ſportulas miniſtris taxet.*
26 *Notarij ſportulas percipere non valent, ni taxa antecedente, & numero 39. & 45.*

27 *Spor-*

27 *Sportularum taxator constituendus, ne iniqua receptio cedat in detrimentum subditorum.*

28 *Sportularum taxatio constituta ob excessum iudicum.*

29 *Constitutio Græca taxans sportulas iudiciales, refertur à Gottofredo.*

30 *Sportulæ vltra taxam legitimam nõ recipiendæ, & n. 33.*

31 *Notario stipendium pro scriptura soluendum est secundùm taxam legitimam.*

34 *L. is cui 4. C. de sportul. refertur.*

35 *Notario stipendium soluendum prò editione instrumenti.*

36 *Notarij apud Hispanos tenentur in ipso instrumento apponere stipendiũ pro instrumento receptum.*

40 *Sportulæ taxandæ sunt secundũ qualitatem temporis ex P. Molin.*

42 *Escriuanos de Camara, que derechos pueden lleuar.*

43 *Sportulæ si à iure taxatæ non sunt, officio iudicis sunt taxandæ.*

44 *Et si à iure quantitas designata sit, ne à receptore excedatur, meta, seu legitima quantitas à iure constituta, & n. 47.*

48 *Sportularum taxatio, secundũ valorem rei petitæ fieri solebat.*

49 *Ad illarum receptionem attendenda est absolutè legalis dispositio.*

50 *Receptio illarum iusta censetur dum firmatur consuetudine.*

51 *Officiales consiliorum sportulas ni taxatas recipere non possunt apud Hispanos.*

52 *Relatores no pueden lleuar derechos por hazer el memorial.*

1 SVMMA attentaque cura Reges nostri intendunt, vt cõmunia, receptaque iura suis in Prouincijs polleãt, nec quicquam nouitate, sed antiquitate potius placita firmetur. Diximus enim in l. antecedenti Quæstorum candidatorum munus esse legere Principis Epistolas: notandum verò est, etiã Quæstoris munus esse mandata Principis subscribere, vt patet ex *l. 2. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10.*

Constitutum enim est, *in authent. vt diuin. iussion.* quòd mandata Principum à Quæstore subscribi debeant, *authent. de mandat. Princip. §. 1. Nouell. Valent. de Homicid.* Quare notant ex Tacit. *libr. 16.* Rosin. *lib. 7. antiq. Roman. c. 22.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. cas. 68. nu. 9.* Quæstores esse subscriptores Epistolarum Principis, de quorum exercitio ac dignitate, Pancirol. *notitia Imper. Oriental. cap. 72. & var. lect. lib. 2. cap. 11.*

Hinc patet Quæstoriam candidatã dignitatem diu illam in hæc duo membra fuisse. Ioan. Orosc. *in rubric. de offic. Quæstor.* Bulenger. *lib. 3. de Roman. Imperio, cap. 15.* Hieron. Verrut. & Hotoman. *de Magistr. Rom. de Quæstore candidato.* Laurent. Veierlin K. *theatr. vit. human. verb. Quæstor.* Franc. Polet. *lib. 5. for. Rom. cap. 12.* Tamen *ex auth. de exhibend. reis, §. quia vero*, patet Quæstorium exercitium esse literas ministrare Principi, vbi *glos. verb. Quæstorem*, Cancellarium intellexit. Ex quo Matienzo *in Dialogo Relator. 1. p. cap. 3. n. 5.* voluit Quæstorem candidatum, idẽ munus, opusve exhibitum à Cancellario esse; seu potius dicendum credo, idem officium esse quo vtuntur hodie, *los Escriuanos de Camara del Consejo, y Chancillerias*, cùm subscribant decreta Consilij, Epistolasque, quas vocamus *prouisiones*, secundùm Quæstoriam dignitatem, vt ex *dict. auth. vt diuin. Iussion.* notant Iacob. Menoch. Orosc. & cæteri. Quòd eleganter probat Vvolfang. Lazio dicens Quæstoriæ dignitatis loco succesisse Cancellarios, quos hodie scribas appellamus *libr. 2. de Rep. cap. 4.* & Petr. Gregor. Tolos. *lib. 47. Syntag. cap. 29. num. 2.* Cancellarios esse, inquit, scribas cõstitutos ad expeditionem negotiorum Regni, ex Philip. Beroald.

Cancellarios vt recentiori
Scribis nomine, nuncupem vestutos
dici qui cupit.

Osuald. ad Donel. *lib. 18. comment. c. 2. lit.*

lit.V.& X. Huic enim dignitati ſcriba rum conſilij conueniunt illa carmina Satij.

Magnum late dimittere in orbem
Romulei mandata Ducis, vireſque, modoſque.
Imperij tractare manu.

6 Hęc Quæſtoria dignitas, ſeu Cancellaria, *o de Eſcriuanos de Camara*, quòd ſit exequenda ſine ambitione ac cupiditate, notat eleganter Caſiodor. *lib.6.epiſt.* 5. taliterque ſe præbituros inquit, quòd non debent placere Quæſtori, quæ odioſa ſunt Principi, Bulenger. *d c.*15.

7 Credo tamen, quidquid dicat Matienz. hoc officium non ſucceſsiſſe loco Quæſtoris, ſed ſcribarum, quibus, teſte Hermonopulo, cura ſcribendi mandata Principum commendata erat, *lib.* 5. *tit.*11. de quorum officio, & authoritate, ac exercitio plura cumulauit, Bulenger *lib* 6. *de Roman. Imper. cap.* 26. latius Roſin. *lib.*7. *antiq. cap.* 49. & ibi Demſter. *in Paralipom.* Petr. Gregor. *lib.*47. *ſyntagm. cap.* 41. eleganter D. Franc. de Amaya *in l.*15. *per totam*, *C. de Decurion. lib.*10. & nos *l. ſeq.*

8 Sed & etiam notandum eſt, non ſucceſsiſſe loco Scribarum, ſeu Secretariorum proximorum Regum, de quorum authoritate, ac antiquitate haud ſilent. ſacræ, & prophanæ litteræ, 2. *Reg. cap.*8. & 23. *Eſther cap.* 33. *Eſdr. lib.*2. *cap.*7. late Lauren. Veierl. *Theat. vitæ human. verb. Scriba*, Doctor. *in rubric. de Primicer.* Vuolfan. Laz. *de Republic. Roman. lib.*2. *cap.*4. Pancir. *notic. Imper. cap.*14. 72. & 92. Petr. Gregor. *lib.*47. *ſyntagm. cap.*42. Bulenger. *libr.* 4. *de Imper. Roman. cap.*4. & 18. *lib.* 6. *cap.* 26. de quorum honorificencia ac præcedentia, Bellug. *Specul. Princip. rubr.* 6. *num.*17. Gregor. Lop. *l.* 7. *tit.* 9. *par.*2. Boer. *deciſ.*222. Caſan. *Catal. glor. mundi, part.* 7. *conſid.* 16. latè D. Franciſc. de Amaya *d l.* 15. *num.* 41. & *ſeqq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.*30. *cap.* 8. Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib.* 3. *cap.*3. & *ſeqq.* Fuit autem hoc exercicium, quòd hodie exequitur, *por los Eſcriuanos de Camara*, per diuerſos executum miniſtros, vt per Actuarios, Numerarios, Exceptores, vt de Numerarijs Præfecti Africæ, notat Pancir. *lib.*2. *var. lect. c.*188 & *de notit. Imper. Orient. c.*14. 15. & 16.

Sed reiecta aliquorum intelligentia hoc munus *de Eſcriuanos de Camara &c.* licèt per Actuarios exequi credat, Camil. Borrel. *de magiſt. cap. vltim.* antiquitus per Referendarios fuit executum, quorum munus erat libelos Præfecto porrectos ſubſcribere, vt denotat Procop. *lib.*2. *de bell. Perſ.* Pancir. *lib.*2. *var. c.*18.

Nam quamuis Actuarij exercitium in actorum reductione exequebatur, Eliſeus Danz. *impugn. Doctor. cap.* 1. *de offic. actuarij*, Toro *Compend. deciſ. verb. actuarius, par.* 2. Gizarel. *deciſ.*24. *nu.* 1. & *Add. num.* 8. & 9. Attamen vt patet in *l. in ſcrinijs*, *C. de proxim. ſacr. ſcrin.* illius cura erat in actu reducere non litigantium acta, ſeu potius id fuit munus, quòd referẽdo iudici acta, in acta reducebant, vt fides de his haberetur, Pancirol. *d cap.*14. & *var. libr.*1. *capit.* 26. Et patet *in l.*1. *C. de Canon. frumen. vrb. Roman. l. nulli*, *C. de Epiſc. & Cleric.* ex quo *in l. in hac*, *C. de donat.* conſtituitur vt donatio coram magiſtratu publicetur, vt perpetua firmitate gaudeat, quòd apud Actuarium fieri probat Pancirol.

Quare voluit Damſter. *Paralipom. ad Roſin. lib.*7. *cap. fin.* in acta iudiciali & publico, ac in cauſis priuatis idem eſſe exercium, Actuarij, Notarij, aut Scribæ, Eliſ. Danz. *impugn. Doctor. cap.* 1. *de offic. actuar.* Fab. Cap. Galeot. *controu. lib.*1. *contr.*23. *num.*20.

Quibus omiſsis dicendos eſſe credo, referendarios, ex notitia, & ſententia Bulenger. *lib.*4. *de Rom. Imper. cap.* 18. (quorum munus ad octo tantùm reſtrictum fuit, *Auth. de refer. ſacr. Palat.*) quamuis ad aliud munus inſtitutos velit, Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 5. *c.* 8. Notarios apud Hiſpanos creatos ad acta publica iudicialia, coram Magiſtratibus expedienda, vt *l.*7. *tit.*9. *p.*2.

&

& l.1.tit.19.par.3. & ibi Greg. Lop. Azeued. *l.1.n.16.tit.25.lib. Recop.* quos dicimus *Escriuanos de Camara*, vt etiam denotat illa sui exercitij denominatio, *de refrendar las prouisiones.*

Et vt omnia attingamus, dicere possumus exactores libellorũ attenta serie *leg. Principali, C. de prox. sacr. Scrin. lib.* 12. Pancir. *not. Imp. Orient. c.* 93. vel Secretarios, vt ex Mastril. *de Magist. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 9. Elis. Danz. *pugn. doct. de offic. Secret n.* 12. seu Magistros libellorũ, vt denotat Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *cap.* 5.

Sed cum hoc munus ex publico stipẽdia nõ habeat apud nos, & diximus *l.* 34. *tit.* 16. secundum naturale ius esse, vt laborantes sui laboris mercedẽ consequantur lateq; notauimus aduocatis salaria conferri debere, & si non conuenta, quod & ad alios iudices, cæteros que officiales publicos extendit *l. vnic. C. de præb. Sal. lib.* 10. *l.* 2. *& ibi Pen. n.* 14 *& 15. C. de prox. sacr. Scrin. lib.* 12. *auth. vt iudic sine quo suffrag §. cogitatio, c. cũ ab omni, de vit. & hon. cler.* 1ał. *l. ne quicquam, de offic. Proconsul.* Auend. *de exeq.* 1. *par. cap.* 2. *ex num.* 7. cęteriſque officialibus, Didac. Perez tradit. ab Azeuedo *in l. vnic. tit.* 27. *lib.* 4. *Recop. n.* 1. latè Menoch. *cons.* 228. *ex n.* 14. *cũ seqq.* And. Gail *lib.* 1. *pract c.* 44. latè Solorzano *de Gubern. Ind. lib.* 3. *c.* 8. *ex n.* 61. Menoch. *de arbitr. cas.* 514. Mastrill. de *Magist. lib.* 1. *cap.* 21. *ex n.* 1. Ponte *de potest. Proreg. de abund. ciuit. §.* 6. *n.* 16. Camil. Borrel. *eodem c.* 11. Costa *de quot. & rata q.* 86. *per tot.* Bobadil. *lib.* 1. *Polit. cap.* 11. Petr Bimeo *cons.* 103. *lib.* 2. Rolãd. à Valle *cons.* 87. *lib.* 2. Carloual, *de iud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 4. *per tot. q.* 18. *ex n.* 1 *fol.* 529. Surd. *cons.* 66 *ex n.* 2. *lib.* 1. & his officialibus ex publico antiquitus fuisset adsignata stipendia, deducitur *ex l.* 1. *C. de offic. Præf. Affric.* in quo textu Pancir. *var. lib.* 2. *c.* 183. refert vniuscuiusq; ministrorũ salaria, vt meminit *not. Imp. Orient. c.* 18 & notat *Præf. auth. vt iudic. sine quo suffrag.* Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 2. *c.* 17.

11 Sed cũ hodie diuersè sit cõstitut ũsci re descẽdit, an liceat ratione laboris iudici, vel aduocato, alijsve officialibus, si salaria cõstitutatnõ habeãt, sportulas percipere, in quo cõueniũt omnes supra dicti DD. *c. cũ ab omni, de vit. & honest. cler. auth. vt iud sine quo suffr.* Bald. *cons.* 38. Auil. *c.* 7. *Præt. n.* 1. Mastr. *d. c.* 21. *ex n.* 10. *&* 11. Menoch. *de arb. cas.* 342. *n.* 40. Moli. *de iust. & iur. disp.* 84. *n.* 15. Rodrig. *de exec. c.* 7. *nu.* 8. Carloual. *d. q.* 8. *per tot.* Et Pet. Gregor. Tolos. *lib.* 2. *de Rep c.* 6. suadet Principibus, vt sportu- 12
las iudicibus suscipere nõ sinãt, sed ex publico ærario salaria cõferãt, vt cõstitutũ ab Augusto refert Dion. *lib.* 13. *hist. Rom.* Simanc. *de Rep. lib.* 6. *c.* 4. Mastril. *de Magist. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 8. huius cõstitutionis rationem elegãter insinuat Cassiod. *lib.* 6. *ep.* 23. *Ideò enim tot emolumentorum commoda serimus, vt securitatem Prouincialium colligamus.*

Hoc iacto fundamẽto notandum est 13
plura in republica fuisse officia, quibus adsignari salaria non possunt publica, qualiter sunt in nostra l. contenta, scilicet, *los Escriuanos de Camara, y los Relatores, &c.* Quibus â parte soluẽdas esse sportulas cõstitutum est in legibus Regijs, vt de Neapolitano Regno, ex Rebuf. & Casan. tradit Mastril. *c.* 21 *n* 18.

Tamẽ dubito haud omissam fuisse cu- 14
rã à Principibus circa exactionẽ ab his in causis, seu iudici ali foro petẽdã: *Nullus litiũ, nullus accusatorũ, & sumptuũ finis tota litigatorũ æstu feruet ciuitas: nihil nisi eorũ quærelas, & lacrymas: nihil nisi rabularũ clamores, & rapinas audeas, & videas. Nec miror nemo etiãsi iniustus sine aduocato, & lege litigator, magna vnde iudicũ causidicorũ, scribarum, procuratorumque turba, magnus, inquam, inutilium, imò nocentium hominum numerus,* dixit Matth. Lop. Brab. *lib.* 2. *de Reg. ration.*

Quãta enim fuit cõtra hoc cõmune periculum iudicialis, fori diximus ex Pet. Greg. *lib.* 2. *leg. Polit. c.* 9. *n.* 57.

Cui damno subueniendũ esse à Prin- 15
cipe contra scribas, notarios ve publicos suæ authoritatis vi, dixit Adã Cõtzen. *lib.* 7. *Polit. c.* 24. *§.* 3.

Sic executum à Catone Minore 16

17 dum Quæſtorum habuit, teſtis eſt in eo Plutarch. qui ſcribas Quæſtorios reformauit, de quo Marcial *libr. 3. Epigram. 6.*

Centum miſelli iam valete quadrãtes
Ante ambulonis congiarium laſsi,
Quos diuidebat balneator elixus,
Quid cogitatis ò fames amicorum?
Regis ſuperui ſportulæ reſerunt,
Nihil ſtropharum eſt, iam ſalarium
dandum eſt.

Procop. *in Hiſtor. Arcan.* inuehitur contra Iuſtiniani, & Theodoræ familiares authoritate Imperatorum iniurias, ac ſcelera in Rempublicam committentes, largas opes ex iniuſta receptione ſportularum quærentes. Cui damno à Principe ſubueniendum dixit Petrus Gregor. *lib. 2. de Republic. cap. 6. ex numer.* 16. conſtituente, vt ſportulæ, aut ſtipendia à lege taxata recipiantur; aliàs verò damnetur illarum acceptio, vt latè notat Bobadill. *libr. 2. Politic. cap. 21. ex numer.* 31. Ioan. Garcia *de*
18 *expenſ. cap. 21. per tot.* Rodrig. *de exeq. cap. 7. n. 9.*

Ex hoc principio deducitur ſanctè, iuſtèque à noſtris Catholicis Regibus conſtitutum, vt ſportulæ vltra legitam ſortem non recipiantur: *Ordenamos, y mandamos, que los Eſcriuanos de Camara de nueſtro Conſejo, y de las Chancillerias, y Audiencias, no puedan cobrar los derechos, que de las viſitas ſe les deuieren, conforme al aranzel, y leyes, ſin que primero eſtèn taſſados por el taſſador general*, &c. Et poſtea. *Y omiſmo ſe entienda con los Relatores en todos los pleytos, y reſidencias.*

De quo mirabilis eſt Zenonis Imperatoris conſtitutio *in l. 4. C. de Caſtraſian. §. tripli. inſtit. de action.* Guther. *de offic. dom. Auguſt. libr. 2. c. 17.*

Turpiſsimum eſſe pro iuſtitia facienda donum recipere dixit Ciceron. 4. *in Verr.* Ex quo ab omni Republica cautum fuit contra repetundarum crimen, vt Ioan. Koch. *lib. 3. Aphor. capit.* 19. Bobadill. *lib. 2. Polit. c. p.* 11. & 12. Maſtrillo *de Magiſtrat. lib 6. cap. 8.* varias conſtitutas contra delinquentes pœnas, vt patet *in l. lex Iulia, § fin. de l. Iul. repet. l. vlt. C. de pœn. iud. l. iudices C. de dignitat. libr.* 12. Couar. *reg. poſſeſſ. 2. par. §. 3. num.* 1. Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſ.* 342. Maſc. *de probat. concl.* 164. Tiber. Decian. *libr. 8. crimin. cap.* 33. Maſtrill. *d. c. 8.* Giurb. *conſ.* 72. De quo poſt hæc ſcripta magna eruditione, ac notitia D. Ioan. Baptiſt. Larrea *allegat. fiſc.* 47. *per tot.* vbi latè de hac materia.

Meminit Petr. Gregor. *lib. 36. Synt. cap. 28. num.* 1. fuiſſe latam l. Ciliciam aduerſus committentes repetendarum Crimen.

A lege autem Iulia repetundarum 19
cautum habemus, vt illius legis pœnis ſubiaceat, qui munus publicũ muneribus corrumpunt. *l. fin. ad l. Iul. repetund.* Quòd fieri notandum eſt ex Doctorum placito, dum ſtipendia vltra iuris taxationem percipiunt, vt Tacit. *li. 11. ann.* In huius autem legis pœnas incidere 20
ſcribas, ſeu Notarios percipiẽtes ſportulas contra iuris conſtitutionem, notat Tiber. Dec. *tractat. crim. lib. 8. cap. 35. num. 35.* Sebaſt. Neuio in Syſtem. *ad l. 1. ad l. Iul. repet. n.*

Sed tamen attentè proſpectum ne
ex arbitrio penderet receptio ſportu 21
larum, vt ab ipſo iure taxarentur, ſicuti in aduocato vidimus *in l. 1. de var. & extraord. cognit.*

Stratoribus etium, id eſt, Prepoſitis 22
æquorum ſtipendia taxata fuiſſe, patet *in l. vnic. C. de ſtrator. libr.* 12. vbi Rebuff. de quo Luc. de Pœn. in ipſa *l. vnic.* Panciroł. *var. lib. 2. c. 188.* Guth. *d. cap.* 17.

Iudiciales verò ſportulas legitimè
conferendas, taxatasq; ab ipſo iure cõ- 23
probatur, ex textu in *l. in ſcrinÿs* 12. *C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib.* 12. vbi Luc. de Pœn. *n.* 11.

In quo textu notat Rebuff. *num.* 11.
ſportulas ſoluendas eſſe ſecundùm qua 24
litarem ipſius ciuitatis, vbi ſoluendæ ſunt.

Hac enim qualitate attenta, vt cre
do, fuit à noſtris Regibus conſtitu 25
tum, vt in Supremo Conſilio, ſeu Curijs adſit taxator à Præſide Conſilij

consilij constitutus, *vt in l. 4. tit. 23. lib. 2. Recopilat.* qui stipendia, sportulas taxet à Notarijs, Scribis, Relatoribus vè percipiendas. Aliter autem eas accipere impunè non valeant, Rodrig. *de exec. c. 7. n. 8.*

26 Ex dispositione *dict. l. 4.* recepta est conclusio dicentium Notarios nō posse stipendia percipere, seu sportulas, ni taxa præcedente, vt notat Auil. *in cap. 23. Prætor. num. 1.* Auend. *de exequend. 1. p. c. 2. ex n. 14. vers. in Tabellionibus*, Azeued. *in l. vnic. ex n. 4. tit. 27. lib. 4. Recop.*

Hanc enim taxandi sportulas ra-
27 tionem boni publici causa constitutam patet, ex eo quòd licèt à iure taxa, seu quantitas constituta sit, ne ex iniqua receptione damnum obueniat bono publico, â taxatore designentur, vt ex multis constitutionibus authenticorū diximus *lib. 2. leg. Polit. capit. 9. ex num. 56.*

28 Ex textu autem *in Authent. de iudicibus, § nullo quoque*, deducit Auend. ob excessum iudicum, Notariorum vè constitutam fuisse sportularum taxationem *de exeq. 1. par. cap. 14. n. 5. vers. Octauo.*

29 Sed quamuis Gloss. *in dict. § nullo quoque*, dicat, *verb. dispositа*, quòd constitutionem taxantem sportularum receptionem non habemus, attamen à Gotofredo refertur *in l. is cui 4. C. de sportulis*, quàm à Græcis restitutam diximus *d. cap. 9. num. 59.* ex Cuiac. *libr. 12. obs. c. 22.* Adde Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 17.*

30 Latè enim de sportularum receptione vltra taxam, seu legum constitutionem non faciendam dixerunt *ex d. auth. de iudic. § nullo*, Angel. *ad Rubr. C. de sportul.* Panormit. *in cap. cum ab omni*, & ibi Felin. *de vit. & honest. Cleric.* Prosper. Paset. *cons. 102.* Neuio *in System. ad authent. vt iudic. sine quo suffrag. § hæc igitur, vers. Scriptum est, numer. 2.* Viuio *comm. opinion. lib. 3. titul. 2.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 21. per totum*, Eliseo Danza *impugna Doctor. c. 1. de offic. actuarij, numer. 17.* Paul. Christ. *decis. Belgic. volumin. 2. decis. 150.* Adam Contz. *lib. 7. Polit. c. 24. § 3.*

Sed quamuis scripiere Roland. à 31
Valle *cons. 87. libr. 2. numer. 30. & sequentibus*, an soluendum sit Notario stipendium pro scriptura, Philip. Decius *cons. 654. num. 3.* & quòd recipere teneatur sportulas secundùm taxam legitimam, Portol. ad Molin. *verbo, Notarius, num. 89.*

Quòd verò à iudice adsignari de- 32
beant secundùm consuetudinem regionis, tenet Bart. *in l. 1. § Ludi, num. 1. de var. & extraordin. cognit.* Bald. *in l. 1. num. 5. C. mandat.* Plat. *in l. in sacris, § medium, C. de proxim. Sacror. Scrin.* quos & etiam adducit Auend. *de exeq. 1. par. c. 2. n. 14. vers. & contra taxam*, Paz *in praxi, annotat. vltim. ex numer. 22.*

Tamen hæc generalis conclusio à 33
recepta conclusione tantùm deducitur, vt sportulæ ni à lege constitutæ nō recipiantur in foro iudiciali. Ex omnibus autem ab eo allegatis constitutionibus non inueni dispositionem iuris communis cum Notario loquentē, ac sportularum prohibentem receptionem vltra taxam.

Sed eam inueni (vt credo) *in dicta* 34
l. is cui 4. C. de sportulis, ibi: *Ne acciptant autem exactores, qui edunt libellos, aut instrumenta, vltra quam sequenti constitutione permissum est solatij loco, aut si transgressi fuerunt sub iaceant eius pœnis*, Melius in elegante dispositione *l. 1. § Sportulas, C. de offic. Præfect. Prætor. Affric.*

Nec dubito dicendum hanc legem 35
loqui in instrumentorum editione, pro qua soluendum esse stipendium Notario probant omnes, vt diximus ex Auendaño, Paz, & Azeued. Plat. & Luc. de Pen. & aliàs Azeued. *in l. 6. numer. 25. libr. 4. Recopil.* Gloss. *in l. fin. C. de Princ. agend. in reb. libr. 12.* DD. *in l. argentarius, de edendo*, Roman. *singul. 582.* Becchius *consil. 27. numer. 3.* Surd. *consil. 66. num. 2. tom. 1.* Roman. *cons. 26. num. 2.* Ias. *in l. argentarius in princ. de edend.*

36 Quòd ſic legitimè recipi debere, probant leges, vt ex Hiſpanica conſtitutione compertum eſt, vt receptio ſportularium in ipſo inſtrumento oppo natur ad notitiam obſeruationis Regiarum conſtitutionum, *l. 6. titul. 25. lib. 4. Recopil.* & ibi Azeued. *num. 2.* Didac. Perez *l. 14. titul. 4. lib. 2. ordin.* Auend. *d. cap. 2. num. 14.* Paz *in pract. d. annot. vlt. ex n. 23*

37 Sed cùm ex conſtitutione Regia creati ſint Notarij, quos vulgò appellamus *Eſcriuanos de Camara*, vt in conſilio, & Cancellarijs aſſint ad expeditionem negotiorum, *vt tit. 19. libr. 2. Recopilat.* D. Epiſcop. Salm. D. Ioann. Baptiſta Valenz. *tom. 2. conſ. 121. num.*

38 12. Quibus etiam à iure conſtitutæ ſunt ſportulæ pro expeditione negotiorum: & debeant conferri, Speculat. *titul. de ſalarijs §. 2. num. 4.* Andr. Gail. *lib. 1. obſeruat. 151.* cùm nemo cogatur ex proprio militare Labore, Caualcan. *brach. Reg. 4. part. ex num. 213. & par. 6. num. 507. & 508.* Et etiam additum ſit in noſtra lege, quod ſportulas

39 ni taxatas, recipere valeant, quid dicendum? in quo Couarr. *in regul. peccatum, 2. par. §. 3. num. 2.* tenet Scribas, Notarios, cæteroſque officia publica habentes percipere poſſe ſtipendia à iure conſtituta, quos vltra taxam percipere nihil poſſe probat ex Abb. *in cap. quia plerique de immunitate Eccleſ.* & ibi Innocent.

Tamen noſtræ legis conſtitutio-

40 nem nullus probabit maiori, meliorique fundamento, quàm Molin. *de iuſtit. & iur. diſp. 84.* tenens ratione mutationis temporum neceſſariò deſiderari, vt etiam ſi deſignata ſit ſportularum quantitas officia publica habentibus, vt & etiam taxentur denuo, ne vel fraudentur, vel fraudent ſubditos, iniuſtasq; receptiones vi exhauriant, de quo vide Maſtrill. *de Magiſtrat. libr. 5. cap. 3. num. 63. & 64.* qui adducit Cagnol. *in l. diem functo numer. 164. C. de offic. aſſeſſor.* Mand. Aluenſ. *conſ. 451. nu. 26.*

Nec omittenda eſt noſtræ legis conſtitutio, quæ deduci videtur ex diſpoſitione *l. 14. titul. 3. libr. 2. Recopil.* vbi forma conſtituitur Quæſtoribus, ſeu *a los Eſcriuanos de Camara*, ad ſportularum receptionem, vbi de hac permiſsione, aut prohibitione latè Didac. Perez.

Sed nunc quare taxator conſtitu- 43
tus ſi ipſo iure ſportularum taxatio facta eſt? Nam dum à iure quantitas conferenda Notario pro ſtipendio adſignata non eſt, quòd officio iudicis adſignetur, probat Pertol. ad Molin. *d. verb. Notarius, n. 89.*

Dicendum nihilominus erit, quòd 44
& ſi à iure conſtituta ſportularum meta ſit, nihilominus, & taxanda eſt receptio, vt de legitimitate illius conſtet, *cap. ſtatutum 12. §. Notarios. de reſcript. libr. 6.* vbi etiam poſt receptionem admittitur iudex ad taxationem, & vtrum vltra conſtitutionem legitimam receptum ſit, vbi Monach. *num. 19* de quo Speculat. *in rubr. de Salar. §. 2. num. 4.* tenet, quòd ſtipendia ſoluenda ex actis iudicialibus Notario officio iudicis conſtituenda ſunt intra terminos legitimæ diſpoſitionis, Archidiacon. *in dict. cap ſtatutum, §. Notarium, num. 15.* cùm ad officium iudicis pertineat releuare ſubditos à grauamine iudiciali expenſarum, Philip. Decius *conſ. 654. num. 2. & 3.* Iaſon *in l. argentarius, n. 2. de edend.*

Ex quo conſtitutum fuit *in l. 8. tit.* 45
9. par. 2. vt Notarij tabullarijve, nec quicquam reciperent, niſi ea, quæ à Rege iuſsi fuerint recipere, in quo textu Gregor. Lopez notat vltra legitimè taxatas ſportulas percipere non poſſe.

Et quamuis hæc conſtitutio proce- 46
dat in actu extraiudiciali, idem & de iudicialibus ſportulis conferendis pro negotiorum, ſeu litium qualitate dicendum, quæ appellantur ab Andrea Gail *lib. 1. obſeruat. 151. num. 4.* expenſæ neceſſariæ, ſoluendæ Notarijs, Tabellionibus, Relatoribus, cæteriſque miniſtris, vt Caualc. *brach. Reg. 3. p. ex num. 213.* dum à publico ſalaria non ha-

habeant, Pet. Bym. *conſ.* 103. *lib.* 2. *ex n.* 23. & 34.

47 Sed nec à difficultate egredimur, vt quid taxator, ſi taxa à lege conſtituta eſt? Solutionem præbet Alciat. *lib.* 3. *diſput. cap.* 9. Cuiac. Oſuald. & Donel. traditi ad *l.* 34. *tit.* 16. *lib.* 2. *numer.* qùia quamuis taxa conſtituta à lege ſit; tamen taxanda eſt quantitas pro ſalario, aut ſportula recipienda, ne iuris meta tranſgrediatur, ſed conſtituantur miniſtri intra cancellos ipſius legis, & ſic intellexerunt DD. *l.* 1. *§. in honorarijs, de var. & extraordin. cognition.*

Ex qua doctrina, & placito DD. dicendum videtur, quòd cùm à iure conſtituta ſit ſportularum quantitas à miniſtris pro labore recipienda; attamen ne, & læſio ex abuſu receptionis obueniat, taxanda erit quantitas, vel ab ipſo iudice ex officio, vel à perito alio Notario ad id conſtituto, vt ex *d. c. ſtatutum, §. Notarium.*

Quòd præcipuè in actis iudicialibus procedere notat Iaſ. *in l. argentarius, numer.* 2. *de edendo*, Franc. Beccio *conſ.* 27. *numer.* 3. Bald. *in dict. l. argentarius, I. lectur. ad fin. & 2. lect. n.* 1. Surd. *conſ.* 66. *n.* 2. *tom.* 1. Paul. Chriſt. *deciſ. Belg. vol.* 2. *deciſ.* 150.

48 Aliarum Prouinciarum fuit conſuetudo, vt quantitas ſportularum taxaretur ſecundùm valorem rei petitæ, vt Iaſ. *in §. triplic. numer.* 45. *inſtitut. de action.* Neuizan. *conſ.* 15 *num.* 3. Natta *conſ.* 154. Surd. *conſ.* 66. *num.* 10. Coſt. *de port. & rat. q.* 86. *num.* 4. Maſtrill. de *magiſt. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 13. Tuſch *lit. S. concluſ.* 14. *n.* 1. Guther. *de offic. dom.* Aug. *lib.* 2. *c.* 17.

49 In hac enim ſportularum receptione multum legalibus diſpoſitionibus, ſeu conſuetudini deferendum aſſerunt DD. *in cap. cùm ab omni, de vit. & honeſt. Cleric.* Bym. *dict. conſ.* 103. Coſt. *dict. quæſt.* 86. Surd. *dict. conſ.* 66 Maſtrill. *d. cap.* 21. pene per totum. Et ex Ancarran. *conſ.* 218. *num.* 4. tenet Tuſchus *practic. conſ.* 13. *num.* 8. quòd valet ſtatutum conſtituens, vt Notarius pro ſuo labore habeat certam, & conſtitutam mercedem, de quo Rodrig. *de execut. c.* 7. *n.* 8.

Ex quo iuſta cenſetur ſportularum receptio, quæ conſuetudine firmatur, vt conſtituitur *in l.* 7. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* de quo cum Auil. *cap.* 9. *Prætor. verbo derechos numer.* 1. Auend. *de exeq.* 1. *par. cap.* 17. *num.* 2. Azeued. *l.* 7. *titul.* 21. *libr.* 4. *Recopil.* Parlador. *tom.* 2. *rer. quotid.* 6. *par. §. vnic. num.* 2. Bobadill *libr.* 1. *Polit. capit.* 13. *num.* 30. Rodrig. *de exeq. cap.* 7. *num.* 12. Almendar. *ad l.* 9. *tit.* 16. *lib.* 1. *leg. Nauar. n.* 7. *& ſeqq.* 50

Ideoque Bobadill. *lib.* 2. *Polit. cap.* 11. *num.* 26. iuſtè inquit conſtitutum, vt Tabelliones, Relatores, cæteriquè officiales ſtipendia, ſeu ſportulas vltra conſtitutionem legum Regiarum percipere non valeant. 51

Quod & etiam intelligendum eſt de taxa à taxatore Regio adhibita ſecundùm diſpoſitionem noſtræ legis, vt D. Ioan. Machad. de Chau. *del Perfect. Conſ. lib.* 6. *p.* 3. *tract.* 1. *doc.* 11. & *tract.* 2. *doc.* 5.

Ex quibus notanda ſunt, ac ſeruanda illa verba: *Y por hazer el Memorial no grauen a las partes, ni puedan lleuar coſa alguna.* Quod ea ratione fieri debet; quia videre proceſſum iudici competit: neque iudicis ſubleuatio, præiudicium partibus adferre debet, imò ſalaria eis præſtanda ſunt, potiùs quàm ſportulæ, vt Garcia *de expenſ. cap.* 21. *n.* 23. Et ſic fuit diſpoſitum cum Relatoribus Audientiæ Gallecianæ ex *l.* 40. *tit.* 1. *lib.* 3. *Recop.* 52

Sed nunc videndum ſumariæ eſt, quo iure ſuſtinenda ſunt illa verba: *Y que para la aueriguacion baſten teſtigos ſingulares*: Nam quamuis regulariter teſtes ſingulares ad probationem non ſufficiãt.

Tamen hæc regula limitatur in crimine repetundarum, in quo ratione boni publici, vtque pateant crimina, neque inulta maneant admittũtur ſingulares depoſitiones, ad cuius probationem vide, quæ deducuntur, ex diſpoſitio-

sitione Regia, *l.6.titul.9.lib.1.Recopil. l.24.& 26.titul.22.part.* 3. Puteo *de Sindicat.verb.probatio,cap.* 2. *numer.*5. Bobadill.*lib.*5.*Politic.cap.*1.*num.*223 Tiber.Decian.*lib.*8. *cri. cap.* 38.*num.* 7.Auendañ.*cap.*2.*Prætor.num.* 19. Auilès *cap.*1.*verb.dadiuas, num.* 18. Paz *in practic.*1.*tom.*8.*par.cap.vnic. numer.* 35.Maſcar. *de probat. concluſ.* 164.& *ſeqq.*Menoch.*de arbitrar.caſ.*342.Capiblanc.*de varon.pragm.*4.*num.*18. Alexand.Raudenſ.*conſ.*49.*num.* 25. Caualcan.*de brach.Regio,par.*5.*num.* 107. Seſe *in reſp. Sindicat. poſt tract. de inhibitione, num.* 42. & *deciſ.*214. Philip. Teſtai *allegat.*7.*num.*26.& *ſeqq.* Ponte *deciſ.*16. referens conſtitutiones Siculas,Maſtrill.de *Magiſtrat.lib.* 6.*cap.* 8. *ex num.* 45. poſt hæc ſcripta D. D. Ioan.Bapt.Larrea *alleg.fiſc.* 48. *per totam*,Petr. Gregor. *lib.* 36. *Syntagmat. cap.*28.

L.71

L.7.tit.21.lib.2.Recopilat.

ORdenamos, y mandamos, que en eſta Corte en los oficios de Eſcriuanos de Camara del Crimen, y en los de Prouincia deſta villa de Madrid, no pueda auer, ni aya mas de ſeis Eſcriuanos Reales, que reſidan en cada oficio, para las coſas que ſe ofrecieren; y eſtos los ayan de nombrar a ſu rieſgo los propietarios de oficios, para que ſi les hizieren condenaciones pecuniarias, y no tuuieren bienes de que pagarlas, ſe puedan cobrar dellos; y que los del Crimen ayan de ſer aprobados por la Sala de nueſtros Alcaldes; y los de Prouincia, por los Alcaldes ante quien deſpacharen los Eſcriuanos proprietarios, que los nombraren: y los del Numero, y Ayuntamiento, por los Tenientes, ò qualquier dellos. Y al proprietario que tuuiere mas de los dichos ſeis Eſcriuanos, le condenamos en perdimiento de ſu oficio.

SVMMARIVM.

1 *Tabellionis munus an vile ſit?*
2 *A ſeruis publicis executum apud Romanos.*
3 *A Græcis magnopere habitum.*
4 *Scribarum ordines variæ fuerunt ſecundùm exercitij qualitatem.*
5 *Tabellionibus, & Notarijs commiſſa fuit fides publica.*
7 *Tabellionum differentiæ apud Hiſpanos.*
8 *Apud Hiſpanos quando officium vile cenſeatur.*
9 *Primicerij munus ſummum, à ſecretiſque Principis dicitur.*
10 *Tabellionum ſeparationes Decuriæ appellatæ à Suetonio.*
11 *Tabellarius ſupra Notarios, ſeu Scribas erat, qui dictabat, vel proponebat ſcribenda.*
12 *Scribæ erant librarij rationes publicas ſcribentes.*
13 *Tabellarij erant conſeruatores fidei publicæ.*
14 *Eſcriuanos Reales quantos ha de auer en cada oficio de Prouincia.*
15 *Tabellarij pugillarios habebant, qui neceſſaria ſcriberent.*
16 *Serui publici in domo ſcribarum aſtabant ad expeditionem negotiorũ, & num. 26.*
17 *Serui publici, qui, & illorum officiũ, & num. 20.*
18 *Tabelliones ſerui publici erant, veramque patiebantur ſeruitutem.*
19 *Contraria opinio refertur ex Amaya.*
21 *Los Eſcriuanos Reales ſucedierõ en lugar de los ſieruos publicos.*

22 *Serui publici à seruiendo dicti.*
23 *Serui ad Tabularij munus non admittebantur.*
24 *Serui publici, personæ publicæ dicti à Iustiniano.*
25 *Neque veram seruitutem patiebantur.*
27 *L. Generali, C. de Tabul. lib. 10. qualiter intelligenda.*
28 *Tabelliones ad exercitium officij tenebantur adstare in stationibus ad munus publicum exercendũ constitutis.*
29 *Stationes Tabulariorum sunt officia, vbi adsistunt ad expeditionem negotiorum.*
30 *Statio quid sit remissiuè.*
31 *L. item apud Labeonem, §. conuiuium, de iniurijs, refertur ex Gottofredo.*
32 *Escriuanos Reales que oy asisten en los oficios de Prouincia, que exercicio era antiguamente.*
33 *Cato Minor Tabelliones, dum gesit Quæsturam, reformauit, & punit ex Plutarcho.*
34 *Tabellariorum auaritia summa.*
35 *Illorum ignorantia, ac fraudes.*
36 *Nominans tenetur pro delicto, aut ignorantia nominati, & n. 38. Ratio huius conclusionis refertur, & n. 40. & n. 47. & 48 & 51.*
37 *L. si seruus, §. fornicar. ad l. Aquil. ponderatur.*
39 *Alius pro alio non tenetur.*
41 *Actio datur contra patrem consentientem, vt filio officium conferatur.*
42 *Iudex tenetur, l. repetundarum pro munere, seu dono à suis officialibus recepto.*
43 *Custos carceris pro culpa officialis tenetur.*
44 *Exercitor tenetur pro facto nautarum.*
45 *Nominans non tenetur pro delictis commissis à nominante, si extra ministerium nominationis delinquit, & num. 55.*
46 *Et in causa etiam ciuili.*
49 *Officiales bonos ministros eligere tenentur.*
50 *Eligens pro electo tanquam fideiussor tenetur.*
52 *Præcipuè subditos in suo ministerio ab eo electo habet.*
53 *Nominans pro nominante tenetur pœnis pecuniarijs.*
54 *Non verò in personalibus, aut criminalibus.*
56 *Nominans exhibendo nominatum delinquentem, an liberetur, sicut liberatur dominus tradendo noxam. Pro vtraque parte proponitur, & adducitur authoris resolutio.*
57 *Tabellio, vt munus exerceat, priùs examinandus, & approbandus est.*

MAgna est inter DD. cõtentio, an officium munus, seu exercitium Tabellionis, vile censeatur motos authoritate *l. non aliter 18. de adoption. l. fin. C. de seru. Reip. l. fin. §. seruum, de quæst. l. 2. C. de adoption. l. 2. rempup. Salu. for.* contendentes à seruis tantũ executum apud Romanos, ad quarum legum intelligentiam multum laborarunt Tiraq. *de nobil. cap. 30. num. 9.* Paz *in pract. annot vlt par. 1. ex num. 2.* Couar. *cap. 19. pract. num. 4.* Pet. Gregor. *lib. 47. Syntag. c. 42.* Guid. Pap. *decis. 90* D. Franc. de Amaya *in l. 15. per tot. C. de Decur. lib. 10.* vbi latè de munere Tabellariorum nobilitate, aut ignobilitate, Portol. ad Molin. *tom. 2. verb. Notarius, num. 13.* Bobad. *lib. 3. Polit. c. 14. ex num. 43.* Sebast. Neuio in *System. ad l. 1. C. de seru publ.* Ioan. Gutierr. *libr. 1. pract. q. 137. num. 3.* Pancir. *not. vtriusque Imper. de Imp. Orient. c. 15.* Mastrill. *lib. 2. decis. 159. n. 3. & 4.* 1

Apud Græcos diuersè fuisse habitum patet, magno habentes honore Tabularios Cornel. Nepos *in Eumen.* Couar. *pract. cap. 19. num. 4.* Rosin. *libr. 8. antiq. Roman. cap. 48.* Bulenger. *lib. 6. de Imper. Roman. cap. 26.* Petr. Gregor. *lib. 47. Syntagm. cap. 41. num. 4.* D. Frãcisc. de Amaya *d. l. 15. n. 8.* 3

Tamen in hac re distinguendum 4

est,

eſt,& dicendum cum Bulenger. *d.libr. 6.de Imperat.cap.26.* Scribarum ordines varios fuiſſe, diuerſaque nomina, ac functiones habuiſſe ſecundùm negotiorum,aut iudiciorum qualitatem, vt Regij,Pontificij,Militares,&c.Roſin.*d.cap.28.*& ibi Demſter. *in Paralipomen.*Pancir. *de Magiſtrat. municip. c.* 5 Notarij etiam Tabelliones appellabãtur,quibus cura commiſſa fuit fidei publicæ,vt Aurel.Caſsiodor.*lib.12.cap.* 21.Auth.*de Tabellion.§.1.l.contractus, C.de fide inſtrumen.*Pet.Gregor. *d.cap.* 42.*n.*3.& 4.*l.*5.*l.*9.*l.*16.*C. de erogat. milit.annor.l.*3.*C.de apoc.publicis lib.*10. 6 Ex quo *l.1.§. ludi,de var. & extraord. cognit.*eos appellauit Librarios, Notarios, Calculatores, ſeu Tabullarios. Quòd intelligendum eſt ſecundùm functionem,ſeu exercitium,Plin.*lib.3.ep.* 5.L.Senec.*in Apolocontis*,plura Demſter.*Paralip.ad Roſin.libr.7.cap.vltim.* Pancir.*de Imper.Orient.cap.*15.& 16. *& var.lect.lib.1.cap.*26.27.& 28.Buleng.*de Rom.Imp.lib.*4.*cap.*5.6.7.8.9. *& ſeqq.*

7 Apud Hiſpanos multæ ſunt Scribarum,ſeu Tabellariorum differentię, vt *Eſcriuanos de Camara,Eſcriuanos del Crimen,Eſcriuanos de Prouincia*,&c.

8 Horum munus haud vile eſſe notat Montal.*l.*14.*tit.*19.*p.*3. Paz *in prax. annot.vlt.num.*5.cum Senatui proximi ſint eiusve ſubſcribant edicta, vt Luc. Senec.*in Apolocõtis. Multa differte dixit in Senatu Deorum, quæ Notarius perſequi non potuit.*

Attamen notandum eſt in his legi- 9 bus de officio Primicerij loquendum non eſſe,cùm illius officij munus ſummum ſit,*titul.C.de Primicerijs*,de quo Petr.Gregor.*lib.*47.*Syntagm.cap.*41. cuius cura ſic ad ſummum vehit,vt à ſecretis Principum nominentur, de quo Amaya *d.l.*15.*n.*38.

Hæ enim Tabullariorum ſepara- 10 tiones cenſendæ ſunt ſcribarum decuriæ,de quo Sueton.in Claud.*cap.*1.*Qui corpus Druſi per mancipiorum, Coloniarumque primores ſuſcipientibus obuijs ſcribarum decurijs ad urbem deuectum.* Quas Decurias voluit D. Franc. de Amaya *d.l.*15.*num.*11.vt cenſerentur, *los gremios de Eſcriuanos de Camara, Crimen, o Prouincia.* 11

Tamen ex Bulenger. Roſin. Petr. Gregor. & cæteris patet Tabellariorum officium,ſeu munus,quòd antiquitus exercebatur,præpoſitum erat, ſeu ſupra Notarios, Scribasve, quibus vel dictitabat,vt velociter ſcriberent, Marc.*lib.*4.*ep.*208.

Currant verba licet, manus velocior illis.

Aurel.Prudent.*lib.de Caſsian.*

Verba notant breuibus comprehendere cuncta

Paratus

Raptimque punctis dicta prapetibus ſequi.

Vel ſcribenda conferebat,vt plura congerit Demſter.*in Paralip.ad Roſin.libr.* 7.*cap.vlt.*Bulenger.*de Imper.Rom.lib.* 4.*cap.*5.

Hæc enim omnia noſtra non ſunt, 12 notandum eſt ex Plut.*in Caton.*& Bulenger.*d.cap.*26.ſcribas fuiſſe librarios 13 rationes publicas ſcribentes, ſed melius Caſsiodor.*lib.*12.*cap.* 21. Tabellarios fidei publicæ conſeruatores appellauit,Bulenger.*lib.*4.*de Imper.Rom. cap.*8.nam per inſtrumenta,& fides,& bona conſeruantur. Sed cùm ad explicationem huius legis de publica fide ex inſtrumento proueniente agere neceſſarium non ſit. Quærendum venit, 14 quid ſit à noſtra legis Sancitum,ibi: *Ordenamos,y mandamos, que en eſta Corte en los Oficios de Eſcriuanos de Camara del Crimen,y en los de Prouincia deſta villa de Madrid,no pueda auer, ni aya mas de ſeis Eſcriuanos Reales,que reſidan en cada Oficio para lo que ſe ofreciere.* Sic conſtitutos officiales fuiſſe in Prætorio Præfecti Affricæ ad expeditionem negotiorum,patet in *l.1.verſ.& in offic. C.de offic.Prætor.Affric.*

Notat Sydon.*lib.*5.*ep.*17. *Tabellarios* pugillares habere, vt ſcriberent, 15 quæ neceſſaria eſſent. Hoc enim apud nos executum ex noſtra lege deducitur,ſcilicet:*Que los Eſcriuanos del Crimen,*

men, y Prouincia tengan Eſcriuanos, para lo que ſe ofreciere en ſus oficios. De quo ſic meminit ex *nouel.* 73 & 44. Bulenger. *de Roman Imperat. lib.* 4 *cap.* 8. *Tabelliones habent ſtationes ſuas, ſeu gradus, & ſcamna, & miniſtros, adiutorē, ſiue ſubſtitutum confirmatum.* Quòd ſic exponit Henric. Steph.

Nunc vilis adoſtia ſcribæ
Mane ſedent

Notat Pancirol. *lib.* 1. *var. cap.* 26. Tabellarios ſuas antiquitus ſtationes in publico habuiſſe, vbi & alios habebāt, quorum vtebantur vicaria ad expeditionem negotiorum, vt ex *authent. de Tabel. §.* 1. deducitur, quòd apud Neapolitanos executum notat. Doctiſsim. ac ſapientiſs. Fab. Capic. Galeot. *reſp. fiſc. reſp.* 2. *n.* 130.

16 Et ex Liuio *lib.* 34. deducitur ſeruos publicos in domo ſcribarum adſtitiſſe negotij cauſa, ibi: *Cenſores ſignatis tabellis publicis, clauſa tabulario dimiſſiſque ſeruis publicis, negauerunt ſe quicquam publici negotij geſturos.*

17 Erant ſerui publici ex *d. l. non aliter, de adoption. l.* 2. *rem pupil. ſalu. for.* qui in contractibus nomine alieno ſtipulabant illudque munus exercebant, Pancirol, *var. lect. lib.* 1. *cap.* 27. cuius cauſa notat Amaya *d. l.* 15. *ex num.* 27. domo ſcribæ adſtitiſſe, vt munus publicū exercerent. Locum Liuij expoſuit D. Nicol. de Caſtr. *præ. lect. inſt. de empt. & vend. n.* 98.

18 Et quamuis recepta ſit Doctorum concluſio ſeruos publicos Tabelliones eſſe, ſeruituten que veram pati, vt deducunt ex *l. non aliter* ibi. *ſeruo publico, de adoption.* Bartol. *num.* 2. & *in l.* 2. *rem pupil. ſalu. for.* Ioan. Oroſc. *in l.* 1. *n.* 10. & 11. *de his qui ſunt ſui,* Paz *in praxi, annotat. vltim. num.* 3. Tiraq. *d. c.* 30. *ex num.* 8.

19 Tamen latè D. Franciſc. de Amaya diſſerit Tabelliones publicos ſeruos, ſeu Reipublicæ ſeruos iudicandos non eſſe, *d. l.* 15. C. *de Decur. libr.* 10. *ex num.* 26. cum Conan. *lib.* 2. *com. cap.* 2. *num.* 2. Donel. *lib* 2. *comment. c.* 13. & Oiuald. *ad eum lib.* 6. *cap.* 5. *lit.* C. & *lib.* 12. *c.* 11. *lit. D.* Mor. *in empor. tit.* 12. *num.* 14.

Probat tamen ſeruos publicos non eſſe Tabelliones, ſed Tabellioni adſiſtere ad negotiorum, ſeu cauſarum expeditionem, cùm per ſe omnia ſcribere, ſeu expedire non valeret Tabellio, ex Cuiac. *ad tit.* C. *de ſeru. reipub.*

Ex quo dicendum crederem, quòd cùm ſerui publici munus adſtipulandum introductum ſit, & vt vnus pro alio adquirere valeat, vt ex *l. non aliter,* 18. *de adoption. & l.* 2. *rem pup. ſalu. for.* deducitur, & ibi probat latè Bartol. ad quod in domo Tabellionis aſsiſtebant, Tabellariorumque exercitium fuiſſet ſcribere inſtrumenta publica, aut priuata, *l.* 2. *C. de eunuch. l.* 2. *C. ſi propter publicam penſit. l.* 1. *C. vt nem. ad ſuum patr. libr.* 11. *l. contract.* 17. *C. de fid. inſtrum.* 20

Los oficios de Eſcriuanos Reales, loco ſeruorum publicorum apud Hiſpanos ſucceſsiſſe credo, vt patet ex textu *in l.* 1. *titul.* 19. *par.* 3. Paz *in praxi annotat. vlt. n.* 7. Azeued. *in l.* 1. *n.* 15. & 16. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop.* 11

Nam cùm ſerui publici Tabullarijque idem ſint, vt ex doctrina *d. l. non aliter, de adoption.* & ibi Bart. deducitur Maſtril. *d. deciſ.* 159. *num.* 4. dicendum credo ſeruos publicos, verè ſeruitutem non pati, ſed ſeruos eſſe dictos à ſeruiendo, non Reipublicæ, ſed omnibus de Republica, vt ex textu *in l.* 7. *tit.* 11. *par.* 5. deducitur, ſic etiam intellecta a Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 137. *num.* 17. Præſertim, quòd ſeruitus contraria eſt officio Tabullarij, *l. Generali, C. de Tabullar. lib.* 10. Bart. & Plat. ibi Mayn. & Pet. Fab. *l. in his, de reg. iur.* Roman. *ſingul.* 238. Boer. *deciſ.* 118. *n.* 1. Neuio in Syſtem. *ad d. l. generali,* Baeza *de inop. debit. c.* 13. Bobad. *lib* 3. *Pol. c.* 14. *num.* 42. 12 23

Etſi dicant hoc procedere temporibus attentis Imperatorum, vt notat Pancirol. *d. lib.* 2. *var. cap.* 27. nihilominus fatendum omni tempore Tabelliones liberos homines fuiſſe, vt patet ex Plutar. *in Caton. Min.*

Ne-

24 Neque intelligendum eſt illud verbum, *Seruus publicus*, de ſeruitute contraria libertati, vt comprobatur ex Iuſtinian. in *§. cum autem, inſt. de adoption.* vbi Imperator pro illis verbis: *Seruo publico, in d. l. non aliter*, poſsitis dixit, *Caueat adrogator perſonæ publicæ*, ex quo patet pro ſeruis non habitos fuiſſe Tabullarios, ſed ex eo quòd publicis rebus, aut adminiſtrationibus inſeruirent, vt notat Ioann. Oroſc. in *d. l. non aliter, de adopt.* ex Alciat. *libr. 8. parerg. cap. 19.*

25 Neque obſtat ſi obijcias hanc cõ ſtitutionem Iuſtiniani, vel poſt editam *d. l generali, C. de Tabullarijs lib. 10.* vel fuiſſe factam apud Græcos, vbi Tabullariorum dignitas magnopere habita fuit, vt diximus n. 3. Pet. Greg. *lib. 47. ſynt. c. 41. n. 4.*

Quia teſte Petro Fabro *libr. 2. Semeſtr. cap. 24. fol. 365.* ex Tacit. *libr. 13. annal.* comprobatur ſeruos publicos ſeruitute adſcriptos non eſſe, ſed per eos munus exequi, quo exercebantur etiam poſt libertatem, ſi antea ſeruituti obnoxij fuiſſent: ſed verum probat ex eo ſeruos nominari, quòd munus publicum exhiberent Magiſtratibus.

26 Cognito enim ſeruos publicos, haud verè ſeruos fuiſſe, ſed Tabel. lionibus adſiſtere ad exhibendum bonum publicum, vt eleganter notat Renat. Chopin. *libr. 3. Doman. Franc. cap. 14. numer. 3.* deducitur euidenter teneri Tabelliones apud nos ſuis in tabellis ſeruos habere publicos, vt ſcriberent, officioque ſuo famularentur, vt comprobat Alciat. *lib. 8. Parerg. c. 19.* Demſter. *in Paralip. ad Roſin. lib. 7. cap. vltim.*

Quòd lege municipali fuit apud nos conſtitutum, vt facilius cauſæ expedirentur in *l. 2. titul. 5. libr. 2. ordin.* vbi Didacus Perez, & in *l. 3. eiuſdem tituli.*

27 Neque hæc obligatio deducenda ex textu in *d. l. generali, C. de Tabul. lib. 10.* cùm illius legis conſtitutio ad alium caſum protrahenda ſit, & an Tabellarius certo loco ad ſignatus poſsit extra eum facere inſtrumenta, vt Paul. de Caſtr. in *conſ. 226. lib. 2.* Pet. Greg. *lib. 47 ſynt. c. 42. n. 22.*

Deducenda tamen videtur ex Auth. *de Tabellion. §. 1.* vbi patet Tabelliones ad exercitium ſui officij ad ſtare in ſtationibus ad id aſsignatis, à quibus priuabantur ſi deliquiſſent, & in qua ſtatione ſuperior aderat, vt comprobatur, ibi: *Quia ſi præter hoc aliquid egerint, cadent omnino his quæ vocantur ſtationibus, & qui ab eis dirigitur ad iniungendum documentum, & intereſt ipſe Dominus, ſuper ſtationibus authoritas erit, & mutabitur cauſa, & ille quidem de cætero hoc obtinebit officium in ſtatione quale qui in ea primatum tenebat.* Et poſtea in *§ ſi verò. Indignus ſit fortè poteſtatem in ſtationibus ſuſcipere is cui documentum extra ea, quæ à nobis diſpoſita ſunt, per præſentem legem iniungitur. Tabellio quidem cadat omnibus modis hac cauſa, alter verò pro eo cõſtituatur, nihil omnino dãnificando ex hoc ſtationis* Domino. 28

Ex hac auth. deducit D. Franc. de Amaya *in d. l. 15. C. de Decur. lib. 10. n. 11.* ſtationes has cenſeri decurias, ſeu officia, quibus Tabelliones adſiſtunt, Buleng. *lib. 4. de Imper. c. 8.* Pancir. *var. lection. lib. 1. c. 26.* Tamen melius comprobatur, hæc ſtationis ſignificatio, pro Tribunali, vbi Tabelliones adſiſtunt ad negotiorum expeditiones, ex doctrina Cuiac. *libr. 2. obſeruat. cap. vltim.* vbi probat Tabullariorum ſtationes eſſe officia, ad expeditionem negotiorum. Quo ſenſu conueniunt, argumenta *l. 1. C. de compenſat.* & ibi Gotofred. de quo tetigit D. Nicol. de Caſtro *relect. prin. inſt. de empt. & vend. nu. 119.* 29

Quàm plura de ſignificatu *ſtationis*, comprobant Pancirol. *in not. ad Imper. Orient. capit. 74.* & de ſtatione militum, *capit. 9. & lib. 2. variar. cap. 266.* Bulenger. *libr. 4. de Imper. capit. 38. & libr. 6. capit. 32.* Quæ omitto, omnia verò congerit Dom. Franc. de Amaya *in dicta l. 1. ex numer. 1. C. ne fiſc. rem quam vend. libr. 10.* Pet. Greg. 30

lib.1.Syntag.cap.3.n.7.& lib.19.c.10. num.13.

31 Sed tamen non poſſum omittere Gotofredi declarationem ad *l. idem apud Labeonem, §. conuitium, de iniurijs,* vbi ex illo verbo, *etſi ad ſtationem,* deducit ſtationem eſſe locum, vbi quis cauſa muneris ſui ſiſtit. Et ex Aul.Gel. *lib.13.cap.13.*probat Romæ ſtationes appellari, vbi ius dicebatur, quòd à Græcis conſuetudinibus, deducit Dem ſter.ad Roſin.*Roman. Antiq.libr.9. cap. vltim.fol.736.lit.F.*elegãter ad caſum noſtrum.

32 Ex his deſcendit rectè conſtitutum, vt certus numerus *de Eſcriuanos Reales*, adſit ad executionem muneris in vnoquoque Tabullariorum officio, vulgò *Eſcriuanos de Prouincia*, vt ſua munera ſubeant: neceſſariaque officio, vt inſtrumenta, citationesvè exequantur.

Reſtat nunc vt videamus, *eſtos Eſcriuanos Reales*, in ſtationibus præpoſiti, *de los Eſcriuanos de Prouincia*, qualiter appellati antiquitus: & dicendum eſt cũ Pancir.*var.lect.lib.2.c.188.* appellandos eſſe Primiſcrinos, ideſt, homines cõſtitutos ad exequenda Præſidis iuſſa.

Hoc enim ſuſtinendum eſſe videtur, moti tantũ authoritate illius Doctoris. Nam verè Primiſcrinius non cenſetur conſtitutus ad exequenda iuſſa iudicis, ſed nominans exequentem, vt deducitur ex gloſ.*in l.1.C.de ſport.* & Primiſcrini officiũ dignius erat munere illo quo Primiſcrinos deſtinauit Pãcir. vt patet ex *l.vlt.C.de numer.& chartul. lib.12.*

Melius enim videtur reijcienda Pancir.doctr. attenta ſeriæ *l. Cornicularij 3.C.de apparitor.præf.Prat.lib.12.* vbi latè agitur de dignitate Primiſcrinij, ac immunitate poſt complatã militiã eis conferenda, de quo à Pancir.ſenſu deuiat Buleng.*lib.4.de Rom.Imp.c.12.*

Ex quo dicendum credo, hos dicẽdos eſſe Subadiubas, ſeu Adiutores officij Tabellionis, cũ ex ipſo Buleng *libr.6. de Imp.Rom.c.49.* Pancir.*notit.Imp. Oriẽt.c.16.* pateat in vnoquoq; officio ad melioré illius officij executionẽ Subadiubas fuiſſe conſtitutos, vt ex multis legis, & authoritatibus comprobant, & Adam.Contz.*lib.7.Polit.c.24.ex §.4.*

Et ſi attentè perſpicis Caſsiod.*lib.11. Ep.20.& 21.* inuenies ad munus Primi ſcrinij euehi, hi qui mandata iudicũ rectè fuerant executi: Taliter vt munus, quòd nos dicimus: *Eſtos Eſcriuanos Reales para executar las ordenes de los juezes,* prius exequebãtur, & poſtea ad Primiſcrinium eligebantur, ſic Caſsiod. *Ep. 21.Atq; ideò Andreas qui Prætorianis faſcibus inculpabiliter noſcitur obſecutus gradum fœliciter Primiſcriniatus aſcendat.*

Sed nunc quare conſtitutum: *Que no aya mas de ſeis Eſcriuanos Reales, que reſidan en cada Oficio, para las coſas que ſe ofrecieren, y eſtos los ayan de nombrar à ſu rieſgo los proprietarios, para que ſi les hizieren condenaciones pecuniarias, y no tuuieren bienes de que pagarlas, ſe puedan cobrar dellos,* ſimilem conſtitutionem ex Iulian.notat.Guther.*de offic.D.Auguſt. lib.2.c.14.*

In quo dicendum eſt Tabelliones pu 33
niri ſolitos fuiſſe ratione officij, vt ex Plutarch.in Caton.minor.*Scribiſq;(id quòd erant)profamulis vſus eſt partim illorum maleficia arguens, partim ignorãtia peccantes erudiens. Cùm ergo ſe proteruè gererent, alioſq; adulando demerentur, ipſi aduerſarentur primũ eorum fraudis in hæreditate commiſſæ compertum ab officio remouit.*

Id enim tempore Romanorum pro- 34
cedere vidimus, hodie verò Tabellariorum minorum auaritia, iniquitas talis eſt, vt credat Luc. de Pen. peiores latronibus eſſe *in l.1.C.de litor.cuſt. lib. 12.* Iaſon *in l.1.de edẽd.* Corn.*conſ.199.* de quorum ignorantia, ac iniquitate latè *in l.Centurio, n.83.de vulgar.* Cagn. *in l.ſi librarius, n.2.de reg.iur.* Neuizan. 35
conſ.28.n.11. Mantic.*de conject.vlt.voluntat.lib.1.tit.10.num.4.& lib.3.tit.13. n.1.* Symanch.*de Rep.lib.7.cap.23.pag.* 411. Graſſal.*lib.1.Regal.Franc. iur.8. pag.1.* Didac.Per.*l.1.tit.5. libr.2.ordin.* Azeued.*l.2.tit.25.n.4.lib.4.Recopil.* Bobad.*libr.3.Polit.c.14. num.44.*

D.

D. Franc. de Amaya in *l.* 15. *num.* 43. *C. de Decur. lib.* 10. eos hominum excoriatores esse dicit, ac pessundare Rempublicam, & eo quòd Tabellionum exercitium suscipiunt à recta, & timerata conscientia defeciſſe, & Azeued. in l. 2. *tit.* 25. *lib.* 2. *Recop. num.* 5. inquit Tabelliones non officio, sed nummis deseruire.

36 Quare cùm Reipublicæ conueniat ne inulta maneant delicta, & pecuniarias pœnas imponi sit solitum Tabellarijs pro minoribus delictis: iustè fuisse dispositum, vt Tabellarius nominator pro delictis nominatorum teneatur, vt in terminis ex Angel. *conſ.* 237. *num.* 1. notat sapientiſ. Dom. Fab. Cap. Galeot. *in resp. fisc. resp.* 12. *numer.* 244. cùm hoc ius, seu dispositio constituta sit à iure, & vt nominans imprudenter ministros de illorum, vel ignorantia, vel delicto teneatur, vt ex *l. nam & seruius, §. mandato, de negot. gestis, l.* 1. *§. hæc actio si menſ. falſ. mod. dixer. l. cum in plures, §. seruum, locat. l. si quis vxori, §. apud Labeonem, de furtis, l. vtique, de reiuendication. l. si verò, §.* 1. *qui deiecer. vel effuder. l. debet exercitor. Naut. Caupon. & ſtab. l.* 1. *§.* 1. *de exerc. act. l. nullus* 60. *l. neminem* 64. C. *de Decurion. libr.* 10. *l. ad ſimilitudinem*, C. *de Epiſcop. & Clericis, l. cum exhibuiſſem, de publican. & vectig. §. item exercitor. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſ. delict.* Ioan. Anton. Nig. *ad Cap. Regn. Neap. cap.* 62. *nu.* 2. Fab. Cap. Galeot. *d. reſp.* 12. *n.* 242.

37 Hæc noſtra conclusio deducitur ex verbis textus in *l. ſi ſeruus, §. fornicarius, ad l. Aquiliam*, vbi sicuti Tabellio tenetur soluere pœnas delictorum seruorum publicorum in sua statione existentium, si soluendo non sunt. Ita enim locans furnum, si incenditur villa circa eum existens culpa serui locantis tenetur locati: ex quo enim? vt inquit textus ex eo, *si negligens in eligendis miniſtris fuerit, l.* 1. *&* 2. C. *de pericul. nominat. libr.* 10.

38 Vnde enim imponenda pœna Tabellioni nominanti? ratio enim eleganter deducitur ex Alciato de *præſ. regul.* 3. *præſumpt.* 40. *numer.* 2. præsumitur enim (inquit) nominantem, haud ignorare conditionem, seu qualitatem nominati, Rebuff. *in l.* 2. *numer.* 3. *C. de pericul. nom. libr.* 10. & causam delicto præbere illum in domum, aut officium retinentem, Felinus in *capit. nulli, de accuſat.* Aul. in *capit.* 4. *Prætor. verbo Sea obligado, num.* 42. ideò ad interesse damni, seu pœnæ pecuniariæ rectè adstrictos dicendum est, si iniustè agere videntes non resistunt, Bartul. *tractat. de Repræſ. in* 2. *quæſt.* 7. *quæſt. princ.* Curc. Sen. *cõſil.* 42. *col.* 2. Farin. *quæſt.* 24. *num.* 33. Bald. in *Rubr. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic.* Anchar. *conſ.* 158. *n.* 4. Thusc. *lit. O. concl.* 99. *n.* 20. Caualc. *de Brach. Reg. p.* 5. *num.* 154.

Suadeor enim ad hoc ex alia ratione, nam quamuis alius pro alio teneri non debeat, nec etiam Dominus pro facto familiæ Bartul. in *l.* 1. *§. famil. de public. & in l. ne quid, de incend. ruin. & naufrag.* Gozadin. *conſ.* 63. *numer.* 14. Ioann. de Annan. *conſ.* 71. Pariſ. *conſ.* 87. *num.* 6. *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 57. *n.* 2. Anchar. *conſ.* 349. *col.* 2. Cephal. *conſ.* 362. *num.* 26. cumulant DD. Ioan. Gut. *can. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 35. Giurb. *conſ.* 36. *n.* 36. 39

Tamen ex textu in *dicto §. fornicarius*, deducitur: quòd si aliquis ad aliquod ministerium principaliter eligitur, & in illo delinquit, contra nominantem illum ad illud opus datur actio, vt Bartol. tenet in *l.* 1. *familiæ nomen, numer.* 1. *de public. & vectigal.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 390. *num.* 19. Annan. *dicto conſ.* 71. Roland. à Valle *conſ.* 95. *numer.* 11. *lib.* 2. Cephalo *dicto conſ.* 362. *numer.* 27. quod & in patre procedit consentiente vt filio officium publicum conferatur; nam tunc contra patrem datur actio, Farinac. in *practic. dicta quæſt.* 24. *numer.* 53. In officiali idem probant Rebuff. *in l. cum ad quamlibet, numer.* 1. *C. de condit. in public. horr. lib.* 10. Roman. *conſ.* 11. *num.* 3. *conſ.* 338. *num.* 7. Conrad. *templ. iudic. lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperat.* 40 41

§.3.*verſ.*25.*nu.*2.Boſio *de offic. corrup. num.*31.Thuſc.*d concl.*99.Sbroz.*libr.* 3.*de vicar.Ep.q.*30.*nu.*4. Guaz.*de reor. defenſ.c.*2.*num.*2.Cuch. *inſt. canon. tit. de Vicar.Ep.num.*130.idem in noſtro caſu ſeruandum legitimè, vt Tabellio nominans teneatur pro delicto commiſſo inopere,ad quòd fuit electus,ſeu nominatus,vt in noſtra l.Tib.Dec.*cõſ.* 4.*numer.*62.*tom.*3.Roman.*conſ.*11. *num.*2.

42 In caſu noſtræ legis, hæc omnia præcipuè procedunt ex textu in *l.*1.C. *ad l. Iul. repet.* vbi de lege Iulia tenetur Magiſtratus pro facto, ſeu extorſione miniſtrorum ſuorum, vt Menoch.de *arbitrar. caſu* 345.*numer.*1.& 2.*& ſequentibus*,Tiber. Decian. *tract. criminal.lib.*8.*cap.*35.*num.*28.Farin. *in pract crimin.d.quæſt.*111.*& antea q.* 24.*num.*53.Azeued.*in l.*1.*n.*15.*tit.*6. *lib.*3.*Recop.*

43 Cuſtos carceris pro delicto, aut culpa a ſuo officiali commiſſa tenetur,Grammat.*voto* 29.*numer.*1. Iul. Clar. *in practic.§ fin. quæſt.* 86 Boer. *quæſt.*217.*numer.*1. Menoch. *de arbit. cent.*4.*lib.*2.*caſ.*302.*n.*5.Mar. Giurb. *conſ.*36.*n.*22.

44 Nec exercitor liberatur, imò tenetur facto omnium nautarum ſuorum *ex l.debet exercitor Naut. caup. & ſtab.*ex ipſius S.C.mente,cum ipſe eos ſuo periculo adhibuerit.

45 In quo textu notat Bald. quòd ſi delictum committitur à familiari iudicis extra terminum, taliter quòd à iudice impediri vi poteſtatis non poſſit,pro facto non tenetur. Cùm enim prohiberi poſsint à Tabellione delicta in ſua ſtatione commiſſa à ſeruis publicis, & non prohibet rectè in eum datur officium iudicis, vt Iacob.Menoch.ſupra, quo adſentit additio ad Bart. in *dicta l. debet*, præcipuè ſi in cauſa ad officium pertinente delinquat,Platea in *l.*1.C. *de executor.& exact.libr.*12.Auiles *capit.* 4. *Prætor verbo Sea obligado, numer.* 2. Matienzo in *Dialog.Relator.*3.*par.capit.*55.*num.*3.Azeued.*in c.*4.*n.*8.*tit.*6 *lib.*3.*Recop.*Sbroz.*lib.*3.*de vicar.Ep.q.* 30.*num.*6.

Hæc omnia non ſolũ procedunt in 46
cauſis mixtis,& in quibus datur actio ciuilis,& criminalis,vt furti,noxæ, aut l.Aquiliæ,ſed etiam in cauſa merè ci- 47
uili nominans pro nominato tenetur, vt ex *l.*1.*&* 2.C.*de pericul. nomin. libr.*10.ex quo textu Rebuff.in *l.*2.*numer.*3.inquit, quòd mala electio in culpa nominantis eſt; ideò ei imputantur malè geſta in officio à nominato,in quo textu Dom.Franciſc. de Amaya adducit Pont.de *Poteſtat. Proreg. titul.*4.§.8.*numer.*20. cùm ipſi debeat imputari ſi improbos, aut negligentes officiales eligat, vt notant ſupradicti DD.& Matienz.in *Dialog.Relator.par.*3.*cap.*55.*num.*3. Beroio *cap.* 1.*nu.*141.*de reſtit.ſpol.*Giurb.*conſ.*56. *num.*26.

Quæ concluſio comprobatur latè 48
ab Auil.*cap.*4.*Prætor.verbo Sea obligado,num.*1.*&* 2.tenens nominantem de delictis á nominato commiſsis teneri,cùm ex *Auth.de Quæſtor. §. maximè, & Auth.de iudicibus,§ nullo*, & ibi An- 49
gel. recti officiales à perſona publica ſemper eligi debeant, Menoch.*conſ.* 1159.*num.*4 Farinac. *d.quæſt.*24.*numer.*53.Seraphinus *deciſ.*527.*num.*2. Heringius *de fideiuſſor. cap.*24.*numer.* 189. rationem ex Cuiac. deducit D. Ioan.de Solorzano de *Gubern. Indiar. lib.*2 *cap.*25.*numer.*41. ſcilicet, quòd 50
nominatores fideiuſſorum ſuſtinent vicem,ideoque tenentur æquè ac fideiuſſores,vt notat Pet.Greg.*lib.*15 *ſyntag. c.*10.*nu.*32.

Hæc enim fideiuſſoria cautio,quę no 51
minantes adſtringit, vt pro nominato teneãtur,vtilitate publica fulcitur, vt in *l.*1.*de Magiſt.conueniend.l.*1.C.*de præpoſit.agent.in reb.lib.*12.*l.quid ergo, & in l.Imperator ad municip.*exqua doctiſ. Valenz.*conſ.*51.*n.*16. tenet nominantes aliquem ad munus publicũ ſuo periculo nominare.Cũ ipſa mala electio in culpa eligentis ſit,Corn.*conſ.*273.*n.* 9.Capib *de Baron.prag.*3.*n.*105.Sfor. Od.*cõſ.*62.*n.*24. Iac. Cancer. *var.reſ.*

tom.

tom. 2. cap. 2. num. 87. Brun. à Sol. *in loc. comm. verb. ciuitas, numer. 7.* D. Ioann. Bapt. Larrea poſt hæc ſcripta *alleg. fiſc. 39. num. 12.*

52 Ex quo notat Ludouiſ. *deciſ. 233. num. 4.* officiales publicos nomine officij habentes perſonas ſubditas reſarcire damnum commiſſum culpa electi teneri, quòd ad noſtros Tabelliones extendi debere patet: Quã concluſionem pluribus relatis defendit D. Franc. de Amaya in *l. nullus 60. n. 43. & 44. C. de decurion. lib. 10.*

53 Quæ omnia ſic intelligenda ſunt ſecundùm noſtram legem, vt Tabellio nominans tantùm teneatur pro pecuniaria condemnatione nominati, vt ibi: *Para que ſi les hizieren condenaciones pecuniarias, y no tuuieſſen de que pagarlas, ſe puedan cobrar de ellos.* Quòd comprobat ex *cap. cum homo 25. quæſt. 5.* Gloſ. *in l. obſeruare, §. pro, ficiſci de offic. Proconſ.* Auendañ. *de exequend. part. 1. cap. 3. numer. 5. verſ. Et in quantum,* Azeued. *in l. 1. num. 15. & in l. 4. numer. 8. titul. 6. libr. 3. Recopilat.* Auil. *cap. 4. Prætor. verbo Sea obligado, nu. 49.* Bobad. *lib. 5. Pol. c. 1. n. 78.*

54 Ad pœnas verò perſonales, non erit extendenda, vt comprobant ipſi Auend. Azeued. Auil. & Bobadill. vel ſi criminaliter agitur gloſ. in *dict. l. obſeruare, §. proficiſci, de offic. Proconſ.* Felin. *in cap. Petrus, num. 8. de homicid.* Rom. *Syngul. 177.* Iaſ. *l. impoſſibile, numer. 2. de pact.* Tiber. Decian. *conſ. 25. num. 14. tom. 2. & conſ. 4. num. 62. tom. 3.* Roman. *conſ. 11. num. 2. & conſ. 15. num. 1.* Theſaur. *lib. 1. forenſ. quæſt. 83. num. 10.* Guaz. *de defenſ. reor. 33. cap. 2. num. 2.* Honded. *conſ. 97. num. 35. vol. 2.* Thuſc. *d. lit. O. concluſ. 99.* Scip. Rouit. *conſ. 87. num. 4.* Franc. Marc. *deciſ. 423. num. 13.* Caualcan. *Brach. Reg. 5. par. num. 154.* Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 83. num. 10.* Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. § ſolent etiam car. 481.* Mar. Mut. *ad Cap. Reg. cap. 29. Reg. Alphonſ. num. 21. tom. 4.* Maſtril. de magiſt. adductus â doctiſ. Fab. Cap. Gal. *in reſp. fiſc. reſp. 12. num. 247.* poſt hæc ſcripta D. Ioan. Bapt. Larrea *alleg. fiſc. 39. n. 1.*

Et ſicuti hæc conſtitutio ad pœnas corporales non extenditur, nec etiam ad ea, quæ extra officium committuntur, vt dictis in locis notant Auend. Auil. Azeued. & Bobad. & patet ex *l. vnic. C. de pericul. eor. qui pro Magiſt. libr. 11. l. quicumque, §. non tamen, de inſtitor.* Segur. *in l. ſi exlegati, num. 56. de verb. oblig.* Salicet. *l. quæ fortuitis, num. 7. C. de pignor. act.* Roman. *conſ. 338. num. 7.* Gram. *deciſ. 3. num. 12.* Pariſ. *conſ. 27. num. 10. lib. 4.* Sbroc. *d. libr. 3. de vicar. Epiſc. q. 30. num. 5.* Seraph. *deciſ. 527. num. 1.* Farin. *in pract. q. 24. num. 45.* Menoch. *de arbit. caſ. 390. num. 19.* Riccio *collect. 1816. & 1849.* Maſtril. *deciſ. 231. num. 23.* latè Giurb. *d. conſ. 36. pene per tot.* 55

Ex quibus omittere nõ poſſumus, an Tabellio exhibens ſeruum publicũ liberabitur à ſolutione pœnæ pecuniariæ impoſitę pro delicto commiſſo in officio, tenendum enim ab actione liberari Dominũ noxam ſeruum tradendo *ex l. 1. §. quod nouiſſimè, l. cum ſi exhibuiſſent, de public. & vectig.* ex quo textu probant DD. officialem eligentem officiales minores liberari ab actione exhibẽdo officialem, vt Beroi. *cap. 1. nu. 43. de reſt. ſpol.* Bellam. *conſ. 4.* Roman. *cõſ. 11. & 15.* Thuſ. *lit. O. concl. 99. n. 27.* Caualc. *Brach. Reg. 5. p. ante nu. 155.* quòd iure communi attento procedere, probat Tiber. Dec. *reſp. 25. nu. 15. tom. 2.* etiam ſi ſtatuto fuerit cautum, vt pro officiali eligens teneatur Boſ. *de viſit. n. 55.* Gazin. *de defenſ. reor. d. cap. 2. n. 5.* Ponte *tom. 2. conſ. 85. n. 5.* Auil. *cap. 4. Prætor. verb. entregare, n. 1. & ſeqq.* Ratio enim ea eſt Auil. *d. verb. entregare, n. 3. ex l. ſi quis, de iuriſdict. omn. iud. & l. 1. de pœn.* quòd ſi ſatisfacere non poſſit in bonis, in corpore luat, in quo adſentit Roman. *conſ. 11.* Thuſc. *dict. concluſ. 99. num. 24.* Giurb. *d. conſ. 36. numer. 39.* Brun. à Sole *loc. com. verb. ciuitas, num. 7.* 56

Contrariam verò ſententiam tenerũt alij dicentes nominantem officialem

lem fideiussoris loco habendum non liberari exhibendo debitorem, sicut nec eligens liberatur electum exhibēdo, vt Giurb. *d. conſ.* 36. *n.* 40.

Præcipuè si delictum officialis à mala electione proueniat: nam tunc cùm eligens opera mala fuerit vsus, exhibēdo, non liberatur, sed tenetur ratione publici officij, ex quo debebat probos officiales eligere, vt probat hoc argumento Giur. *d. conſ.* 36. *n.* 42. ex Riccio *Collect.* 1816. Fab. Annan. *alleg.* 33. & latius Auil. in *c. prætor.* 4. *verb. ſea obligado, nu.* 4. de qua pœna malæ electionis Amaya in *d. l. nullus* 60. *n.* 44. *C. de Decurion. lib.* 10. Grammat. *vot.* 29. vide Doct. Fab. Cap. Gal. *in reſp. fiſc. reſp.* 12. *ex n.* 248.

Quid autem in hac controuersia iure noſtro attento seruandum erit videamus. In quo noto, quòd cùm nihil denuo sit à noſtra lege cautum, secundū ius commune noſtrum regulandū est; ex quo patet primā opinionem tenendam esse, scilicet vt elector pro officiali teneatur ni exhibuerit, exhibentem autem liberari constituit *l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3 *Recop.* ibi: *Saluo en caſo que los entregare, como el Derecho quiere.*

Quæ doctrina ex recepta concluſione Bart. *in l.* 1. *§. quod nouiſsimè, num.* 1. *de publican.* defenditur, qui notat exhibentem illum, per quem tenebatur liberari, si exhibitus homo liber est. Cū ergo officialis liber sit, eum exhibendo Tabellio liberabitur secundùm doctrinam *d. l.* 4. quam probat concluſionem Azeued. *in d. l.* 4. *n.* 8. *verſ. ſatisfacere, tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.*

Et quamuis dicant Nautæ caupones &c. teneri etiam si officialem exhibuerint, vt notat Azeued. *d. n.* 8. Auil. *d. c.* 4. *Prætor.* Giurb. *d. n.* 46. notandum est id procedere iure communi attento, secundùm quod regulanda est actio in eos conferenda, cū tanquam fideiussores officialium censeantur.

Sed licèt eadem in noſtro caſu procedant, tamen cū à fideiusione, seu nominatione liberetur eligēs exhibendo officialem *d. l.* 4. secundùm illius dispositionem regulandum est, siue de causa criminali actio detur, siue de ciuili in noſtro caſu.

Vltima l. noſtræ pars disponit, vt nullus ad officium Tabellionis admittatur nisi prius examinatus, & approbatus fuerit à iudice, vt ibi: *Y que los del Crimen ayan de ſer aprobados por la Sala de nueſtros Alcaldes, y los de Prouincia, por los Alcaldes ante quien deſpacharen los Eſcriuanos propietarios que los nombraren, &c.* 57

Quæ constitutio desumpta videtur ex dispositione *l.* 4. *tit.* 19. *p.* 3. *l.* 1. 2. & 3. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop.* vbi Azeu. in *l.* 2. *n.* 3. Carol. Graſ. *libr.* 1. *regal. Franc. Iur.* 8. inquit neceſsariam esse in Tabellionibus officij peritiam, *l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 2. *ord.* ne ignorantia eorum mundum destruat, à qua exoriri infinitos errores: liteſque dicit Angel. *conſ.* 295. & *conſ.* 338. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 4. Bobad. *lib.* 3. *Pol. c.* 14 *n.* 44. De quo adest pragmatica constitutio in Regno Neapolit. vt refert Rouit. in *pragm. Neap. tit. de offic. prag.* 11. *§.* 5 *fol.* 262.

Quòd ex illo deduci posse dicendū est, quòd antiquitus in Tabellione requirebatur iurisprudentia, Auth. *vt fact. nou. conſt. cap.* 1. quæ omittere cēsui, cùm latè scripta sint à D. Nicol. de Castro *exerc. Salm. princ. de empt. & vēdit. ex n.* 119. D. Franc. de Amay. *l.* 15. *num.* 12. & 13. *C. de Decur. lib.* 10. Armendar. *ad l.* 16. *n.* 14. *tit.* 20. *lib.* 1. *Recop. Regn. Nauar.*

L.8.tit.21.lib.2.Recopilat.

ORDENAMOS y mandamos, que en esta Corte, en las Ciudades de Valladolid, Granada, Seuilla, y la Coruña, no puedan lleuar algunos derechos, sin que primero estèn tassados por el Tassador General, y que el genero de prueua, y las penas sean las mismas. Y los Alcaldes de nuestra Casa y Corte, Chancillerias, y Audiencias, y las Iusticias ordinarias de las dichas Ciudades, no sentencien, ni determinen ningun pleyto en q̃ no se aya cumplido con esto. Y porque con los que estàn presos puede ser mayor daño, porque tienen menos quien les defienda, y por lo poco que reparan en nada, atrueco de verse libres. Encargamos, que con mayor cuidado, y puntualidad se cumpla esto en sus causas; y porque en qualquier parte del pleyto pueden ser sueltos, y entonces se entiende son molestados con los excesiuos derechos que les lleuan: Ordenamos, y mandamos, que el tassador con vn Alcalde (haziendolo a semanas) tassen cada mañana lo que deuieren los presos, que se mandaron soltar; y entregandolos al tassador, los reciban de su mano las personas que lo huuieren de auer; y recibiendolos en otra forma, les damos por incurridos en la misma pena.

Y otrosi mandamos, que en este Reyno los dichos Escriuanos, y los que residen en los Oficios de Prouincia, y Numero, no puedan lleuar, ni lleuen derechos algunos en los pleytos executiuos de ninguna de las partes, ni de papeles que se presentaren, ni prouanças que se hizieren en los diez dias de la opposiciõ, ni por tomar el pleyto, para oponerse el executado hasta que se aya sentenciado la causa: y entonces auiendolos tassado el tassador, se ponga la cantidad que montaren en vn mandamiento de pago que se diere, para que juntamente se cobren con el prin-

principal, y dezima, ſopena de priuacion de ſus oficios, y que queden inhabiles para poder vſar otros.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtris ſtipendia à iure taxata, conferenda ſunt, ne in præiudicium ſubditorum receptio iniuſta cedat.*
2 *Stipendia à iure Tabellionibus taxanda, ne iniuſtas exhauriant à litigatoribus receptiones.*
3 *Auaritia Notariorum reprimenda eſt, taxando ſportulas ab eis recipiendas.*
4 *Auaritia contraria eſt bono publico.*
5 *Præcipuè ſi animo officialium adhæret.*
6 *Tabellionum auaritia qualis, remiſsiuè.*
Curandum eſt, vt leges ſportulas eis taxantes ſeruentur.
7 *Sportulæ Tabellionibus taxandæ, & ni forma taxæ ſeruata, non ſunt recipiendæ.*
8 *Clementia vera virtus Principis eſt.*
9 *Carceratorum miſeria magna iudicatur.*
10 *Tabellionibus conſtituendum vt à carceratis ſportulas iniuſtas non recipiant, & n. 29. & 32.*
11 *Carcer pœnam in ſe habet.*
12 *Carceris perpetui pœna tantùm ſeruis imponi poterat tempore Romanorum, & num. 22. Adſimilatur pœnæ mortis.*
13 *Non liberis.*
14 *Quid conſtitutum ſit iure canonico, refertur.*
15 *Carcer malæ manſio dicitur.*
16 *Iniuria fit ei, qui in carcerem mittitur, ſicuti ſi mors inferretur.*
17 *Carcer ſeruitutis ſpecies eſt.*
18 *Minuit delinquenti pœnam.*
19 *In cuſtodiam, non in pœnam datur.*
20 *Pœna eſt, & in pœnam datur.*
21 *Adſimilatur torturæ.*
23 *Barathrum quid ſit, & Tullianum remiſsiuè.*
24 *Carceris miſeria, ex Demoſthene, & num. 27.*
25 *Et Caſsiodoro.*
26 *Princeps ſuccurrere debet carceratorum miſerijs per viſitationem.*
27 *Iudex ab indebita captura abſtinendus eſt; quia carcer viuorum ſepulchrum eſt.*
28 *Carceratorum liberatio inter pias cauſas numeratur.*
30 *Cuſtos carceris poteſt carceratum detinere pro impenſis carcerationis.*
31 *Carceratus non poteſt in carcere detineri pro ſportulis aduocatorum, tabellariorum, &c.*
33 *Sportulæ in cauſis carceratorum recipiendæ à Tabellionibus manu taxatorum, & 39*
34 *L. annonas, C. de erogat. milit. ann. lib. 12. exponitur.*
35 *L. Iubemus, C. cod.*
38 *Principis eſt munus, ne ſubditi grauentur.*
40 *Sportulæ legitimæ miniſtris debentur.*
41 *Alguazelus decimam executionis poſt ſatisfactam partem recipere debet, & 44.*
42 *Tabelliones ſportulas, ſecundùm legum conſtitutiones recipere poſſunt.*
43 *Tabellionibus quando ſoluendæ ſportulæ in cauſis executiuis, & 45.*



IEO Imperator in *l. annonas, C. de erogation. milit. ann. lib. 12.* eleganter conſtituit, vt miniſtris emolumenta debita pro publica vtilitate taxata erogentur, ne grauiter eruant cupiditate, & libidine à prouincialibus iniuſtas præſtationes. Ex quo textu dixit eleganter Neuius in *Syſtem.*

ad

ad l. 1. C. de actuar. lib. 12. vorax ardor lucri officialium reprimendum esse.

Quare Lucas de Pen. *in l. excellẽtiæ*
2 *9. num. 1. dict. tit. C. de erogat. milit. annon. num. 1.* inquit, multum Imperatores laborasse, vt liberarent subditos à fraudibus, & damnis Notariorum: Ad quòd latas fuisse *l. 1. C. de numer. & actuar. lib. 12.* voracem fraudulentam numerariorũ rapacitatem prohibentes *l. ex aula, C. de priuileg. eor. lib. 12.* rapacesque quæstus eorum, quód Luc. de Pen. *in dict. l. vorax*, de omnibus ministris obsequẽtibus præsides intellexit, præsertim de Tabellionibus.

Rebuf. autem *in d. l. annonas*, dicit constitui debere, vt officialibus publicis sportulæ taxatæ conferantur, ne ex receptione iniusta subditos grauent, Platea eadem refert *in d. l. annonas*.

3 Ex quo principio notat Auil. in *c. 10. Prætor. verb. vna vez*, reprimendam esse Notariorum auaritiam in receptione sportularum, cùm rapaces sint, & auaritiæ dediti, quibus accommodari debet, quæ notat Aristotel. de vit. & virt. *Auaritia vitium est animi, quo turpe lucrum sectamur*, de quibus vide quæ notat Symanch. *lib. 5. epist. 60. & 65.* Cornel. Tacit. *lib. 13. ann.* & ex Laur. Mediol. Epis. Buleng. *de Imper. Rom. lib. 9. c. 3.*

4 Nihil enim tam contrarium est bono publico, quàm auaritia, Cicer. *libr. 2. de finib. Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modò singulos homines, sed vniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant Rempublicam.*

5 Hoc enim præcipuè procedit, dum animo adhæret publici officialis, ex quo Bart. *in l. omnes populi, num. 40. de iust. & iur.* quærens an statutum præcedentiæ extendatur, dicit vi potestatis fieri posse, sed inquit: *Hæc extensio permittenda non est, vt fiat voluntate canis curialis, seu Tabellionum, qui ab eo deuorator boni publici dicitur.*

6 De hac Tabellionum auaritia, latè Iason in *§. Tripli. inst. de action. num. 57.* Nemo eorum qualitates explicat latiori calamo, quàm Luc. de Pen. in *l. 1. C. de litor. & itiner. Cust. lib. 12.* Didac. Perez *in l. 14. tit. 3. lib. 2. ordin.* Quare multum elaborandum esse inquit, Bobadill. *lib. 3. Polit. cap. 14. n. 37. & 38.* vt leges sportulas constituentes seruentur.

Quæ nostri textus constitutio ad ob- 7
seruantiam, *l. vnic. tit. 26. & l. vnic. tit. 27. lib. 4. Recop.* lata fuit, vbi taxantur sportulæ à publicis Tabellionibus recipiendę. De quorum iurium obseruatione, iniustaque receptione, si contra recipitur à Tabellionibus publicis, Auend. de *exeq. par. 1. cap. 2. num. 1. & 2. part. cap. 18.* etiam si spontè conferatur Auil. *cap. 1. Prætor. verb. lleuarán, nu. 4.* Cępol. *cons. 13. num. 15.* Paz *in Pract. annotat. vlt. num. 21. 22. 23. & 24.* Couarr. *reg. peccatum, 2. part. §. 3. num. 6.* Gregor. Lop. *l. 15. tit. 19. par. 3.* traditus à Bobadil. *d. lib. 3. Polit. cap. 14. n. 38. & 39.* de quo videnda sunt, quæ latè diximus supra *l. 19. tit. 19. hoc lib.* Aflict. *ad constit. Neapol. rubr. 72. & 73.*

Secunda nostræ l. pars pro auxilio 8
carceratorum respicit, ne auxilio destituti plures ab his grassatoribus patian tur iniurias: *Non est quicquam* (inquit Vulc. Galic. *in vit. Auid. Casij*) *quòd Romanum Imperatorem, magis commendet, quàm clementia*, & Cicer. *lib. 1. offic. Nihil est laudibilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, & clemẽtia.* Hæc enim virtus in Principe vigere potius, dixit Cassiodor. *lib. 11. ep. 40. Quis tuo non egeat munere, cùm sit peccare commune*, suumque attributum esse dicit, latè Torr. *Philosoph. mor. lib. 7. c. 5. Lipsi. lib. 2. Politic. cap. 12.* & Claud. *2. Stilicon.*

Hæc docet vt pœnis hominum, vel sanguine pasci,
Turpe ferumque putes: vt ferrum Marte cruentum:
Sic cum pace præmas, vt non infensus alendis,
Materiem præstes odijs, vt fontibus vltro
Ignouisse velis, deponas ocyus iram, &c.

Hanc virtutem in Rege nostro laudat

dat Doctiſsim. D. Ioan. Bapt. Larrea *deciſ.25. Granat.num.3.* omnia ad bona rum litterarum notitiam neceſſaria cõ mendat meus D.D. Ferdinand. Pizar. *viror.illuſt.vit.1.cap.5.fol.20.& fol.24 obſ.7.& fol.29. obſ.1.*

Ex quo Senec. *lib.1. de Clement.* inquit *cap.3. Nullum tamen clementia ex omnibus magis, quàm Regem, aut Principem decet. Ita enim virtutes magis viris, decori, gloriæque ſunt, ſi illis ſalutaris potentia eſt: nam peſtifera vis eſt valere ad nocendum.* Contrario verò teſte Caſſiodoro *lib.3. Epiſt.46. Materia eſt gloriæ principalis delinquentis reatus; quia niſi culparum occaſiones emergerent, locum pietatis non haberet.*

Hæc enim pietas gloriam noſtris Regibus confert, dum cauſam offert, vt pro ſubditorum carceratorum auxilio proſpiciant, Senec. *lib.1. de Clemen.* dixit: *Seruare incolumen proprium eſſe excellentis fortunæ.* Nam teſte Caſsiodor. *lib.11. Epiſt.40. Ex hac virtute ſuauiſsimos fructus legimus, & remittendo alijs nobis parcimus.*

9 Quid enim miſerabilius homine in carcerem clauſo, cuius habitationem decantat Aurel. Prud. his verbis.

Eſt intus imo ergaſtulo,
Locus tenebris nigrior,
Æterna nox illic ſilet.

Verè pietas, ac clementia Regis exequitur, dum pro ſubuentione carceratorum proſpicitur: ob id ad publicam vtilitatem reorum liberationem perti nere contra Iaſonem defendit Quintanad. *lib.2. de Imperio, titul. Imperio mero, num.3. fol.270.* Nam immenſum crucia tum ſuppliciumque luũt, qui in carcerem clauſi, priuati ſunt aure communis hauſtu, & lucis aſpectu, vt Imperator dixit in *l. omnes 23. C. de pœn.*

10 Neque enim vltra legitimam conſtitutionem à carceratis ſportulas accipere licet. Neque pro libertate conſequenda plus iuſto impendere. Quid à carcerato Tabellio non exhauriret, vt eum à miſero carceris ſqualore libe ret? *Inter ſupremas* (dixit Caſsiodor. *libr.3. Epiſt.42.*) *enim anhelantis angu-*

ſtias votum eſt potius perire quàm viuere. Si vitam offers, vt ab anguſtia liberes: quid impendere pecuniæ recuſabis, vt carceris pœnas fugias? 11

Carcer enim pœnam in ſe habet *l.2. C. de exactor. tributor. libr.10.* vt dixit Caballin. *caſ.142. num.3.* in quo no tandum eſt iure Romanorum ſeruis tan tùm permiſſum fuiſſe imponi pœnam 12 carceris perpetui *l. ſeruus ſub pœna, de pœn.* liberis autem minimè, *l. incredibile, l.6. C. eodem,* de quo Salicet. & Cyn. 13 in *d.l.6.* Cuiac. *lib.14. obſeru. obſeruat.* 34. Menoch. *de arbitr. lib.1. quæſt.89.* Sebaſt. Neuius in *Syſtem. ad d. l.35. de pœn.* Petr. Gregor. *lib.31. Syntagm. cap.* 33. *num.24. &* 25. Oſuald. ad Donel. *lib.15. com. c.38. lit. H.* Quintanad. *dicto titul. de Imperio mero, numer.8. fol.* 274.

Quid verò iure canonico ſit conſti- 14 tutum, refert deciſio *cap. quamuis carcer. de pœn. lib.6.* Sim. *de Cat. inſt. tit.16.* Pet. Greg. *dicto c.33.* Mieres *conſt. Catan. coll.2. cap.45. numer.14.* aſſerunt DD. iure Canonico attento carcerem in pœnam imponi, Mieres *dicto tract. coll.6. cap.38. num.35. & col.9. nnmer.* 38. *cap.3.* Bobadil. *lib.3. Polit. cap.15. num.6.*

Quia mala manſio dicitur *l. item* 15 *apud Labeonem, §. quæſtionis, de iniurijs, l.1. §. quæſtionem, ad Syllanian.* Franciſc. Marc. *part.2. deciſ.283. num.* 4. Caualcan. *Brach. Reg.2. par. num.12* Farinac. *pract. quæſt.27. num.1.* Solorzano *de parricid, lib.1. cap. fin.* Salgad. *Reg. protect.2. par. cap.4. num.1.* Valenzuela *conſ.163. num.35. tom.2. & tom. 1. conſ.43. num.162.* Aluar. *de priuileg. miſerab. perſon. q.11. n.4.* Mar. Cutel. *ad ll. Sicul. ad ll. Iacob. c.15. not.21. n.1.* Lucan. *lib.3.*

Carcer & horribilis de ſaxo iacto deorſum.

Taliter, quòd ex Bald. *in capit.1. §.* 16 *denique, quæ fuit principalis cauſ. hæred. amittend.* Hippolyt. *l. accuſatio, col.2. de fal. l.1. col.2. de quæſt.* inquit Marc. Ant. Eugen. quòd non minus attrox iniuria fit ei, qui in carcerẽ truditur, quã ſi mors inferatur *conſ.76. n.161.*

Et

Et ex textu in *l. Titio, §. 2. de condit. & demonst. l. 1. & 2. de liber. hom. ex hib.* Mascard. *de probat. concluſ. 266. n. 6.* Eugen. *d. conſ. 76. num. 160.* Amescua *de poteſt. in ſe ipſ. lib. 1. cap. 16. num. 12.* notat Giurb. *conſ. 65. num. 7.* carcerem eſſe ſeruitutis ſpeciem, Guazin. *de reor. defenſ. 5. cap. 4. num. 11. & ſeqq.* Matienzo in *Dialog. Relator. à. part. cap. 9. num. 12.* Valenz. *monit. contra Venet. 3. par. num. 216.* D. Ioan. de Solorzan. *de Gubern. Indiar. lib. 1. cap. 3. num. 52. & cap. 14. num. 102.* Aluar. *de priuileg. miſer. perſonar. quæſt. 11. num. 3.* alijs adductis à Bobadill. *lib. 3. Polit. cap. 15. num. 15.* Petr. Gregor. *lib. 2. de Repub. cap. 7.* Mario Cutel. *ad ll. Sicul. ad ll. Iacob. cap. 15. num. 1.* minuitque delinquẽti pœnam, vt Tiraquel. *de pœn. cauſ. 41.* Bertaz *conſ. 459. num. 10. & conſ. 516. num. 7.* Marſ. *tract. de Bannit. verb. carcerati, numer. 19.* Roland. *conſ. 41. num. 15. volumin. 4.* Farinac. *in pract. quæſt. 19. num. 31.* Menoch. *de arbit. lib. 1. q. 89. n. 4.* 18

19 Sed quamuis dicant carcerem in cuſtodiam, non in pœnam imponi, vt ex *l. aut damnum, § ſolent, de pœn. l. 1. l. de his, C. de cuſtod. reor. cap. quamuis, de pœnis, l. 12. titulo 29. l. 4. titul. 31. part. 7.* Bart. *tract. de carcer. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 305.* Parlador. *tomo 2. rer. quot. cap. fin. 5. part. §. 6.* Cancer. *tom. 2. var. cap. 2. numer. 67. deciſ. Dolan. 24. num. 2.* Menoch. *conſ. 94. numer. 39.* Franc. Marco *d. deciſ. 283. num. 3. & antea quæſt. 910. num. 3. & 6.* quòd latè comprobat D. Franciſc. de Amaya *in l. 2. ex num. 11. cum ſeqq. C. de exactor.* Caualcan. *Brach. Reg. 2. par. num. 323.*

20 Tamen in carcere detentio pœna eſt, cùm ſine miſeria fætore, & penuria vix eſſe poſsit, taliter, vt aues incluſæ canendi voluptatem amittant, quid autem de hominibus dicendum? Cicer. 4. *Catilin.* pœnam eſſe carcerem dicit: *Vincula verò, & ea ſempiterna, certè ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta ſunt, l. 2. C. de exact.* Franch. *deciſ. 317. num. 4.* Cabal. *d. cap. 142. num. 3.* Bobadill. *in Polit. cap. 15. numer. 5.* aſsimilaturque torturæ, vt ex Bart. in *l. 1. §. Diuus Seuerus, de quæſt.* notat Claud. Bertazol. *conſ. 162. in addit. lit. D.* Monter. *deciſ. Aragon. 7. num. 2.* Franciſc. Marc. *d. deciſ. 283. num. 3.* Valenzuela *conſ. 74. num. 79. & 80.* Roland. à Valle *conſ. 17. num. 22. lib. 3.* Farin. *d. quæſt. 27. num. 1.* Guaz. *deftnſ. reor. 1. p. defenſ. 6. cap. 1. nu. 72.* Aluar. *d. q. 11. num. 72.* 21

Ex quo condemnatio ad perpetuum carcerem morti æquiparari dixerunt Innocent. *cap. qualiter, de accuſat.* Andr. Gail *lib. 1. obſeruat. 2. num. 7.* Neuio in *Syſtem. ad l. 8. num. 18. de pœn.* Beluga *Spec. Princip. Rubr. 24.* Farinac. *in praxi quæſt. 19. num. 31.* Ruin. *conſ. 88. num. 1. lib. 5.* Roland. à Valle *conſ. 41. num. 15. lib. 1.* Leon *deciſ. Valent. libr. 1. deciſ. 101. ex n. 5.* Franc. Marc. *q. 911. n. 2.* Caualc. *Brach. Reg. n. 2.* 22

Sed tamen non me latent, quæ ſcripſerunt DD. dicentes ad hoc, vt carcer pro mala manſione cenſeatur, non eſſe intelligendum de carcere ordinario ad detentionem tantùm conſtituto, ſed de baratro, aut Tulliano, de quo hìc agere deſtuli, vide Pantoj. *in l. 1. ex fol. 21. de aleat.* Doctiſsim. D. Anton. Gabrer. *lib. 2. de Mesu, capit. 46.* D. Franciſc. de Amaya *d. l. 2. ex nu. 22.* Demſter. *ad Roſin. Paralyp. ad cap. vltim. libr. 10. fol. 285.* Petr. Gregor. *lib. 31. ſynt. cap. 33.* per tot. Bobadill. *lib. 3. Polit. c. 15.* Pet. Greg. *de Rep. lib. 2. c. 1. n. 3.* 23

Adeſt etiam Demonſthenis Epiſtola carceris afflictionem fugientis ob illius miſeriam, in hæc verba: *Iam ob diſceſſum meum iure iraſci mihi non poteſtis. Neque enim ideò alij, quòd de vobis diſponerem, aut vſpiam alio reſpicerem, ſed primùm carceris ignominiam animo ferebam grauiter, deinde propter ætatem afflictionem illam corporis perpeti non poterã,* de quo Iacob. Menoch. *conſ. 283. n. 24.* Quintanad. *tit. de Imp. mero, lib. 2 n. 7. fol. 273.* 24

Quare Caſsiodor. indulgentiam, pietatemq; verè Principis eſſe virtutẽ di-

dicés,eamque commendãs ad carcera
25 torum ſubleuamen ,vt iudicum viſcera ad pietatem commoueat, illorum miſerias ſic exponit *lib.* 11. *Epiſt.* 40. *Et ideò cælla gemituum, triſtitiæ domus, apud ſuperos Plutonis hoſpicium, locus perpetua nocte cœcatus, tandem infuſione lucis albeſcat: In qua non vnum tormentum ſuſtinet eius, qui antequam incurrat, necis exitus, à ſupernis probatur abſciſſus. Primùm fætor ille collega catenarum abominabili mærore diſcrutiat, auditum alieni gemitus, & lamenta conturbant, guſtum ieiunia longa debilitant, tactum pondera præmentia defatigant, lumina diutinis tenebris obtuſa torpeſcunt. Non eſt vnum clauſis exitium, multifaria morte perimitur, qui carceris ſqualore torquetur.*

Quòd omittere nolui, licèt expoſitum ſit à D.D. Ioan. de Solorzano *de crim. parrid. lib.* 1. *cap.* 23. & poſtea *libr.* 1. *de Ind. Gubern. cap.* 14. *num.* 101. D. Ambr. *Domin.* 8. *poſt Pentecoſt.* inquit: *Eamus ad carceres, requiramus vinctos, humanis miſeriis, & angoribus condoleamus.*

26 Ex quo ſuadet Principi, ſeu Magiſtratui ſuo Maſtrill. vt carceratorum incommodis à Principe ſuccurratur, per viſitationem generalem *libr.* 3. *de Magiſtrat. cap.* 6. ex Auend. *de exequend. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. Ponte *de Proreg. tit. de duc. Prætor. §. de donat. expenſ. nu.* 10. Eliſ. Danza *tract. var. c.* 1. & 2. *de viſitat. carcerat.*

27 Farinac. verò in *practic. quæſt.* 27. *num.* 3. ſuadet iudici, vt ab indebita captura ſe abſtineat, cùm carcer viuorum ſepulchrum ſit, Caualcan. *Brach. Reg.* 2. *part. num.* 12. de cuius miſeria Petr. Gregor. *lib.* 31. *Syntagm. cap.* 33. *num.* 6 latè ratione ſqualoris, & ſocietatis pernicioſorum hominum, qui ibi cuſtodiuntur Aluar. *de priuileg. miſer. perſ. q.* 11. *num.* 4.

28 Ex quo inter pias cauſas carceratorum liberatio iudicatur *l. ſi quis pro redemptione, C. de donat.* Bald. *l. illud, nu.* 1. C. *de Sacroſanct. Eccleſ.* Tiraquel. *de pia cauſ. in præfat. col.* 4. & *l.* 16. *Conub. gloſ.* 8. *num.* 286. Stephan. Gratian. *diſceptat. cap.* 108. *num.* 1. Bobadil. *libr.* 3. *Polit. c.* 15. *n.* 134. Didac. Per. *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin.*

Cùm ergo pro libertate conſe- 29
quenda manifeſtum ſit à carceratis plus iuſto poſſe extorquere Notarios rectè fuit à noſtro Rege conſtitutum: *Y porque con los que eſtàn preſſos pue de ſer mayor el daño, porque tienen menos quien les defienda; y por lo poco que reparan en nada, a trueco de verſe libres: encargamos, que con mayor cuidado, y puntualidad ſe cumpla eſto en ſus cauſas.* Nec minor effulſit pietas in ſequenti conſtitutione. *Y porque en qualquiera parte del pleyto pueden ſer ſueltos, y entonces ſe entiende ſon moleſtados con los excèſsinos derechos que les lleuan: Ordenamos y mandamos, que el taſſador con vn Alcalde (haziendolo a ſemanas) taſſen cada mañana lo que deuieren los preſos, que ſe han mandado ſoltar, y entregandolos al taſſador, lo reciban de ſu mano las perſonas que lo huuieren de auer, &c.*

Notat Iul. Clar. *lib.* 5. *quæſt.* 62. 30
num. 10. poſſe carceratum à cuſtode detineri pro impenſis carcerationis. Ex qua reſolutione deducit Caualcan. 31
Brach. Reg. 2. *p. n.* 324. carceratos detineri non poſſe pro ſportulis aduocatorum, Tabellionum cæterorumque exercentium munera pro mercede, Mieres *ad Conſt. Cathalon. collat.* 4. *cap.* 8. *n.* 10. & 11. Guazin. *de defenſ. reor. par.* 1. *defenſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. & *ſeqq.* Aluar. *de priuilig. pauper. quæſt.* 28. *numer.* 68. & *ſeqq.* & *de priuileg. miſer. perſonar. quæſt.* 11. *num.* 35. Eliſeo Danza *var. cap.* 1. *de carcerator. viſitat. num.* 4. Hanc doctrinam voluerunt Reges noſtri, vt ſerui publici ſeruarent, neque ob illorum perfidam auaritiam plus iuſto priuarentur homines aura communi, ac grauarentur ſportulis illicitis, vt Affli-
ctis *ad Conſtit. Neapolit. Rubr.* 73. per totam.

Ex quo in *l.* 9. *tit.* 23. *lib.* 4. *Recopil.* 32
fuit conſtitutum, vt ſportulas iniuſtas à carceratis non reciperent, vbi Azeuedo *num.* 1. cuius conſtitutionis tenorem tanquam verè conformem Regiæ pietati, cum ex Caſsiodoro *d. Ep.* 40.

Quam-

Quamuis nomen ipſum iudicis dicatum videatur eſſe iuſtitia, & totius anni orbitatu æquitatis iubeamur ambulare veſtigijs; bis tamen diebus in domicilium pietatis iure deflectimus, ſeruandam commendat ex *l.1.de cuſtod.reor.l.fin.de erog.milit. ann. lib.12.* Bald.Put.& Tallad.Maſtril. *de magiſt.lib.3.c.6.n.22.*

35 Sed cùm conſtitutum ſit, vt ſportulæ non recipiantur, vltra à legibus conſtitutam formam à carceratis iuſtè additum fuit à noſtris Regibus, *entregandolos al taſſador, lo reciban de ſu mano las perſonas que lo huuieren de auer.*

34 Hoc præceptum, vt à manu *del taſſador*, recipiantur ſportulæ, ne carcerati grauentur, deduci videtur ex diſpoſitione *l.annonas, C.de erog.milit.ann.lib.12.* vbi conſtitutum fuit, quòd ſalaria miniſtris, ſeu officialibus debita in ærario reponerentur, vt è manu ſuperioris recipiantur, ne cum diſpendio ſubditorum ab ipſis miniſtris exigãtur, Greg. Lop. *l.25.verb.a los caualleros, tit.9.p.2.*

Quòd ad Notarios, ſeu *a los Eſcriuanos*, apud nos extendit Luc. de Pen. in *d.l.annonas, n.1.* ne iniuſtas ſportulas â viſceribus eruant ſubiectorũ in graue miſerorum carceratorum præiudiciũ, Platea, Rebuf. in *d.l.annonas.*

37 Hęc concluſio defenditur, & vt ſecũdùm iuſtitiæ rationem ſtipendia conferantur manu conſeruatoris pecuniæ publicæ, ex textu ex *l.iubemus 16. C.de erogat.milit.ann.lib.12.* quàm tenet ibi Bart. *n.1.* Rebuf. *ad l.annonas*, & Luc. de Pen. in *d.l.16.* Plat. & Sebaſt. Neuio in *Syſtem. ad d.l.16.n.1.*

38 Principem enim, aut Regem decet, ne ſubditi nimis grauentur, vt notat Caſſiod. *lib.2.Ep.25. Deteſtamur enim miſeros premi, commouemur & non quærentiũ malis, velociuſq; ad nos peruenit, quòd diſſimulatio parentis abſcondit.* Ideò ſecundũ *d.l.annonas*, notat Cuiac. in ea iuſtè conſtitutum, vt officiales ſtipendia, non ſuo arbitrio percipiant, ſed manu iudicum, ne vt Caſsiod. *d.Ep.25. Curiales, quibus volumus eſſe proſpectum, imminentium ſolicitudine coacti grauia damna ſentirent, & ſi dici fas eſt, cùm alienis debitis truculentis compulſionibus vrgerentur.*

Ex quibus iuſtè, piè, ac Catholicè, vt moris eſt a noſtris Regibus fuit conſtitutum, vt Tabelliones ipſi â carceratis ſportulas non reciperent, ſed manu cõ ferrẽtur *del taſſador*, ne pauperes nimis grauentur, vt Iuven. 39

Expectata diu tandem prouincia cum te,
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumque
Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum.

In receptione patiantur, quæ damnat Caſsiod. *d.lib.2.Ep.24.*

Concors eſt Doctorum concluſio miniſtris deberi iuſtus litium ſportulas, quas apud nos vocantur, *los derechos del pleyto*, vt *ex auth. de ſanctis Epiſcopis, §. ſportularum*, & alijs iuribus deducit Garc. *de expenſ.c.21.ex n.11.* latè Bobadil. *lib.2.Polit.c.21.ex n.33.* Matiẽzo *Dialog.Relat.3.p.c.24.num.5.& 6.* quòd præcipuè procedere, notat ipſe Bobad. *lib.3.c.20.n.65.& c.21.n.40.* dum á lege cõſtituta, nec deſignata eſt quantitas, Rodrig. *de execut.c.7.n.9.& 10.* Auil. *c.19. Prat. verb. derechos*, Armẽtar. *ad ll. Nauarr. l.9.titul.16.libr.1.ex num.6.* 40

Sed cùm quantitas Alguacelo pro executione facienda deſignata fuiſſet, vt eam percipere ſecundùm legalem diſpoſitionem poſſet, ne fraudes ab his fierent, tempus ad illius receptionem deſignatum fuit à lege, ſcilicèt, poſtquam pars principalis ſatisfacta fuerit *l.7. tit.21.lib.4. Recop.* & ibi Azeued. *ex n.2.* & antea in *l.10.tit.6.lib.3. Recop.* Parlad. *lib.2.rer.quotid.c.fin.6.p.d.c.7. n.13.* Arment. *ad ll. Nauar. l.9.tit.16. lib.1.n.2.* Ioan. Gut. *lib.1. Pract.q.127 n.1.* Bobad. *lib.1. Polit.c.13.n.28.* 41

Haud minus Tabellionibus concedi tur, vt ſportulas recipere valeant, ſecundùm legum Regiarum conſtitutiones deducitur ex *l.2.tit.18.l.8.tit.25.lib. 4. Recop.l.30.tit.3.lib.6.* Couar. *Reg.peccatum 2.p.§.3.n.2.* Paz in *praxi, annot. vlt.n.22.& 23.* Auend. *c.2. Prætor. n. 14. verſ. in cauſis*, Azeued. in *l.6.tit.25 l.vnic.tit.27.lib 4. Recop.* 42

43 Sed quamuis *in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recop.* nihil cóſtitutum circa tempus, quo ſportulæ ſoluendæ ſunt Tabellionibus in cauſis executiuis, licèt pro illarum receptione conferat ius pignóris exterminandi ex bonis debitorum, ſicut confert Alguacello, dum tamen pignus penes depoſitarium remaneat. Sed cũ cõſtitutum non ſit tempus, quo poſsit vẽdere pignora Tabellio, & deſignetur Alguacello, videbatur dicendum Tabellioni idem ius conceſſum, & quòd tempore factæ ſolutionis parti, ei ſolueren tur à iure conſignatæ ſportulæ.

44 Hæc reſolutio quamuis ab Azeuedo omiſſa, deduci poſſe videbatur ex diſpoſitione *l. 10. tit. 6 lib. 3. Recop.* vbi mandatur correctoribus abſolutè: *Que no lleuen, ni conſientan lleuar a ſus oficiales derechos de executiones por ningun contrato, ni obligacion, ni ſentencia de que ſe pidiere execuciõ, haſta que el dueño de la deuda ſea pagado, y ſe diere por contento, o las partes ſe concertaren, aunque ſean los derechos en poca cantidad.*

45 Sed vt & hæc ambiguitas tolleretur, ſcirentq; Tabelliones qualiter procedere deberent, norma fuit à l. noſtra cõſtituta, ſeu tempus deſignatũ, quo ſportulas in cauſis executiuis debitas reciperent, ibi: *Se ponga la cantidad q̃ montaren en vna carta de pago que ſe diere, para que juntamente ſe cobre con el principal, y decima*, quòd ſeruandũ videtur, ſecundũ receptam doctrinã Parlad. Bobad. Gutier. Rodrig. & cæterorum de Alguacello loquentium ad interpretationem *d. l. 7.*

Tamen fieri poſſunt à partibus conuentiones, quæ in præiudicium Tabellionum retundere, haud dubium eſt, taliter vt ſportularum exactio, vel impediatur, vel tollatur abſolutè, ſi aliàs ni in ipſo *mandamiento de pago*, fieri non valeat.

In quo dicendum eſt, quòd ſi inter partes dilatio, vel pactio fit, taliter, vt iuris attentis diſpoſitionibus protrahatur ſportularum receptio dolo, idem quòd in Alguacello obſeruant DD. vt Ioan. Garc. *d. lib. 1. q. 127.* Parlad. *d. 6. p. §. vnic. ex n. 17.* Rodrig. *de exec. d. c. 7 ex n. 14.* Armend. *ad l. 9. ex nu. 2.* & in noſtro caſu ſeruandum credo.

L.68.tit.1.lib.3. Recopilat.

PORQVE en los pleytos ciuiles pendientes en la Audiencia de la Galicia, ſuele dudarſe, ſobre ſi ſon de mayor, o menor quantia para poderſe apelar, y ſobre eſto ha auido algunas competencias entre la Chancilleria, y Audiencia: Ordenamos y mandamos, que ſiempre que huuiere diferencia entre las partes, ſobre ſi el valor de la hazienda ſobre que ſe litiga es de mil ducados, o mas, pretendiendo la vna parte, que por ſer de mas valor ha de conocer el Preſidente, y Oydores de la dicha Chancilleria: y la otra, que por ſer de menos, ha de quedarſe en grado de apelacion en la dicha nueſtra Audiencia de Galicia: el conocimiento deſte articulo, y ſu determinacion, ſe aya de tratar, y trate ante el Preſidente, y Oydores de la nueſtra Chancilleria, y para conocer, ſe den por ella las prouiſiones, y compulſorias neceſſarias, para traer los Autos, y para emplaçar, y citar a las partes, y las perſonas, y Eſcriuanos a quien ſe dirigieren, las cumplan: y la Audiencia de Galicia mande dar teſtimonio de las apelaciones que ſe interpuſieren, ſin poner en ello eſtoruo, ni dilacion.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratuum creatio melioris gubernationis cauſa facta, n. 4.*
2 *Conſilium ſupremum loco Præfecti Prætoris ſubrogatum.*
3 *Cancellariæ loco Cancellarij maioris conſtitutæ.*
5 *Curia in Lutetia Pariſiorum apud Gallos conſtituta, & quare?*
6 *Cancellariæ, & Audientiarum laudes remiſſiue.*
7 *Iudicũ ſeu Auditorum in Cancellarijs exiſtentium ſumma integritas.*
8 *Cancellariæ conſtitutæ cauſa melioris gubernationis Reipublicæ.*
9 *L.1.tit.4.lib.2.Ordin. refertur.*
10 *Hiſpalenſis Audientia qualem iuriſdictionem habeat, & cognitionem cauſarum.*
11 *Appellatio à ſententia Auditorum Cancellariæ, nõ admittitur, & quãdo ſecus.*
11 *Hiſpalenſis Audientia, quam cognitionem habeat, & in quibus cauſis per appellationem à ſententia Iudicũ Audientiæ Canariæ.*
12 *Galliciana Audientia quam cognitio-*

tionem habeat in cauſis Regni, & quando ab ea ad Chancellariam Valliſoletanam admittatur appellatio.

13 Poſſeſſoria cauſa Beneficialis, an agi coram ſæculari iudice valeat.

14 Appellatio in dubio admittenda.

15 Ab omni grauamine.

16 Eſt præſidium innocentiæ.

17 Appellationis denegatio iniuriam irrogat.

18 Defenſio denegari non valet.

19 Author qualiter intelligendus in id quod ſcripſit lib. 1. de leg. Polit. cap. 9. n. 7.

20 Cognitio quãtitatis ad admiſsionem appellationis in cauſis Audientiæ Galliciane pertinet ad Auditores Valliſoletanos, & 41. & 52.

21 Appellationis admiſsio pertinet ad iudicem à quo.

22 Ratio adducitur huius concluſionis.

23 Iudex à quo appellationem non admittens punitur, & qua pœna iure ciuili attento, num. 24. & 25. canonico.

26 Apellatio friuola non eſt admittenda.

27 Opponenda coram Iudice à quo

28 Iudex à quo in quæſtione admiſsionis appellationis tantùm habet cognitionem ad inſtructionem, non ad deciſionem.

29 Appellationis admiſſio iudici ad quem pertinet, & n. 39 & 42

30 Illius admiſſio requirit cognitionem cauſæ.

31 Appellatio abſoruet inferioris iudicis iuriſdictionem.

32 Appellatione pendente nihil nouandum.

33 Iudex inferior poſt appellationem nõ poteſt procedere in cauſa.

34 Appellatio cauſam ad iudicem ſuperiorem devoluit, extinguit vires rei iudicatæ, & iuriſdictionem reſpectu futuri euentus.

35 Appellatio ſuſpendit ſententiam, quoad effectum ipſius, non quoad alia.

36 Contrarium verius, vt ſuſpendat ſententiam, tam quoad executionem, quàm quoad officium iudicis.

37 Iuriſdictionem ad Iudicem ad quem transfert.

38 Iudex à quo poſt appellationem incompetens eſt.

40 Appellationis admiſſio pertinet ad Iudicem ad quem in caſu dubio, & n. 43.

42 L. Chirographis, §. 1. de adminiſtr. tut.

44 Appellationis admiſsio, vel denegatio præiudicialis cenſetur.

45 Et à denegatione illius admittitur appellatio.

46 Iudicis ſuperioris eſt decernere, an ſua ſit iuriſdictio.

47 Iudex à quo ſi appellationem non admittit reſcribere iudici ad quem, tenetur cauſam inadmiſsionis.

47 Iudex ad quem non debet cognoſcere ſuper admiſsionem apellationis, cum diceret iudicium in ſua cauſa.

49 Iudici cui opponitur exceptio incõpetentiæ, vel cui denegatur iuriſdictio competit de ea cognoſcere.

50 L. 5. tit. 20. libr. 4. Recop. conferens Iudicibus ſupremis cognitionem, ad ſupplicatio cum pœna M. D. refertur.

51 L. 7. tit. 4 lib. 1. Recop. refertur cõferens iudici Eccleſiaſtico cognitionẽ, an ſua ſit iuriſdictio.

53 Appellationis admiſsio, an deſideret cognitionem cauſæ, & citationem, & num. 57.

54 Acta cuius expenſis adduci debeant in cauſa appellationis.

55 Acta cauſæ coram iudice ſuperiori adducenda, & quibus expenſis.

56 Acta cauſæ, tam fauentia reo, quàm actori ad Iudicem appellationis adducenda.

57 Appellationis admiſsio cauſæ cognitionem deſiderat.

1 MElioris culturæ cauſa fuiſſe Magiſtratus conſtitutos referunt DD. à Principe, ad iudiceſq; cómunicatam poteſtatem, diximus Moyſis exemplo Reges commotos, vt iudices diſcernerent, poteſtatemq; crearent retulimus ſup. ad *l.63.tit.4.lib.2.* Varia fuit olim poteſtatis exercendæ authoritas, vel per Queſtores, Triũviros, Præ-
2 fectos, Præſides, vt notũ eſt Romanæ hiſtoriæ lectoribus, diximus noſtro de *l.Polit.tract.lib.1.c.13.* & latius ſup. in *l.63.tit.4 lib.2.* In Iſraelitico verò populo, vt patet Exod. *c.18.* poteſtas erat penes Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, quos à Græcis vocatos inuenimus Chiliarcos, Ecatontarchos, Pentecontarchos, Decadarchos, & Grammatoiſagogeos, vt ex diuinis literis, deducit Car. Sigon. *de Rep. Hebræor. lib.6.c.6.* conſilij authoritatẽ, loco Præfecti Prætoris, ſecundũ Romanas leges fuiſſe erectum, notat Valenz. *conſ.92.n.52.*

3 Ex *l.autẽ 19.tit.9.p.2.* loco Cancellarij maioris fuiſſe erectũ ſupremũ conſiliũ patet, & etiam Cancellarias ex Auend. *de ſecũd.ſupplic.n.1.* Ioan. Gut. *lib.3.pract.q.38.n.2.* Valenz. *cõſ.82.n.46.*

4 Sed nunc videndũ eſt, quæ vtilitas ab erectione huius conſilij ſubditis ſequitur, patet enim Exod. *c.18.* ne Rex, & ſubditi ſtulto labore conſumãtur, cùm per ſe omnia Princeps agere non valeat, nec ſubditi Principem ſequi, vt iuſtitiam eis conferat.

5 Hæc ratio fuit ex qua teſte Pet. Gregor. curia ſuprema fuit apud Gallos Pariſijs conſtituta, ne populus ſumptibus vexaretur, ſequens Principem, & Conſiliarios, vt diximus *d.c.13.n.17.*

6 Et ex qua diuiſiones Audientiarũ, ſeu Cancellariorum, laudat ex Boer. *de auth.magn.conſ.n.149.* Caſan. *Cathal.glor. mund.7.p.conſ.11.* Couar. *in pract. c.4.* Azeued. *Cur. Piſan. lib.2.c.23. & lib.4 cap.6.* Tiraq. *de Nobil.c.2.nu.20.* Theſ. *Præf. ad deciſ. Ped.* Caliſt. Ram. *de l. Regijs, §.10.* Bobad. *in Polit. lib.1.c.9.n.14.* Alfar. *de offic. fiſc. gl.24.* D. Ioan. de Solorz. *de gubern. Ind. lib.4.c.3.n.5.* Carraſc. *de caſ. cur. p.1.n.96. & ſeqq.* D. Ioã. Bapt. de Larrea *deciſ. Gran.98.n.20.*

De integritate ac iudicio iudicum in 7
Cancellarijs adſiſtentiũ meminit Valenz. *d.conſ.82.n.46. & conſ.92.n.51. & 52.*

Tamen Parlad. tantũ *dif. 10. & 14.* 8
per tot. Cancellariarum Hiſpaniæ diuiſiones, & cauſas adducit, quas vt concors eſt aſſenſus culturæ, ac gubernationis melioris cauſa fuiſſe factũ, probant Tapia *de excel. Cancel. Neap.* & Valẽt. *conſ.94. per tot.* laté Solorz. *d.c.3.* pene per totum, qui adducit D. Did. de Mendoz. *Iuſt. Bel. Granat. lib.1. fol.6.*

Qui autem in hac materia ſuffragio in 9
digemus, ex ipſa *l.1.tit.4. libr.2. ordin.* patet, quare ad quidq; fuerint Cancellariæ conſtitutæ, quòd ſic exponitur: *La Audiencia, y Chancilleria fue ordenada antiguamente por los Reyes de glorioſa memoria nueſtros progenitores, para q̃ las contiẽdas y pleitos q̃ ahi acaecieſſen entre nueſtros ſubditos, y naturales fueſſen preſtamente librados, y determinados por juſticia, y por derecho.* Hæc fuit ratio ex qua cauſa 10
rum cognitio Hiſpalenſi Audientiæ fuit conceſſa, eodem modo quo hodie exequitur ex *l.43.c.8.tit.2.lib.4. Rec.*

Sed tamen æqualem iuriſdictionẽ Au 11
dientiæ, ac Cancellariæ non habent, Parlad. *in ſexquicentur. dif.11.n.8.* nam de Cancellarijs non datur appellationi in caſu *l.1.tit.20.lib.4. Recop.* Ratio enim ea eſt, quòd loco magni Cancellarij, quo ſuprema cauſarum cognitio pertinebat, *l.19.tit.9.p.2.* fuerunt conſtitutæ vt diximus n.3. ex Ioan. Gut. & Valenz. In cauſis, ſeu cognitione Audientiarũ Galleciæ, ac Inſularum Canariæ diuerſi conſtitutum fuit, ſcilicet, vt de hac cõcedatur appellatio ad Audientiã Hiſpalenſ. in cauſis 300ij. marap. & cauſis criminalibus, in quibus pœna mortis irrogatur ex *l.4.tit.3. lib.3 Rec.*

Audientiæ verò Gallicianæ fuit conceſſũ ex *l.1. noſt. tit.* vt de omnibus cauſis ciuilibus, ac criminalibus cognoſce-

re poſſet intra terminos illius Regni: quæ extenſio, ſeu cognitio virtute mixti Imperij exequitur, cũ eius poteſtatis ſit cognoſcere in cauſis appellationum, Bart. *l.* 1. *§. ſolet, quando appel. ſit*, Natta *conſ.* 636. *n.* 74. *lib.* 3. Gig. *conſ.* 81. *n.* 5. Marant. *conſ.* 114. Barb. *ad l.* 1. *de iudic. ar.* 1. *n.* 160. á qua l. conceſſum fuit, vt ad Cancellariã Valliſoletan. appellatio admitteretur à grauaminibus factis per ipſos iudices Audientiæ Gallicianæ.

Sed tamen cũ per ipſam *l.* 1. diſponatur appellationẽ admittendã in caſibus à iure permiſsis, qui hi dicãtur, fuit cautũ per *l.* ipſam, ſcilicet, *ſi la cauſa principal ciuil fuere de cien mil marauedis, o den de a yuſſo: ca en tal caſo queremos, y mandamos, q̃ no aya apelacion dellas, mas q̃ aya ſuplicacion ante ellos miſmos, &c.*

Secundò denegatur appellatio in cauſis criminalibus, dummodo pœna mortis non irrogetur *l.* 9. *eod. tit.* 3.

Tertió in cauſis beneficialibus poſſeſſorijs *in l.* 10. de cuius legis poteſtate, ac obſeruantia diſputat Rod. *de reddit. lib.* 1. *q.* 17. *ex n.* 56. quærens an conſuetudo inducens cognitionem rei poſſeſſoriæ beneficialis in iudice laico ſuſtineri valeat, de quo tetigimus *de leg. Polit. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 69.

Quæ concluſio, ſeu conſuetudo defenditur ex Affli. *deciſ. Neap.* Menoch. *de retinen. remed.* 3. *ex n.* 328. à D. Ioan. de Solor. *de Guber. Ind. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 35. Camil. de Curt. *de feud.* 2. *p. c.* 2. *nu.* 144. in quo ſilere decreui, ne contrarius credar Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, cum pro inuiolabilitate ſuæ immunitatis vitam exponere nec dubitem 13

Sed cũ quam plures quæſtiones oriantur ſuper admiſsionẽ appellationis ad Audientiam Valliſoletan. & pro admiſſione appellationis præſumptio inſtet, cùm regulariter appellatio admitti debeat *l. quoniã iudices, l. iudicibus, l. immunitas, de appe. c. de priore, de appe.* ab omni grauamine Pet. Greg. *lib.* 50. *Syntag. c.* 2. *nu.* 18. *l. ſi arbitrio* 10. *qui ſatisdar. cog.* Grat. *reſp.* 26. *n.* 13. *vol.* 2. Grac. *tom.* 1. *diſcept. c.* 182. *nu.* 34. Marc. Ant. *lib.* 1. *var. reſ.* 56. *n.* 6. *& lib.* 2. *reſ.* 4. *n.* 31. In 14 51

trigl. *deciſ. Sicil.* 22. *lib.* 1. *n.* 8. Giurb. *deciſ.* 49. *n.* 1. Surd. *conſ.* 271. *n.* 59. Cùm præſidiũ innocentiæ ſit, & fundamentũ libertatis, vt diximus *de l. Pol. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 4. *&* 5. latè Valenz. *conſ.* 195. *ex n.* 1 cũ multis ſeqq. in dubio admittẽda eſt, vt diximus, & notat ex Gl. *in l. qui reſtituere, de reiuind.* Giurb. *deciſ.* 49. *n.* 1. *& deciſ.* 101. *n.* 9. Decian. *conſ.* 47. *nu.* 31. *vol.* 1. Surd. *cõſ.* 277. *n.* 31. *& de alimẽt. tit.* 8. *priuil.* 60. *n.* 2. D. Pet. Noguer. *alleg.* 33. *n.* 44. Menoch. *conſ.* 345. *n.* 49. Aug. Barb. *in c. vt debitus, §.* 9. *n.* 12. *de appel.* Rip. *obſer.* 214. *n.* 2. Cũ denegatio appellationis legitimæ, quatenus vt ſentiunt DD. defenſio naturalis cenſetur, Couar. *pract. c.* 23. *n.* 6. Giron. *de priuil. n.* 743. Scac. *de appell. q.* 16. *lim.* 1. latè Aug. Barb. *c. ſuggeſtũ* 15. *n.* 3. *de appel. & c.* 61. *§. porrò, n.* 14. *eod. tit.* Brun. á Sol. *loc. cõm. verb. appel. n.* 16. iniuriam irroget, *vt d. tract. de l. Polit. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 3. & appellationem tollere, etiam defenſionem denegare ſit, Dec. *l. vt vim n.* 26 *de iuſt. & iur.* Grat. *reſp.* 163. *n.* 10. *vol.* 2. Lancell. Gal. *conſ.* 30. *n.* 8. & alij adducti à Valenz. *d. conſ.* 193. *n.* 9. Surd. *cõſ.* 163 *n.* 7. Oſſual. ad Donel. *lib.* 23. *cõm. c.* 2. *lit. A* nouiter D. Ant. Garaña *in c. poſtremo* 36. *& alijs n.* 3. *de appel.* 15 16

Quòd deducitur ex eo, quòd defenſio denegari non valet, quia à principio naturali deſcendit, *d. tract. de leg. Pol.* ſæpius diximus præcipuè *lib.* 1. *c.* 7. *ex nu.* 84. *& §. vnic. ex n.* 184. 17

In quo notandum eſt, quòd quamuis *d. tract. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 7. diximus licitũ eſſe defenſionem etiam cũ periculo, & mortè aggreſſoris: & *nu.* 8. deducimus licitam eſſe defenſionẽ etiam contra Papam, & Regem videndũ eſt, attentè fuiſſe dictũ defenſionẽ licitam contra Principes eſſe *ſi debito modo fiat.* Nam ſi deduci poſſe dicant cũ periculo eorum dictum, licitam fuiſſe errore ductũ credant. Nam defenſio â principali, ſeu Põtificali grauamine ſi fortè fit, aut fieri à Principe Catholico poteſt, non erit facienda cũ periculo illorum, ſed debito modo, ſcilicet reuerenter, & conſtituris à iure modis: nec violenter contra Prin 18 19

ci-

cipes procedendũ, ſed humiliſsimè, ac reuerenter cũq; debita obedientia, ac ſic cautè, vt nullo modo incidatur in hæreſim Viclephiſtem, de quo notanda, & ſeruãda ſunt, quę diximus *d.tract.lib.1 c.13.n.81.& ſeqq.& lib.3.c.vlt.n.66. 67.68.& 69.* quoad defenſionem iniuriæ factæ à Principe ſæculari quoad defenſionem verò factè per Pontificẽ intelligenda eſt doctrina *d.num.8.* ſecundũ doctrin. Victor. *de poteſt.cõcil.n.23.*

20 Ex his rectè videtur conſtitutum in noſtra l. vt cognitio neceſſariæ quantitatis ad appellationem de ſententia iudicum Audientiæ Gallicianæ ad eos nõ pertineat, ſed ad Auditores Cancilleriæ Valliſoletanæ.

21 Nam quamuis ſecundũ legiſtarum reſolutionem *in l.3.C.de appel.* admiſsio appellationis ad iudicem à quo pertineat, vt Bar. *in l.Præſes 5.n.3.C.eodem*, Bald. *ad l.3.n.8.* Capic. *deciſ.Neap.34. n.11.* & ex Speculat. Franch. & Contard. Scac. *de appel.q.11.art.1.n.1*

Cũ intereſſe illius principaliter conſi
22 deretur; quia ſi appellationẽ legitimã
23 repellat, puniendus veniat *l.quoniam iu dices, C.de appel.* Specul. *tit. de appell.§. nunc dicendũ, n.1.* Lancel. *de attent. cap. vlt.de pœn.attent.c.vlt.de pœn. attent. n. 250.* Scac. *de appel.q.13.ar.13.* qui pœnarum qualitates exponit ex *n.101.* tam
24 ſecundùm ciuilia ex quibus de vi publica teneri, notat Ioan. Fab. *in l.à Procõſulibus, C.de appel.* Boer. *deciſ.153.n.3.*
25 quàm ſecundùm Canonica iura, Lud. Roman. *conſ.501.ex n.1.* Boer. *deciſ.153 n.4.* Pet. Greg. *lib.50.Syntag.c.2.n.18.* Bobad. *lib.2.Polit.c.21.n.221.* de quo peculiaris lex noſtra eſt, *l.13.tit.18.lib. 4.Recop.* & ibi Azeued. *n.1.*

26 Secundò tenet Scac. *d.q.11.ar.1.n.4* ad iudicem â quo pertinere cognitionẽ appellationis admittendæ ex eo, quòd ſi friuolam appellationem admittat, & peccat, & puniendus eſt, cùm reijci debeãt ex Bart. *in l.1.§. interdũ à quibus appel.non lic.* Abb. Panor. *in c.vt debitus bonor.n.27.de appel.* Barbac. *conſ.51.n. 22.lib.1.* Menoch. *de arbit.caſ.197.n. 1.& 2.* Marc. Anton. *var.reſ.41.lib.2. n.14.* Ioan. Pet. Bym. *conſ.21.n.6.* Seſ. *deciſ.Arag.114.n.10.* Valenz. *conſ.195 n.31.* friuolæ appellationes, Surd. *conſ. 271.n.53.* Bobad. *lib.7.Polit.c.21.n. 222.* Scac. *de appel.q.2.n.48.* Salgad. *de Reg.protect.3.p.c.6.n.55.* D. Ioan. Baptiſta de Larrea *deciſ.Granat.97.nu.13.* Brun. à Sole *loc.comm.verb.appellans, n.3.* Torniel. *conſ.99.n.6.*

Sed nihilominus dicendum eſt, rectè 27
à noſtra l. diſpoſitum: nam officium iudicis á quo ſecundũ DD. ad id neceſſarium cenſetur, vt coram eo appellatio fiat *c.appel.de appel.in 6.* Bald. *l.apertiſſimi, n.3.C.de iud.* Ruin. *conſ.113.n.9. vol.4.* Alex. *conſ.16.nu.5.volum.1.* latè Surd. *conſ.28.ex n.1.cum ſeqq.*

Pręcipuè, quòd ex doct. Ant. de But. 28
in c.conſtitutus 35.n.13.de appel. iudici à quo conceditur cognitio appellationis, non cauſa decernendi appellationis admiſsionem, ſed ad inſtructionem, an admitti ab eo debeat, nec ne? quòd probat ex Franch. & Contar. Scac. *de appel.d.q.11.ar.1.n.3.* D. Franc. Salg. *de Reg.protect.1.p.cap.1.præl.5.n.211.& 213.* quòd comprobatur argumento textus *in c.1.de offic.deleg.lib.6.* vbi ſummaria cognitio confertur tantũ iudici inferiori ad informationem, an ſit ſua, vel devoluta iuriſdictio, Felin. *c.ſuperliteris, num.32.de reſcrip.* Tib. Decian. *tract.crim.lib.5.cap.23.n.9.* Surd. *conſ. 286.n.15.* Et ſic inconcuſsè tenent ad 29
miſsionem appellationis officium iudicis ad quem eſſe Boer. *deciſ.153.nu.6.* Scac. *d.tract.de appel.q.11.nu.109.* latè Rolan. à Valle *conſ.77.n.2.lib.2.*

Ex eo quòd cum ad cognitionem, an 30
appellatio admittenda ſit, requiratur cauſæ cognitio, gloſ. *in l.1.verb.ſummatim, C.quorum appel.non recipiat*, Bart. *l. 1.n.3.C.eod.* Nat. *conſ.529.n.29.& 30.* Scac. *d.q.11.art.2.n.14.* & appellatio abſorueat iudicis inferioris iuriſdictio 31
nem, & ex ea ad executionem inhabilis, & impeditus remaneat, *l.vnic.* & ibi DD. *nihil nouari*, & ibi latè adducit DD. Sebaſt. Neuio ad Rubr. *& d.l.1. & in l.ſciendum 6.de appellat. non recip.* Franch. *in Rubr.n.29.de appell.* Lancel.

de

de attent.p.2.c.12.num.19. Scac.*de appell.q.5.num.16.& 17.* Lapo *alleg.* 39. Surd.*conſ.228.n.20.* taliter vt nihil ab
32 eo innouari valeat,*l.illud ſciendum 9.de appel.* Valenz.*conſ.84.n.49.* Lancellot. *de attent.p.2.c.12.lim.4.n.27.* Cap.*ſuper eo de appel.c.ſi à iudic.eodem tit. libr.6.* Roman.*conſ.37.n.4.* Pariſ. *conſ.28.n.26.vol.4.* Natta *conſ.583.nu.5.* Roland.*conſ.77.n.3.vol.2.* Lancel. *tract. de attent.p.2.c.12.per totum,* Boer. *cõſ.43.num.6.* Cabellin.*milleloq.979.* Federic.de Sen.*conſ.66.num.1.* Surd. *de alimen.tit.8.priuil.10.n.2.* Barb. *in collect.cap.vlt.n.27.de appell.* Valenz *conſ.32.n.87.& conſ.44.n.13.& conſ.95.n.5.* Gonz.*Reg.8.Cane.gl. in annot.nu.204.& 205.*

Ideoque nequaquam poterit procedere
33 ad declarationem, an appellatio admittenda ſit,nec ne? Poſtquam ei auferatur iuriſdictio per appellationem, Bald.*l.addictos,n.2.C.de Epiſ.aud.* Roland.*conſ.37.n.12.vol.1.* Surd.*cõſ.271.n.36.* cùm ea ſit qualitas appellationis
34 vt poſt latam ſententiam iuriſdictionẽ ad ſuperiorem deuoluat, extinguatque rei iudicatæ vires,& ſuſpendat poteſtatem in omnibus reſpectu futuri euentus,quòd probat *c.Paſtoral.53.§.verũ, de appel.* Ant.Gomez *l.4.Tauri,num.6* Gutier.*lib.1.pract.q.39.n.6.* Surd. *deciſ.335.n.3.c.venientes,de iur.iur.c.non ſolùm,de appellat.lib.6.* Capic.*deciſ.188 n.5.* Decian.*conſ.67.n.5.vol.4.* Honded.*conſ.29.n.18.vol.2.* Oſaſch. *deciſ.131.n.9.* Franch.*deciſ.370.n.14.& deciſ.602.n.2.* Muſcat.*de appel.1.p.gl.1.n.37.* Schrader.*de feud.p.9.c.7.n.120.* Rol.*conſ.37.n.11.vol.1.& conſ.77.n.3.vol.2.* Cabal.*caſ.crim.110.ſub num.3.* Mar.Giurb.*deciſ.19.nu.2.* Menoch.*de arbit.lib.1.q.67.n.13.* Valenz: *conſ.84.num.50.* Fontanel.*de pact.nupt.p.1.gl.10.ar.4.num.68.* Sapientiſ.Reg.Fab.Capic.Galeot.*controu.lib.1.controu.61.n.13.*

35 Sed quamuis inſtet doct.Steph.Gratian.*d.c.121.n.12.* dicentis, ſuſpenſionẽ ſententiæ per appellationẽ tantũ eſſe intelligendam,quoad effectum ipſius,ipſe Grat.*c.269.n.41.* non verò quoad alia,ac conſequẽter poſſe iudices à quo procedere ad declarationem, an appellatio admittenda ſit,nec ne?

Adhuc dicendum eſt per appellationem iudicis à quo ſuſpẽſam iuriſdictionem eſſe,tàm quoad executionem ſententiæ,quàm quoad officium iudicis,*c. vt debitus honor el 1.& ibi* Felin. & Panor.*de appel.* Flam.Pariſ.*de reſign.lib.3.q.26.nu.18.* Cabalin.*milleloq.752.* Gouar.*pract.c.23.n.1.* Garc.*de nobil.gl.47 n.30.* Rolan.à Val.*conſ.37.n.11.vol.1.* Valenz.*conſ.84.nu.31.* Brun.à Sole *q.24.n.59.& ſeqq.* Ariſm.Tepat.*var. de appel.fol.321.* Gram.*deciſ.14.num.6.* Guid.Pap.*q.436.* Aug.Barb. *c.propoſuit 24.n.2.de appell.* Ex quo neque ad
37 declarationem officium exercere poteſt,cũ appellatio devoluat ad iudicem ad quem cauſam, ac etiam iuriſdictionem, Monach.*c.ſi ſententia,n.1.de re iud.* Lap.*alleg.2.* Valenz.*d.conſ.84.nu.52.* Afflict.*deciſ.188.n.65.* & ſic eam à iudice à quo abdicet,quód omnino ſuſpẽdat iudicis illius vſum, Bart.*l.eius qui, n.5.de appel.recip.* Soc.*conſ.38.n.11.lib.1.* Lancel.& Felin.adducti ab Scac. *de appel.q.17.lim.47.n.41.* taliter,vt nihil valeat à iudice diſponi,neq;in principali,neq;in acceſſorio,vt Scac.*d.lim.47.n.42.* Leon *deciſ.Valen.161.n.5.* cũ ſuſpendat pronuntiatum, quatenus reſpicit futurum euentum, Couar.*pract.c.23.n.1.* Lancellot.*de atten.2.p.c.12.in princip.n.114.* Leon *d.n.5.* cùm omnia facta,ac executa pendente appellatione attentata ſint : quòd ſic extendit Bald.*in l.addictos,n.2.C.de Epiſ.aud.* vt
38 credat,quòd poſt appellationem iudex à quo incompetens ſit,ſic vt ei tanquã non iudici,non ſit parendum, Lancel. *de attent.2.p.c.12.ampl.20.nu.2.* Scac. *d.tract.de appel.q.13.n.108.* Brun.à Sole *loc.cõm.verb.appellans, nu.20.* ex Oldrad.*conſ.89.* ac proinde omnia ab eo poſt appellationẽ conſtituta nulla ſunt, vt quam plurimis adductis Doctoribus probat Giurba *d.deciſ.19.n.4.& 5.* Valenz.*d.conſ.95.n.15.* & melius ex multis *conſ.71.ex n.64.*

36

Com-

39 Comprobatur hæc doctrina ex eleganti reſolutione Bald. in *l. appellatione 3. num. 8. C. de appellat.* vbi inquit ad iudicem à quo ſpectare ſe à cognitione cauſæ abſtinere poſt appellationem, pronuntiare verò an appellatio admitti debeat ad ſuam iuriſdictionē non pertinere. Ideoque præcipua deliberatio, quæ in iudicio appellationis interuenit ad iudicem, ad quem pertinet, vt ex ea deducatur, an appellatio admittenda ſit, nec ne.

40 Sed ad interpretationem noſtræ legis magis conducere videtur, quòd notat Gloſ. in *cap. Romana in princ. de elect. lib. 6. ad §. quod ſi*, vbi inquit, quòd ſi â iure conſtitutum ſit, an appellatio admitti debeat, tunc cognitio, ſeu declaratio neceſſaria non eſt, cùm ſatis â iure declaratum ſit, vt admittatur appellatio: ſi verò dubia exiſtat admiſſionis qualitas, tunc neceſſaria eſt admiſſionis declaratio, quæ competit iudici ci ad quem ex doctrina *d. cap. Romana, §. quod ſi, de appel. lib. 6.* Pet. Greg. *de appellat. c. 6.*

41 Secuddùm quam concluſionem rectè videtur à noſtra lege diſpoſitum, in caſu dubio admittendæ appellationis: *Que el conocimiento deſte articulo, y ſu determinacion ſe aya de tratar, y trate ante el Preſidente, y Oydores de la nueſtra Chancilleria*, &c. cum à *l. 1. hoc tit.* Iudices ad quos appellationes cauſarum illius Regni deducendæ ſint, conſtituti extent, quo caſu ad eos cognitio admiſſæ appellationis, vel admittendæ pertinet *d. cap. cum ſit Romana, §. ſi autem, & §. cum verò*, Bald. in *l. eos*, C. *de appellat.* Ruin. *conſ. 80. n. 2. lib. 5.*

42 De quo eſt deciſio, *l. Chirographis, §. 1. de admin. tutor.* vbi admiſsio appellationis haud pendet ex voluntate iudicis à quo, ſed ad ſuperiorem authoritatem iudicis ad quem attinet, *l. ſi quis 6. §. hi autem, de iniuſt. rupt. l. 1. & ibi gloſ.* & Bart. *num. 3. Nil Nouar. appel. pend.* Innoc. *in c. Paſt. n. 4. de offic. & poteſt. iud. deleg.*

43 Quòd præcipuè procedit dum dubitatio exoriri poſſet ſuper admiſſionem appellationis. Nam tunc ad iudicem ad quem pertinet admiſsionis reſolutio, vt Angel. in *l. quoniam Iudices, C. de appell.* Bart. *conſ. 195. num. 4.* Signor. *conſ. 130. & 251.* Alban. ad Bart. *in d. l. Chirographis, §. ab eo.* Et ſic tenent Paul. de Caſtr. *conſ. 194. num. 2. vol. 2.* Oldrad. *conſ. 317. num. 5.* Federic. de Sen. *conſ. 133.* Cardin. Thuſc. *lit. I. concl. 414. & 462. numer. 18. & concluſ. 464 num. 1.* D. Hieron. de Leō *deciſ. Valent. libr. 1. deciſ. 107. numer. 5.* Rouit. *pragm. Neapol. Rubr. de appellat. num. 23.* Peguer. *deciſ. 70.* Capic. *deciſ. 34. num. 11.* Carpan. *ſuper ſtatut. Mediol. cap. 131. num. 563.* Maſtril. *deciſ. 176. per totam*, Cancer. *var. par. 1. cap. 17. numer. 14.* Iacob. Laur. *de iudic. ſuſpect. cap. 44. num. 30.* Galganet. *de iur. public. lib. 2. tit. 45.* Camil. Borrel. *ſum. deciſ. tit. 33. ex num. 794.* Marta *de iuriſdict. 2. par. cap. 4. à num. 1.* Eſcobar *tract. var. de confeſ. ſolicitant. p. 2. q. 2. §. 3. n. 6. reg. 1. n. 6.*

Præſertim, quòd ſi vt latè diximus ſupra, ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicis à quo per appellationem, qualiter poterit decernere admiſsionem appellationis, Calcan. *deciſ. 4. num. 36. part. 2.* Magon. *deciſ. Flor. 90. num. 18.* Couarr. *pract. cap. 9.* Peregr. *conſ. 24. num. 21. lib. 1.* Laderch. *conſ. 4. in fin.* Maſtril. *deciſ. 19. in fin. & deciſ. 176. num. 6.* Menoch. *conſ. 921. num. 10.* quæ deciſionem cauſæ reſpicit, teſte Soccino *d. cōſil. 195. num. 2.* & ſic præiudicialis cenſetur, & grauiſsimi præiudicij ſecundùm Bart. in *l. 2. num. 8. & 17. de appellat.* Auend. *de ſecund. ſupplic. n. 1.* taliter quod de denegatione appellationis conceditur, imò admittitur appellatio, *cap. ſignificantibus*, & ibi Abb. *nu. 13. & 7. de offic. deleg.* Afflict. *deciſ. Neap. 354. num. 14.* Azeued. *l. 3. tit. 18. lib. 4. Recop.* Valenz. *conſ. 70. numer. 52.* Paul. de Caſtro *conſ. 258. num. 1. part. 1.* Auend. *d. tract. numer. 1.* Angel. & Nat. traditi à Scac. de *appell. quæſt. 17. lim. 47. membr. 1. nu. 166.* D. D. Ioan. Baptiſta de Larrea *deciſ. Granat. 100. per totam*, Marc. Anton. Grauaz. Add.

44 45

ad Octau. Vester. in *pract. lib. 3. cap. 10. num. 6.* Riccio *Collect. decis. part. 4. collect. 1306.* Trentacinq. *var. lib. 2. tit. de appellat. resol. 3. num. 3.* Stephan. Gratian. *disceptat. cap. 24. num. 5.* Gramm. *decis. Lucens. 159.* Augustt. Barbos. referens Portugal. ordin. in *cap. cum cessante 60. num. 8. de appellat. & in cap. ex parte, n. .... eod. tit.*

46 Ex hoc principio, vel potius ex eo, quòd cognitio, an appellatio admittenda sit ad iudicem superiorem pertineat, cum & illius sit existimare, an sua sit iurisdictio, vt in *l. 2. §. sed etsi, l. si quis ex aliena 5. de iudic.* Iason *cons. 60. num. 4.* Franch. *cap. Romana, §. si autem, not. 1. de appel: lib. 6.* Paz in *prax. tom. 1. p. 7. c. vnic. n. 138.* Bart. in *l. sciendum 6. appel. recipiend.*

Dicendum est, ad Cancellariæ auditores pertinere cognoscere, an lis quantitatem ad appellationem necessariam contineat, secundum nostram l. Cùm absolutè superioris iudicis sit, vel ad eum pertineat hæc cognitio, Zeuall. *de cognit. ad tollend. vim, glos. 14. & 15.*

47 Quæ sic procedunt, quòd si iudex à quo appellationem non admisit, & prosequitur cognitionem, seu executionem causæ, tenetur superiori rescribere causam, quare appellationem non admisit, & si legitima non inuenitur, puniri potest, Boer. *decis. 153. numer. 5.* Scaccia *de appellat. quæst. 13. num. 111. & quæst. 19. rem. 1. concl. 4. n. 82. & 83.* Innocent. *cap. Pastoralis nu. 3. de offic. delegat.*

48 Neque obstat ratio notata à Glos. in *d. l. si quis ex aliena, verb. existimare, de iud.* scilicet iudicem ad quem non posse cognoscere circa admissionem appellationis, cum in sua causa ius diceret contra dispositionem *l. 1. & toto titul. C. ne quis in sua causa.*

49 Nam contraria resolutio tenenda est, scilicet, vt dum exceptio opponitur iurisdictioni, vel ad iudicem non competere, illius est cognoscere, an iurisdictio sua sit ex *l. 2. si in ius vocat non ierit. l. 2. §. Sed etsi, & d. l. si quis aliena, de iud. cap. cæterùm eodem tit. cap. super litter.* & ibi Panormit. *num. 10.* Felin. *nu. 18. de Iudic.* Iason *d. l. 2. ex num. 10. de iud.* And. Gail *libr. 1. obseru. 34. num. 1.* Tiber. Decian. *tractat. crim. libr. 4. cap. 18. num. 9.* Petr. Barbosa in *l. si quis ex aliena ex num. 111. de iudic.* Mart. de *iurisd. 4. par. cas. 129. num. 20. & latius p. 2. cap. 4. per totum,* Alexand. *cons. 1. vol. 4.* Alexand. Trentacinq. *var. lib. 2. tit. de iud. resolut. 5. num. 16.* Augustin. Barbosa in *l. vnic. numer. 5. C. ne quis in sua causa,* Rosent. *de feud. cap. 12. concl. 4. num. 20. vbi add. lit. I. N. & V.* Sesse *de inhibit. cap. 5. §. 6. à n. 17.* Tiber. Dec. *tract. crim. lib. 5. c. 23. n. 9.*

Huius difficultatis declarat de- 50
cisionem *l. 5. tit. 20. lib. 4. Recop.* vbi disponitur, quod cognitio, an supplicatio cum pœna M. D. duplarum admittenda sit ad supremos iudices pertineat. Generalis enim dispositio horum iurium est iudicis authoritas, ac superioritas, vt notat Auend. *de secund. supplic. num. 1.* Paz in *prax. cap. vnic. par. 7. tom. 1. ex num. 134.* Zeuall. *de cognit. ad tol. vim. d. glos. 15. num. 15.* cum ad superiorem absolutè de iurisdictione cognoscere pertineat.

Ex hac enim superioritate, quæ 51
verisimè ad se retrahit iurisdictionis cognitionem, descendit resolutio *l. 7. titul. 4. lib. 1. Recop.* ex qua confertur iudici Ecclesiastico cognitio, an sua sit iurisdictio. Nam dum quæstio super iurisdictionem vertitur inter iudices Laicos, & Ecclesiasticos, ad Ecclesiasticum pertinet cognitio ratione superioritatis, vt ex *cap. si iudex, de sentent. excommun. lib. 6.* probant Anton. de Butr. in *cap. cæterùm, de iud.* Ripa *cap. decernimus, eod. tit. num. 4.* Felin. & Decius in *cap. Pastoral. de rescript.* Didac. Perez in *Rubr. tit. 1. lib. 1. ord.* Ioan. Gutierr. *lib. 1. Pract. quæst. 6. num. 2.* Diana *resolut. moral. par. 4. tract. 1: resol. 64.* Quę conclusio defenditur contra Guid. Papa *quæst. 118.* ac Constitutiones Gallicas à Couarr. *pract. quæst. cap. 33. numer. 1.* Soccin. *cap. si Clericus Laicum, num. 12. de for. compet.* Alexand. *cons. 8. libr. 1. &*

cons.

conſ. 149 *n.* 3 *vol.* 6. Mart. *de iuriſdict.* 4. *p. caſ.* 146 *n.* 10. Farin. in *pract. crim. q.* 28 *num.* 76 *per tot.* Bobad. in *Polit. lib.* 2 *c.* 14 *num.* 98. & latius *cap.* 19 *ex numer.* 40. cum multis ſeqq. Fontan. *de pact. nupt. gl.* 13 *claus.* 4 *ex n.* 1.

52 Iuſtè ergo ex his dicendum videtur à noſtra lege conſtitutum, vt cognitio quãtitatis ad admiſsionem appellationis ad ſuperiores iudices Audiẽtiæ Valliſoletanæ pertineat, præcipuè dũ quæſtio eſt, an lis quantitatem ad appellationem neceſſariam cõtineat, vt Scac. *d. tract. de appel. q.* 11 *art.* 2 *per tot.* cùm per appellationem ſuſpenſa ſit iuriſdictio iudicũ Audiẽtiæ Gallicianæ quoad vlteriorem cauſæ cognitionem Brun. à Sol. *q.* 24 *n.* 62.

53 Ex his deducitur neceſſario ex noſtra lege in illis verbis: *Se den por ella las prouiſiones y compulſorias neceſſarias, para traer los Autos, y para traer, y citar las partes*. Quærere an ad decidendam quæſtionem admiſsionis appellationũ neceſſaria ſit plena cognitio, & citari partes, an verò ſummariè tantùm decidenda ſit?

Et primò notandum eſt, ſecundùm iuris diſpoſitionem ad cognitionem cauſę neceſſariam eſſe actorum tranſportationem. Nam quamuis ex Innoc. *in c.*

54 3 *de elect.* Specul. *tit. de ſentent. § fin n.* 16. & 17. quæratur, cuius expẽſis acta tranſportari debeant, & Bart. ac Bald. ſit doctrina in *l. hi qui ciuilia, C. de appel.* quòd de legitimæ appellationis interpoſitione probatio incumbat appellanti.

Hìc hæc quæſtio decidenda nõ eſt cũ

55 verò in admiſsione appellationis non tantũ pro vtilitate partis proſpiciatur, ſed etiam pro authoritate ſuperioris iudicis, inconcuſſe fatendum concedi debere, *las cõpulſorias neceſſarias para traer los autos*, vt eleganter reſoluit Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 13 *per tot.* & Salicet. in *l. hi qui, C. de appel.* Guid. Pap. *q.* 20 *n.* 1. Camil. Veral. *deciſ.* 128 *p.* 3. Crauet. *conſ.* 273 *n.* 6. Ariſmin. Tepat. *de appel. tom.* 1 *fol.* 319 *col.* 3. qui omnes loquuntur, vt appellans acta deferre ad iudices appellationis teneatur, ſed aliquando loquuntur tantùm de tranſportatione actorum iuſtificantium appellationem, vt Scac. *de appellat. q.* 20 *n.* 8 *verſ. cõtra riam*, Hieron. Gabr. *comm. concl. de appel. concl.* 5. ſed in praxi noſtræ legis tenenda eſt doctrina *c. cupientes, de elect. lib.* 6. Bald. in *l. is apud quem nu.* 5. *C. de edend.* Quòd omnia acta, tàm actorem, 56 quàm reum adiuuantia, vt de legitima quantitate conſtet ad admiſsionem appellationis tranſportari debeat, de quo Bant. *de nullit. rubr. à quo, & à quibus n.* 20. & 21. Hieron. Gabr. *d. concl.* 5 *per tot.* Scac. *de appel. d. q.* 20 *n.* 8. Pet. Bym. *conſ.* 218 *n.* 36. Leon *deciſ. Valent. lib.* 1. *deciſ.* 106 *n.* 1. & 2. & *reſp. iur. inter deciſ. Valen. lib.* 2 *nu.* 258. March. *tract. de commiſ.* 2 *p. commiſ. de vol. cauſ. c.* 11 *nu.* 11. Caputaq. *deciſ.* 128 *p.* 3. Brun. à Sole *loc. comm. verb. appel. nu.* 5. Caualc. *de probat. teſtium p.* 3 *n.* 271. Maſcard. de *probat. concl.* 115 *n.* 5. Steph. Grat. *diſcept. c.* 121. Fachin. *lib.* 1 *controu. c.* 81. latè Giurb. *deciſ.* 29 *ex n.* 1. Ioan. Gut. *libr.* 1 *Pract. q.* 104 *per tot.* Surd. *deciſ.* 317 *n.* 3. Angel. *conſ.* 194 *nu.* 4. Rom. *conſ.* 406. Caualar. *deciſ.* 77 *nu.* 1. & *deciſ.* 119. Ludou. Poſt. *de manutent. obſeru.* 69 *n.* 5. Riccio *collect. deciſ. collect.* 1969. Marc. Anton. Mazerat. *lib.* 1 *reſol.* 50 *n.* 55. Quæ praxis fulcitur doctrina conciliaris diſpoſitionis in *c.* 20. *§. præterea, ſeſ.* 24. *Concil. Trid.* vbi Barb. adducit Steph. Grat. *diſcept. c.* 21 *n.* 15. Riccio *Collect. deciſ. par.* 4. *collect.* 1356. Adde D. Hieron. de Leon *d. deciſ.* 106. *Valen. n.* 4. Giurb. *d. deciſ.* 29 *n.* 1. & 6.

Ex quo ad aliam quæſtionem deue- 57 niendo notandum eſt, ſecundũ illa verba noſtræ legis. *para emplaçar, y citar a las partes*, neceſſario requiri ad reſolutionem, an appellatio admittatur cauſę cognitionem, in quo ex textu in *l.* 1. *C. quorum appel. non recip.* notat Bart. in *l. ſciẽdum*, 5 *de appel. recipient.* cognitionẽ ſummariam, & abſq; citatione, aut probatione ſufficere in cauſa admiſsionis appellationum, Innoc. in *c. Paſtoral.* 28 *de offic. delegat.*

Sed adhuc hac reiecta concluſione 58

ex

ex *gl. in d.l.* 1. *C. quorum appellat. non recipiant*, dicendum eſt in hac cauſa plenam cognitionem requiri partibuſque adhibitis, ac actis tranſportatis de admiſsione appellationis agẽdum; quòd reiecta doctrina in *d.l. ſciẽdum*, communiter à gloſſa recepta, defendit ipſe Bart. in *d.l.* 1. *nu.* 2. & ibi latè additio, & in *l.* 4. *§ hoc autem, de damno infecto.*

Qui in *d.l.* 1. conatur defendere ſummariam cognitionem in ea poſitam ratione abſentis litigatoris cenſeri, præſenti verò parti plenam cognitionem adhibendam, tamen cum Bald. Angel. in *in d.l.* 1. *C. quor. appel.* dicendum eſt abſolutè in cauſa admiſsionis appellationum neceſſariam eſſe cauſæ cognitionem, rectèque ob id adhibitum à noſtra l. *emplaçar, y citar a las partes*, cum & etiam ad hoc citatio requiratur, vt ipſe Bart. in *d.l.* 1. *n.* 3. Bald. in *l. Iudices 9. n.* 5. & 6. *C. de iud.* Natta *conſ.* 529. *n.* 29. & 30. *libr.* 7. Scac. *de appell. q.* 11. *art.* 2. *n.* 14. & 15

Declara tamen ſecundùm hanc quæſtionem ex verbis noſtræ legis, ibi: *Sobre eſto ha auido algunas competencias*, ſecundũ quarum intelligentiam, notat Angel. in *d.l.* 1. quòd ſi obiectio inter partes opponitur ſuper receptione, aut denegatione appellationis, tũc nõ ſummariè, ſed plenè adhibita cauſa de admiſsione agendum eſt.

Quæ doctrina recipitur ab Scac. *d. q.* 11. *d. art.* 2. *nu.* 14. *verſ. prima.* Fulcitur hæc à DD. recepta doctrina ex eo, quòd in omni iudicio prima iudicis functio eſt, plena cognitio qualitatis rei *ex l. Iudicis, C. de iud.* vbi Bart. Bald. & Iaſ. Bobadil. *lib.* 1. *Polit. c.* 5. *n.* 18. Donel. *lib.* 24. *cõm. c.* 5. vbi Oſuald. Aug. Barb. *collect. ad d.l. Iudices, per tot.* in quo ex Paul. de Caſt. deducit Alban. ad *d.l. iudices*, in cauſis ſummarijs, ſummariam requiri cognitionem, taliter quod ſi cauſa per ſe in principali ſummaria nõ eſt, ſummariè articuli tractari non poſſunt, Iaſ. in *d.l. Iudices, n.* 5. Bald. ibid. *num.* 5. & 6.

Secundò quod ex doct. Iaſ. & Bald. in *d.l. Iudices*, deducitur, quód ſi iudicis ſententia, aut declaratio præiudicium generat, tunc plena cognitio neceſſaria eſt, nec ſummaria ſufficit, Sebaſt. de Neuio in *Syſtem. ad d.l. Iudices nu.* 1. Aluar. *de priuil. paup. p.* 1. *q.* 55. *n.* 11. Auguſt. Barb. in *collect. ad d.l. Iudices, n.* 2.

Et cum ſupra num. ex qua cũ pluribus DD. diximus declarationem ad admiſsionem, ſeu recuſationem appellationis maximi præiudicij eſſe, ſequitur euidenter cauſæ plenam cognitionem requiri, citationemque, vt à noſtra l. diſponitur, vt de quantitate conſtet ad appellationis admiſsionem.

L. 26. tit. 5. lib. 3. Recopilat.



Ordenamos, y mandamos, que aora, y de aqui adelante los Corregidores que proueyeremos en cada vna de las Ciudades, Villas, y Lugares de eſtos nueſtros Reynos, puedan nombrar, y nombren ſus Tenientes: Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, que con ſolo nombramiento de cada vno de los dichos Corregidores, reciban dellos el juramento que ſe acoſtumbra, para que auiendole hecho, puedan ſolo con el dicho nombramiento vſar, y exercer ſus Oficios, no embargante la Prematica de diez de Octubre, publicada en eſta Corte en onze de Abril de mil y ſeiſcientos y diez y ocho, en que ſe diſponia, que el nombramiento de los dichos Tenientes ſe hizieſſe por el Conſejo de Camara.

SVMMARIVM.

1 *Iudices aſſeſſores nominare tenentur, quorum iudicio cauſas diſcernant, & num.* 8.
2 *Correctores ſapientũ adiumento ad ferendam ſententiam vti debent.*
3 *Locumtenenteſq; ſibi nominare poſſunt.*
4 *Hæc obligatio pro iure deducta, Iudex abſens, an officium ſeruire valeat per locumtenentem.*
5
6 *Locumtenens, vt ſeruiat pro abſente ſine Regia facultate, nominari non valet.*
7 *Corrector per abſentiam locumtenẽtem nominare non valet.*
9 *Correctores apud Hiſpanos proceres eſſe debent, ſecumq; habere literatos ad negotiorum expeditionẽ. n.* 10.
11 *Corrector & locumtenens vnitate iuriſdictionis fruũtur, nec de vno ad alium datur appellatio.*
12 *Locumtenentes correctorum merum Imperium habent.*
13 *Locumtenentis electio ad correctorẽ pertinet, & n.* 16.
14 *Quòd conſuetudine valet adquiri.*
15 *Contraria opinio, quòd à Rege nominandus eſt.*
17 *Locumtenens à correctore electus Regi præſentandus ad cõfirmationẽ, & n.* 18. *ratio refertur & n.* 22.
19 *Locũtenentis nominatio, quare recõceſſa correctoribus.*
20 *Officialis nominans pro nominato inferiore tenetur.*
21 *Niſi fuerit à ſuperiore datus, vel nominatus*
23 *Iudices aſſeſſores ad gubernationem Reipublicæ adſumere debent quorũ conſilio cauſas iudiciales diſſoluant.*
24 *Prætores ad reſoluendas cauſas difficiliores aſſeſſores aſſumebant, cuius ad pedes adſtabant.*
25 *Conſilium habebant quorum iudicio cauſas iudicabant.*

26 *Correctores ad expeditionẽ cauſarũ vti debent in cauſis iuſtitiæ aduocatis ad id à Rege nominatis.*

27 *Prætor non poteſt ni infimas cauſas delegare.*

28 *Locumtenentes, an gaudeant iuriſdictione ordinaria.*

29 *Cauſæ meri Imperij indelegabiles sũt.*

30 *Contraria opinio defenditur.*

31 *Locũtenẽtes à Iudice nominandos.*

32 *Habent partem in iuriſdictione correctoris.*

1 NEceſsitatem leges impoſuerunt iudicibus, nominandi in cauſis aliquibus coniudices, ſeu aſſeſſores, quorũ cõſilio cauſas diſcernant, ac ſentẽtias proferant. Hoc deducitur ex mente textus in *c. ad audientiam, de conſuet. c. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. lib. 6. auth. de mandat. Princip. §. feſtinabis.*

2 Et hæc neceſsitas induxit, vt Regia cõſtitutione caueretur, quòd correctores, ſapientes ſibi aſſociarent; qui cauſas iure diſſoluerent *l. 22. tit. 9. p. 2.*

3 Ex hac lege deductam credo conſtitutionẽ *l. 10. tit. 16. lib. 2. Ordin.* vbi conſtituitur iudices locũtenentes ſibi nomiri poſſe, â quibus latas, ſeu deductas *leges 10. tit. 5. lib. 3. & l. 4. tit. 6. lib. 3. Rec.* de quorũ functione, ac miniſterio notandus eſt Scac. *de iud. lib. 1. c. 13. ex n. 1. & c. 14.* Camil. Borrel. *de magiſt. lib. 1. c. 1. ex n. 221. cum ſeqq.*

4 Poteſtas, ſeu obligatio iſta gubernatoribus impoſita, ſeu *a los Corregidores de tener Tenientes*, voluit Auil. *c. 4. Prætor. verb. Iuſtitia, n. 1.* deducere ex doctrina *l. quiſquis, l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſcop. & Cler.*

5 Sed tamen, ſalua pace tanti Doctoris, ab illis legibus hæc locumtenẽtis nominatio deduci non valet, cùm in illorum textuum diſpoſitione tantùm caueatur, an per locumtenentẽ abſente principali officia exerceri valeant, vt notat ex Magon. *deciſ. 35. n. 28.* & alijs, Aug. Barb. in *collect. ad d. l. quiſquis num. 4.*

De quo intelligenda eſt diſpoſitio *l. nullus*, C. *de Decur. lib. 10.* vbi latiſsimè Amaya hanc quæſtionem diſputat in omni officio valenti per ſubſtitutum inſeruire.

Et ſic intelligenda eſt diſpoſitio *d. l. 10. ordin.* ibi: *Saluo del tiempo q̃ lo ſiruiere por ſu perſona, excepto ſi le fuere dada facultad por nos eſpecialmente para poner Lugarteniente de Corregidor*, de qua meminit Auil. *d. c. 4. verb. eſcoja.*

6 De hoc genere locumtenentis intelligenda eſt prohibitio à lege, & placito DD. conſtituta, vt nominari à gubernatoribus non valeant, ni ex facultate ſuperioris, aut ex neceſsitate, vt ex *Authent. de collat. §. prohibemus, l. 1. §. huius rei, de officio eius cui mand. ſit iur.* Capic. *deciſ. 151.* Auendaño *de exequend. cap. 3. num. 1.* Azeuedo *l. 4. titul. 9. lib. 3. Recop. num. 1.* Ioan. Oroſc. *Rubr. num. 7. de offic. eius cui mand. eſt iur.* Portol. ad Molin. *verb. Iudex. n. 71.* latè Giurb. *conſ. 36. n. 1. 2. & 3.* Maſtr. *de magiſtr. lib. 1. c. 29.* Amaya *d. l. nullus 60. ex n. 1. C. de Decur. lib. 10.*

7 Quòd præcipuè comprobatur attenta diſpoſitione *l. 4. tit. 5. lib. 3. Recop.* recopilata ex *d. l. 10. ordin.* vbi cauetur, vt correctores per abſentiam ſubſtitutos nominare non valeãt, nec percipiant ſalaria in fraudem officij per ſubſtitutum ſeruientes.

8 Noſtra verò lex loquitur de locumtenente ordinario á gubernatore eligẽdo pro adminiſtratione iuſtitiæ, quibus ex neceſsitate obligatio eſt impoſita à lege, & Doctorum ſententia eos nominandi, vt voluit Bobad. *libr. 1. Pol. cap. 12. ex num. 1.* quòd præcipuè notant DD. attenta illa qualitate, ex qua in iudice litterarum ſcientia neceſſaria eſt, vt diximus *de leg. Polit. libr. 2. cap. 20. num. 14. & 15.* & ſupra in *l. 2. tit. 4. lib. 1.*

9 Sed cùm bona gubernatione attenta conueniat ex Simanch. *de Republic. lib. 9. cap. 4. num. 1.* præcipuè apud Hiſpanos, vt correctores proceres ſint, ſeu *Caualleros Seglares*, vt Bobadilla *lib. 1. Pol. cap. 6. per totum præcipue num. 10.* Et etiam vt literatos ſecum habeant, quorũ diligẽtia cauſas iuridicas

ex-

expediant, cũ ab illarum expeditione prohibiti dicti correctores sint, vt notat Morl. in *empor. tit. 2. q. 18. n. 21. p. 1.* Aug. Barb. *in l. 2. n. 2. C. de pedan. iudic.* sequitur euidenter ipsos posse hos locũ tenentes nominare, quòd de municipali magistratu, vulgo *Merinos*, dispositũ refert *l. 1. tit. 13. lib. leg. Nauar.*

11 Præsertim cũ locum tenentes vnum cũ ipso Gubernatore tribunal cõstituãt vnamq; exequantur iurisdictionem, nec appellatio de vno ad alium cõcedatur, sed vnitate iurisdictionis fruãtur, vt notat Auil. *d. c. 4. Prætor. verbo Iustitia, ex n. 3.* Auend. *d. c. 3. n. 2.* Couar. *pract. c. 4. nu. 4. & lib. 3. var. c. 20. nu. 4.* Portol. ad Molin. *d. verb. Iudex, n. 72. & 76.* latè Bobad. *d. c. 12. pene per tot. præcipuè, nu. 38. & lib. 2. c. 20. ex n. 34.*

12 Et Quintanaduen. comprobat *lib. 2. de Imperio, tit. de mero Imperio, numer. 14. ex* Couarr. *lib. 3. var. cap. 20. num. 4.* hos locum tenentes merum Imperium sicuti correctores habere, quia ex legali facultate electi sũt. De quo vide quę latè scripsit *eodem lib. 2. de Imper. tit. de simplici. atque infima iurisdict. n. 14. fol. 319.*

Et ex Romanis legibus Constat. in *l. 1. §. præfecto, de legat. 1.* Vicepræfectos æqualem, similemque habuisse cũ Præfectis potestatem, Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 16.*

13 Horum equidem locum tenentium electio, præter quod legibus Regijs fieri à gubernatore valeat, vt ex *d. l. 10. tit. 5. l. 4. tit. 6. lib. 3. Recopil.* Consuetudine etiam potuit introduci, eaquè legitima concedi authoritas, ac iurisdictio, Bart. *l. nemo est de duobus reis,* Bald. *l. obseruare, de offic. Proconf.* Carroc. *de locato, quæst. 2. tit. de merc. comm. num. 19.* Iason *l. certi conditio, §. si nummos, num. 12. si cert. putat.* Afflictis *decis. 22.* Capic. *decis. 151. num. 2.* Auendaño *cap. 3. Prætor, lib. 1. num. 1.* Auiles *cap. 4. verb. iustit. ex n. 3.* Portol. ad Molin. *d. verb. Iud. n. 71.* Mastril. *de magistr. lib. 1. c. 29. n. 20.*

14 Haud dubitandum videtur posse gubernatores locum tenentes nomina re virtute consuetudinis laudatæ à Doctoribus supra adductis Ioã. Ant. Nig. *ad cap. Neap. c. 18. n. 9.*

Sed contraria huic conclusioni vide 15
tur dispositio, *l. 22. tit. 9. p. 2.* vbi dispo nitur locumtenentes ordinarios correctorum à Rege nominandos esse, quo assensit Greg. Lop. ibi *verb. el Rey, ex l. 1. titul. 13. lib. 2. Ordin.* ibi: *Con dos Alcaldes quales Nos diputaremos,* quo etiam conuenire videtur constitutio, *l. 10. tit. 16. lib. 2. ordin.*

Huic legali partitæ, ac ordinamenti constitutioni, fuit addita pragmatica sanctio à nostro Rege Philippo III. constituente, vt locum tenentes correctorum á Consilio supremo Cameræ eligerentur.

Hæc tamen conclusio legum par- 16
titarum ex argumento deducto à *l. ad similitudinem,* ibi: *Per substitutos periculo suarum facultatum, C. de Episcop & Cleric.* restricta fuit à noua Recopilationis constitutione, vbi statuitur locum tenẽtes ab ipso correctores eligendos *l. 10. & 11. tit. 5. l. 4. tit. 6. libr. 3. Recop.* quo conuenit Auend. *d. c. 3. Prætor. n. 1.* Auiles *d. verbo iustitia, n. 1.* Bobad. *d. c. 12. ex n. 5.* de Aragoniæ Regno, eãdẽ consuetudinem, seu ius referens Portol. *d. verb. iudex, n. 71.* Amaya *in l. nullus, nu. 29. C. de Decur. lib. 10.*

De qua locum tenentis legitima nominatione facta ab ipso correctore, quiq; iurisdictione gaudeat ordinaria, Molin. *de primog. lib. 1. c. 25. n. 11. & 12.*

Sed tamen notandũ est, per ll. nostras 17
non relictã absolutã nominationem locũ tenentis correctori; sed necessario requiri, vt post ipsius nominationẽ Curiæ supremæ tradantur, vbi examinentur, approbenturq; aliàs exercere nõ valeant officia. *l. 11. tit. 5. lib. 3. Rec.* & ibi Azeued. Bobad. *lib. 1. Pol. c. 6. n. 32. 42.*

Hæc enim diligentia, seu præsenta- 18
tio electi subrogata fuit loco illius necessariæ nominationis requisitę per dispositionem, *l. 22. Partitæ, & l. 1. & 10. ordin.* ex quibus diximus cautum fuisse, quòd locum tenentes à Principi nominarentur, nec posset ab

ipſis correctoribus, vt ex ea huic diligentiæ, ſeu diſpoſitioni antiquæ ſatisfieret.

19 Sed tamen omiſsio diſpoſitionis, ſeu nominationis à Rege, ſeu eius conſilio facienda, fuit ex eo (ni fallor) vt correctores pro locumtenentibus tenerentur ex nominatione, neve partes læſæ á locũtenentibus tempore adminiſtrationis abſque ſatisfactione permanerent, ſi ipſi ſatisfacere non poſſent, cũ nec valerent ad ſupremum nominatorem adire.

20 Nã cũ ex legali diſpoſitione nominãs pro nominato teneatur, vt latè dixi mus ſupra ad *l. 7. tit. 21. lib. 2.* & notãt DD. vt Plat. Rebuf. *in l. nullus*, C. *de Decur. lib. 10.* Par. de Put. *de Synd. verb. ſubſtitutus, cap. 1.* Ludouic. Roman. *conſ. 297. num. 2. & conſ. 338. n. 6.* Cancer. *2. p. var. c. 2. num. 87.* Farin. *de delict. q. 24. n. 49.* latiſsimè Giurba *conſ. 36. per totum, præcipuè ex n. 4.* poſt hæc ſcripta doctiſs. D. D. Ioan. Bapt. Larrea *alleg. fiſc. 39. n. 1. & 12.*

Et in noſtro caſu id notant Auend. *de exequend. 1. part. cap. 3. num. 5. verſic. corrector.* Auiles *cap. 4. Prætor. verbo ſea obligado*, Bobadil. *lib. 5. Polit. c. 1. n. 78.* Amaya *in d. l. nullus, num. 43.* C. *de Decur. lib. 10.*

21 Hæc tamen communis concluſio reſtringitur, ſi electus ad officium ab ipſo iudice inferiore non fuerit, ſed à ſuperiore datus. Nam tunc Princeps nominans tenetur, vt Bald. in *l. mancipia*, C. *de ſeru. fugit.* Felin. *in c. Petr. n. 11. de homic.* ideoque cum ſi locumtenentis electio à ſupremo Conſilio fieret partes hæ conqueri non poſſent, nec iniuriarum ſatisfactionem concedi, cùm officialis correctoris non poſſet cenſeri ad hoc, vt pro eo teneretur, *l. cum qui, de poſiti*, Saliceto *l. quod quis*, C. *de Procurator.* Thuſc. *litt. P. concluſ. 852. num. 8. & lit. O. concluſ. 99. num. 38.* Rouit. *conſ. 87. n. 3. & ad conſt. Neapol. tit. de Synd. offic. pragm. 153.* Canc. *tom. 2. var. c. 2. num. 89.* Burgos de Paz *conſ. 48. num. 12. & 13.* Guaz. *de defenſ. reor. def. 33. c. 2. n. 6.* Caual. *Brach. Reg. p. 5. n. 154.* latè Ponte *conſ. 85. n. 1. & 4. tom. 2.* & latius Giurba *conſ. 36. n. 19. 20. & 21.*

Quòd ſic regulariter procedit, in omni officio, in quo officiales à Rege, ſeu ſuperiore eligũtur, vt in milite, cuſtode carcerum, notant Rom. *Syng. 30.* Boer. *q. 217. n. 7. & 8.* Caualc. *d. 5. p. ex n. 154* Iacob. Menoch. *de arb. caſ. 302. num. 8.* Bald. *conſ. 381. vol. 1.* Grãm. *vot. 29. n. 1.* Iul. Clar. & ibi Add. *in pract. crim. §. fin. q. 86.* Giurb. *d. conſ. 36. n. 21. & 22.* Amaya *in d. l. nullus, n. 47.* C. *de Decur. lib. 10.*

Quæ ratio ſic mihi iuſta viſa eſt, vt ex 22 eo ſolùm, ne partes abſq; ſatisfactione permaneant, vtque habeãt quem ad iuriarũ ſatisfactionem conueniant, iuſtè latam credo noſtræ legis conſtitutionẽ, vt ab ipſis correctoribus locũtenentes nominentur, quorũ nominatione ſupremæ Curiæ adhibeantur, vt debita ſolemnitas exequatur conſtituta ex *l. 11. eodem tit.*

Sed vt nominationem iure attẽto per 23 tinere ad ipſos correctores demonſtremus notandũ eſt, ex Caſsiod. *lib. 6. Ep. 5.* Magiſtratus ad litiũ, ſeu negotiorum expeditionem aſſeſſores ſibi coadunare ſolere: *Aliæ quippe dignitates aſſeſſorũ ſolatia quærant.* Hoc enim eſt, vt iudices adiuuarent, ſeu cõſilia miniſtrando, rectorẽ, ſeu gubernatorem regerent, vt notat Buleng. *lib. 3. de Imp. Rom. c. 3.* de quo eſt *auth. de iudic. §. 1.* ex qua notat Pet. Greg. *lib. 47. Syntag. c. 10. n. 11.* ciuitatũ gubernatores, aſſeſſores eligere poſſe, & debere ad expeditionẽ negotiorum eorũque inſtructionẽ, vt ex Azor. & Speculat. notat Oroſc. *in Rubr. n. 2. de offic. aſſeſſor.*

Ad hanc functionem Præſides aſſeſſores ſibi eligebant, dũ pro tribunali cognoſcerent, vt cauſas difficiliores reſoluerent, ad pedeſq; adſtarent Præſidis, vt notat Alciat. *in l. ſi quis in cõſcribẽdo, n. 59. C. de pactis, & lib. 1. Parerg. c. 41.* Pet. Veleo à Gueuar. *in l. Præſes, n. 3. de offic. Præſidis*, Cuiac. *in not. ad Paul. libr. 5. ſentent. cap. 25.* qui pedanea fungebantur iuriſdictione, vt ex *Authent. de*

iu-

*iudic.§.*1. deducitur, & nota Alciat. & Petr. Veleo ſupra.

25 Sed ex notitia Budei *in l.fin.§. iudicũ di,de muner.& honor.* ex alio principio fluit locum tenẽtis nominatio,ſcilicet ex eo quòd Prætores Cõſilium habebant conſtans ex hominibus prudentibus,quorũ cõſilio iuſtitiam adminiſtrabãt,vt deducitur *ex l.ſi quis,§.iudicis,de pœn.* Paul.*lib.*5.*ſentent.c.*28. de quo vi uendus eſt Quint. Dueñ.*lib.*1.*de iuriſd. tit.*5.*n.*18.*fol.* Guther. *de offic Dom. Aug.lib.*2.*c.*4.

Ex quo principio deduxit Barb.intel ligentiam *ad l.cũ Prætor* 12.*de iudic.* vbi Prætor vetuit vni ex iudicibus,quòd in cauſa cognoſceret, quòd intelligit Barboſ.*ad d.l.ex n.* 9. de his iudicibus Prętoribus aſsignatis ad meliorem negotiorum expeditionem.

26 A quo videtur deducta conſtitutio *l.* 22.*tit.*9.*p.*2.vbi prohibetur iudicibus locum tenentes nominare,ſed quòd vtentur ad expeditionẽ cauſarum iudicibus à Rege nominatis,vt voluit deducere Barboſa *ad d.l.*12.*ex n.*9.

27 Sed potius credo *d.l.* 22. deductã ex diſpoſitione *l.* 2. *C. de pedan. iudic.* vbi prohibitum eſt Prætori,ni infimas cauſas delegare,ſed per ſe eas expedire teneatur, in quo textu latè ſcripſit præ omnibus Pet.Barb.*in l.cum Prætor* 12. *§.*1.*ex n.*294.*de iudic.*Morl.*empor.iuris tit.*2.*q.*17.*n.*21. Aug. Barb. adductis Doctoribus traditis à Petr.Barb.*in d. l.*2.*C. de Pedan. iudic.* Paul.Chriſtian. *deciſ.Belg.vol.*2.*deciſ.*151.Camil.Bor. *de magiſt.lib.*1.*c.*17.*n.*24.*cum ſeqq.*

28 Quo ſenſu conueniunt,quæ circa iuriſdictionem locum tenẽtiũ diſputat Molina *de primog.lib.*1.*c.*25.*n.*11.& 12.à quo iuſtè cõſtitutum, & conſtituendũ videbatur,vt locũ tenentes à Principe nominari deberent,cũ ſi ordinaria gaudeant iuriſdictione,vt diximus ſup.n. ex Auend. Auil.Portel.Molin. & Bobadil.à Prætore,ſeu Correctore cõce

29 di non poſſet,cũ indelegabiles ſint cauſæ meri,& mixti Imperij, vt in *d. l.*2. *C.de pedan.iud.l.more*,&ibi DD.*de iur. omn.iud.l.*2.& 18.*tit.*4.*p.*3.*l.*1.*tit.*15. *lib.*2.*ord l.*1.*tit.*9.*lib.*3.*Rec.* Menoch. *de arb.caſ.*54.& 74.*n.*6. Couar. *lib.*3. *var.c.*3. Aug.Barb.*d l.*2.*n.*6. Morl.*in empor.iur.tit.*2.*q.*16.*n.*1.&2.Pet.Barboſa *in d.l.cũ Prætor,§.*1.*ex n.*307.*de iudic.*Sebaſt.Neu.*in Syſtem.ad d.l.*2.*C.de pedan.iud.*& merum & mixtũ Imperiũ habeant correctores horũ Regnorũ,vt notat Bobad.*lib.*1.*Polit.c.*2.*n.*3.

Sed nihilominus dicendum eſt, iuſtã 30
cenſendam noſtræ l.conſtitutionẽ,cùm melioris gubernationis cauſa hæc cognitio delegari valeat, & ad id conſuetudine delegandi poteſtas adquiri,ſeu introduci poſsit,vt notant Fulg.Paul.& Ang.*in d.l.*2.*C. de pedan.iud.* Alex.*l.more,n.*28.*de iure omn.iud.* Bym.*l.*1.*n.* 52. *de offic.eius*, Pal. Rub.*c.per veſtras, de donat.§.*28. Pet.Barb.*d.l.cũ Prætor,§.*1. *n.*281. Molina *d.c.*23.*n.*12. Ioan. Anto. Nig.*ad cap.Neap.c.*18.*n.*18.&ad caſum defendit latè Quintanad.*de Imper. lib.*2.*tit.de deleg.iuriſdict.fol.*315.&antea *tit.de mero Imperio,n.*14.*fol.*281.

Et meliori principio legẽ cõſtitui, vt 31
in d.l.cũ Prætor,de iudic. patet, & notat Molina *d.c.*25.*n.*12. ſequitur euidenter, rectèq; introductum pro meliori Regni gubernatione à noſtra lege, vt locum tenentes ab ipſis correctoribus, ſeu rectoribus nominẽtur,cũ à *l.* 10.& 11.huius tituli conceſſa ſit correctoribus,ſeu Prætoribus poteſtas delegãdi, etiam ordinariam ipſam iuriſdictionẽ, ſeu potius nominandi locum tenentes, quòd ad ipſos correctores ex dictis,& alijs principijs defendit Bobad.*libr.*1. *Polit d.c.*12.*ex n.*5.*cum ſeqq.*

Præcipuè quod apud nos locũ tenen 32
tes proprietatem in ipſa iuriſdictione ordinaria habent,vt notat ex Bart. Bobadil.*d c.*12.*n.*47. Quid ergo mirum, quòd ab ipſis perſona eligi valeat? cùm à lege prohibita non eſt executio poteſtatis,imò conceſſa,cùm non tanquam delegata,vt in prohibitione delegationis meri & mixti Imperij cenſeatur incluſa,ſed ordinaria cenſeatur, vt diximus.

L.42.&43.tit.6.lib.3.

AVNQVE Por la ley sexta deste titulo de la Nueua Recopilacion, se mandò, que los Asistentes, Gouernadores, Corregidores, y Iuezes de residencia de nuestro Reyno, visiten las Villas, y Lugares de la tierra, que estuuieren a su cargo, vna vez en el año, por si, o por sus Tenientes, y no por Alguaziles, ni Escriuanos, y se informen como son regidas, y como se administra justicia, y como vsan los oficiales dellas de sus oficios; y si ay personas poderosas que hagan agrauio a los pobres, y lo hagan todo enmendar, si buenamente pudieren; y si no, que nos lo notifiquen con tiempo, como mas largamente se contiene en la dicha ley, a que nos referimos, en la qual parece que estaua bastantemente proueido al buen gouierno, administracion de justicia, bien, y consuelo de nuestros vassallos. Pero por auer la experiencia mostrado muchos inconuenientes, que resultan de la frequencia de las dichas visitas; y que de hazerse vna vez en cada vn año, vienen a ser molestadas, y afligidas las dichas Villas, y Lugares, y los vassallos particulares dellos, y que no solo no se consigue el fin que se pretendio en hazer la dicha ley, mas antes viene a ser mucho mayor el daño, que el prouecho que resulta de hazer la dicha visita en cada vn año. Para obuiar los excessos que con esta ocasion se cometen, auiendolo conferido en nuestro Consejo, y con Nos consultado, auemos mandado, que se haga esta Ley, y Prematica sancion, por la qual prohibimos, y mandamos, que de aqui adelante ninguno de los dichos Asistente, Gouernadores, Corregidores, y Iuezes de residencia del Reyno, ni de las Villas, y Lugares de las Ordenes, ni de lo Abadengo, y Señorio, ni del partido de las Villas eximidas de cada vno, ni de otra qualquier parte, puedan visitar las di-

dichas Villas, y Lugares de la tierra, que estuuieren a su cargo, mas de vna vez en todo el tiempo de su Gouierno, aunque en el priuilegio de las dichas Villas, y lugares eximidos, o de las demas arriba dichas, se contenga, que puedan ser visitadas vna vez en cada vn año; porque en quanto a esto, derogamos, y damos por ningunos los dichos priuilegios, y la ley sexta, arriba referida, del titulo sexto del libro tercero de la nueua Recopilacion, que lo vno y lo otro queremos que se entienda, y guarde, y practique, segun y como en esta Ley, y Prematica se contiene, y que los dichos Asistente, Gouernadores, Corregidores, y Iuezes de residencia, y otros qualesquier que huuieren de hazer las dichas visitas de las dichas Villas, y Lugares vna vez en todo el tiempo de su Gouierno, no lleuen salario, ni ayuda de costa alguna, ellos, ni ninguno de sus Ministros, y oficiales, ni criados por cada dia, ni por vna vez, ni comidas, ni beuidas, ni alojamientos, ni otra cosa en manera alguna, sino fuere lo que por las Leyes de nuestros Reynos, o ordenanças confirmadas por Nos, o por clausulas de sus titulos les es permitido, so pena que si excedieren en el numero de las visitas, desde luego sean priuados de sus oficios, y lo que lleuaren de salario, o ayuda de costa, o en otra manera, contra el tenor, y forma de lo en esta Ley, y Prematica contenido, lo bueluan con el quatrotanto.

L. 43. tit. 6. lib. 3. Recopilat.

MAndamos a todos los Corregidores, Asistente, y Gouernadores, y sus Alguaziles mayores, y Tenientes que aora estàn proueidos, y nombrados, y se proueyeren, y nombraren en todas las Prouincias, y cabeças de partidos, assi por mi, como por las personas a quien legitimamente perteneciere el nombramiento de qualquiera de los dichos oficios, que no visiten, ni puedan visitar las Villas, y lugares de sus distritos, ni las eximidas, ni por eximir, sino fuere de tres en tres años

años, con termino de diez dias en cada Villa, y en los Lugares de cié vezinos cō el de dos dias: y en los de menos vezindad por ſeſmos, o por Concejos, llamandolos a la cabeça principal de cada diſtrito. Y ninguno de los dichos Corregidores, Gouernadores, ni Alcaldes mayores, pueda en los dichos tres años hazer en ellos mas que vna viſita, ni lleuar de ſalario mas de mil y docientos marauedis por cada vn dia, y el Alguazil que lleuare, quatrocientos, y que vayan a las dichas viſitas con vno de los Eſcriuanos de las dichas Villas, y lugares, ſi le huuiere en ellos, y ſino, le lleue de la cabeça de ſu partido con ſeiſcientos marauedis en cada vn dia, ſin que el Iuez, Alguazil, ni Eſcriuano puedan ocuparſe mas tiempo, ni lleuar mas derechos por ningun camino, por firmas de autos, ſentencias, priſiones, ni carcelajes, ni los Eſcriuanos de los proceſſos, ſaca dellos, ni viſita de los propios, ni poſitos, ni los dichos Iuezes, ni Alguaziles parte de ninguna denunciacion que ſe haga; y que no ſe pueda hazer, ſino fuere a pedimiento de parte del miſmo lugar, o perſona particular del, aunque conforme a las leyes deſtos Reynos las ayan de auer, ſino que tengan obligacion de aplicarles la mitad para la nueſtra Camara, y la otra para los propios de las dichas Villas, y Lugares, y obras pias, ſopena que ſi ſe les aueriguaſſe por dos teſtigos conteſtes, o tres ſingulares, cada vno en ſu hecho, o por otra de las probanças pueſtas por Leyes deſtos Reynos, que han lleuado mas derechos, y ſalarios, comidas, regalos, o otras coſas, directè, ni indirectè, por ſi, y por interpoſitas perſonas, lo bueluan a la dicha Camara, Villas, y Lugares con el quatrotanto, y los Iuezes de reſidencia lo aueriguen, y les hagan cargo de ello, y executen las condenaciones que en eſta razon hizieren a los dichos Iuezes, Alguaziles, y Eſcriuanos, en qualquier cantidad que ſea, aunque exceda de las tres mil marauedis que ſe ſuelen executar, ſin embargo de apelacion, y procedan contra los Oficiales, y perſonas que lo huuieren dado, y les hagan boluer de ſus bienes a los propios, poſitos, o otras rentas de donde huuieren tomado los dichos marauedis, ſin embargo de qualquier eſcuſa, o apelacion. Y mandamos al Preſidente, y los del nueſtro

Con-

Consejo de la Camara, y al Presidente, y los del de las Ordenes, y a otra qualquier persona de qualquier estado, y condicion que sea, prouean, y den orden, que en los titulos que se dieren, y despacharen a los dichos Corregidores, Gouernadores, Alcaldes Mayores de cada vno de los dichos Oficios, se ingiera en ellos esta nuestra Ley, para que sepan que han de estàr obligados a la guardar y cumplir. Y si assi no lo hizieren, mandamos a los Iuezes de residencia lo aueriguen, y hagan cargo dello, y executen las condenaciones que en esta razon hizieren a los dichos Iuezes, Alguaziles, y Escriuanos, en qualquier cantidad que sea, aunque exceda de los tres mil marauedis, que suelen executar, sin embargo de apelacion; y procedan contra los oficiales, y personas que lo huuieren dado, y los hagan boluer de sus bienes, y hazienda a los dichos propios, positos, o otras rentas de dõde huuieren tomado los dichos marauedis, sin embargo de qualquiera apelaciõ q̃ sobre ello aya, o pueda auer. Todo lo qual se haga, guarde, cũpla, y execute assi, no embargante qualesquier Leyes, y Prematicas destos nuestros Reynos, y Señorios, y otra qualquier cosa que aya, o pueda auer en contrario, que para en quanto a esto toca y por esta vez, dispensamos con ello, y lo abrogamos, y derogamos, casamos, y anulamos, y damos por ninguno, y de ningun valor, y efecto, quedando en su fuerça y vigor para en lo de mas adelante.

SVMMARIVM.

1 *Visitationis iudicialis necessitas.*
2 *Facienda à iudice Ecclesiastico in sua Diœcesi.*
3 *A correctore in sua Prouincia.*
4 *Villarum exemptarum.*
5 *Terminorum conseruatio valde commendata, ac etiam iure diuino, & num. 15. ratione vitandarum litium.*
6 *Termini constituti fuerunt ad diuisionem agrorum.*
7 *Agrorum discretio conuenit communi bono.*
8 *Termini dicati fuerunt Ioui terminali.*
9 *Ad agrorum diuisionem.*
10 *Terminos designant aliquado arbores, flumina, & montes.*
11
12 *Frequentius verò lapides terminos designabant.*
13 *Terminorum violatoribus pœnæ remissiuæ.*
14 *L. 1. C. de Nil. ager. non rumpend. ratione conseruationis agrorum lata.*
16 *Reges ratione iustitiæ faciendæ debent Regnum circumire.*
17 *Visitatio Regni commendata est*

Pro

Proreg bus.

18 *Et Prouinciæ correctoribus ratione iuſtitiæ faciendæ,& n.19.*

20 *Caſsiodor. verba referuntur cõmendantia ſuperioribus viſitationem inferiorum locorum.*

21 *Viſitatio terminorum, Villarum, ac Diœceſum annuatim facienda eſt.*

22 *Viſitatio qualiter à Concilio Tridentino commendata Epiſcopis.*

23 *Viſitatio ad correctionem malorum conſtituta.*

24 *Terminorum & villarum anuatim facienda,& quare,n.25.*

26 *Viſitatio Diœceſis, aut Prouinciæ, an vuleat in anno iterari.*

27 *Poteſt protrahi ex cauſa de triennio in triennium,n.29 & 30.*

28 *Ad ſubditorum ſubleuamen conſtituta.*

31 *An per correctorem ſit facienda, an valeat per ſubſtitutum exequi.*

32 *Viſitatio per ſubſtitutum fieri valet, dum facultas nominandi ſubſtitutum à lege conceditur.*

33 *Corrector à loco viſitato ſtipendia percipere non debet tempore viſitationis,& n.39.*

34 *Epiſcopus plus iuſto percipere tempore viſitationis non poteſt?*

35 *Rectores Prouinciarum, dum Prouincias viſitant, nihil à ſubditis percipere debent attento iure Authenticorum.*

36 *Iudex intra Prouinciam ſuæ iuriſdictionis de cauſa criminali cognoſcens ſtipendio publico contentus eſſe debet, nec recipere ſportulas poterit.*

37 *L.2.C.de lucr.aduoc.lib.12. expenditur,& n.44.*

38 *Iudices illicitas penſitationes recipere non poſſunt.*

40 *Officiales viſitatoris ſtipendia, ſeu ſalaria percipere non poſſunt.*

41 *Salarium laboranti ſecundũ omnia iura ſoluendum.*

42 *Correctoribus pro tempore viſitationis deſignatum fuit à lege ſalarium.*

43 *Quòd legitimè recipitur, dum legitima conſtitutio non exceditur.*

45 *Corrector vltra legitimas penſitationes percipiens tenetur, l. Iuliæ repetũdarum attento ciuili iure.*

46 *Et iure canonico ad pœnam dupli.*

47 *Viſitatoribus poteſt à lege tempus præfiniri intra quod viſitationem finiant.*

VIſitationis neceſsitatem latè ex plurium Doctorum cõſenſu probat Doctiſſimus D. Ioan. de Solorzano *de Gubern. Ind. lib.4.cap.8.nu.1.& ſeqq.* Eliſeo Danza *tract. var. cap.1.de Guidatic.* Adam. Contz. *lib.7. Pol. c.9.per tot.* 1

A iudice Eccleſiaſtico faciendam ex Conciliari diſpoſitione patet, Concil. Trident. *ſeſ.24.de reform.cap.3.* vbi latè Auguſt. Barboſa, ipſe D. Ioan. de Solorzano *lib.4.cap.8.ex num.49.cum ſeqq.* 2

Ad Correctorem verò Auendaño *cap.4 Prætor.* Auiles *cap.6.verb. viſite, & verb. vna vez*, Garc. *de expenſ. c.21. n.5.* Bobad. *lib.5. Polit.c.9.* terminorũ commendatur viſitatio. 3

Villarum exemptarum ab ipſo Bobadilla *cap.10 eodem lib.* Azeuedo in *l. 6.titulo 6.libr.3. Recop.* Amaya in *l.nullus 60.ex n.8. C.de Decur.lib.10.* 4

Quarum conſtitutionum ratio, ratione terminorum ex eo deduci videtur, quòd terminorum conſeruatio magnopere commendatur, fuitque ſummè apud antiquos habita, etiam diuina lege illorum tranſgreſsio prohibita, Deuteronom. *cap.19.& 27. cap. tanta 83. diſt.c.in legibus 12.q.2.* cùm conſtituti fuere ad agrorum diuiſionẽ, Virgil. *lib.12. Æneid.* 5

Saxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat,
Limis agro poſitus litem vt diſcerneret aruis.

Et cùm agrorum diſcretio magno- 6

pere

pere bono communi conueniat, vt ex Iulio Frontin. *de iur. limit.* deducit Petr. Gregor. *libr.* 39. *Syntagm. cap.* 13. *n.* 2. & 3.

8 Ad maiorem eorum inuiolabilitatẽ Deo Ioui, terminali ſacrati fuere, vt Ouid. *lib.* 2. *Faſtor.*

Termine ſiue lapis, ſiue es deſertus in agro
Stipes, ab antiquis, tu quoque numen habes.

De quo ex Pet. Crinito *honeſt. diſcip.* legem refert Pet. Greg. ſic apud antiquos latam.

Qui ſecus facit, & terminum exaraſſit
Ipſius, & boues ſacri ſunto.

Quòd à Romulo, & Numa conſtitutum fuiſſe, notant Dion. lib. 2. de quo Clem. Alex. *lib.* 7. *Strom.* L. Apuleio *lib.* 1. *Flor.* Petr. Crinit. *lib.* 8. *bon. diſcip. c.* 10. Plato *Dialog.* 8. *de legib.*

9 Dignoſcebãtur enim agrorum termini per illorum lapidum diuiſionem, vt Stat. Papin. *lib.* 5. *Theb. v.* 569.

------ Rapit ingenti conamine ſaxum
Quo diſcretus ager.

10 Nam quamuis diuerſæ res ad deſignationem terminorum affigerentur arbores, vt deducitur ex *l.* 3. *de termin. moto*, Monte *tractat. fin. regund. cap.* 19. *num.* 15. Sebaſt. Neuio *Syſtẽm. ad d. l.* 3. *num.* 4. *de term. moto.* Et flumina, mon-

11 tes, vt notat Maſcard. de *probat. concl.* 393. *ex num.* 9. notat Tibul. *libr.* 1. *Eleg.* 1.

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris.
Seu vetus in tribio florida ſerta lapis.

12 Frequentius tamen lapis terminus erat, vt Tibul. *Eleg.* 3.

Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris.
Qui regeret certis finibus arma lapis.

Et ſic ad comprobationem terminorum probatio per lapides admittebatur, vt ex *l.* 10. *tit.* 15. *par.* 6. ibi Greg. Lop. patet Bald. *conſ.* 420. *lib.* 1. & *conſ.* 468. *lib.* 3. Calcan. *cõſ.* 90. *n.* 8. Afflict. *deciſ.* 23. *num.* 14. Menoch. *conſ.* 21. *n.* 30. adducit Maſcard. Azeued. & alios Aug. Barb. in *cap. cum olim* 19. *num.* 2. *de cenſib.*

Ex his conſtituta fuit pœna contra terminorum violatoris in *l.* 1. & 2. *toto titulo de term. moto*, latè Iacob. Menoch. in *lib.* 2. *de arb. caſu* 393. per totum, Petr. Gregor. *lib.* 39. *Syntagm. cap.* 13. De quo latè Bart. Abb. Vveſemb. Cuiac. in Parat. *ad titulo de term. mot.* DD. latè adducti à Sebaſt. Neuio in *Syſtẽm. ad Rub. de term. mot.* Bobad. *lib.* 5. *Pol. c.* 9. *n.* 7. & 8. & *ſeqq.* 13

Ex hoc principio, atque ad conſeruationem terminorum agri, ne rupti confunderentur dominia latam diximus conſtitutionem *l.* 1. C. *de Nili ager. non rumpend.* vt latè ex Iacob. Menoch. de *arbitr. caſ.* 386. Petr. Gregor. *lib.* 30. *Syntagm. cap.* 6. *num.* 3. *lib.* 31. *c.* 25. *num.* 2. & *libr.* 35. *cap.* 9. *num.* 1. *ad l.* 34. *tit.* 7. *lib.* 1. ſcripſimus, quo conuenit D. Franc. de Amaya *obſer. iur. lib.* 3 *c.* 4. *ex n.* 12. 14

Etſi vt latè Petr. Gregor. *d. cap.* 13. commendat, & Amaya *d. num.* 12. bono publico terminorum, ſeu limitum conſeruatio conuenit, ne lites, rixæ, & bella, vt Sapigis, & Tarentinis, Corinthis, & Nugacenſibus, Egeſtris, & Silimuntijs, refert Dion. Sicul. *lib.* 12. Quid mirum? vt à noſtris Regibus hæc cura per leges correctoribus commendata ſit, vt ex *l.* 6. *hoc tit.* patet. 15

Exemptarum Villarum viſitationem ex eo credo deductam, quòd Reges per Regnum iuſtitiam facientes ire tenerentur, vt de noſtris Regibus *ex l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *ord. l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 2. *Recop.* diximus *de leg. Pol. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 71. & decantauit Virg. 4. *Georg.* 16

Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Eufratem, bello victorque volantes,
Per populus dat iura.

Quòd de Perſarum Regibus, notat Plato. in *Minoe*, & de Imperatore Adriano notat Spartian. Adam Contzẽ *lib.* 7. *Pol. cap.* 9. §. 3. *verſ. ſi magnum.*

Regibus commendatum eſt à Matth. Tymp. Marc. Anton. Petilin. traditi *d. num.* 71. Marq. *Gubern. Chriſt. lib.* 1. *cap.*

*cap.*31.Pet.And.Canon.*aphor.Pol.tom.* 1.*pag.*275.D.Ioan.de Solorz. de *Gubern.Ind.lib.*4.*c.*10.*n.*29.

17 Proregibus etiam ad bonum regimen Prouinciæ notat Solorzano *d. n.* 29.Marc.Ant.Petilin.de *exter.Princ. lib.*4.*c.*5.*& cap.*8.Eliſeo Danz.*d. c. de Guidatic.* Adam Contz.*d.c.*9.

18 Ideoque à correctore,cùm eadem cura ſuæ Prouinciæ ſit,facienda eſt,vt notat Bobadilla *d.lib.*5.*cap.* 10. Solorzano *d.cap.*10. *num.* 29. vt apud antiquos fuiſſe factum refert Tacit.*lib.*15. *Annal. Olim quidem non modo Prætor, aut Conſul,ſed priuati etiam mittebãtur, qui Prouincias viſerant , & quid de cuiuſque obſequio videretur,referent, trepidabantque gentes de æſtimatione ſingulorum.*

De qua viſitatione mirabilis eſt Sueciorum lex , ſeu conſuetudo relata à Bello , & ex eo à Adam Contz.*d. cap.* 9.§.4 ibi: *Affirmat porrò Regia Maieſtas in illis Regnis vndecim Præfectos,aut legiferos haberi,quibus pluſquã trecẽti Vicecomites ſubijciuntur. Legiferi autem partem ſui territorij quot annis circumeunt, viſitantque , donec vndequaque viſitatis circulo quodam abſoluto ad priorem partem denuo viſitandam reuertuntur. Quæ res quemadmodũ ad ſtatum Reipublicæ ſigillatim dignoſcendum,& ad remedia opportuna morbis publicis adhibenda mirificè prodeſt , ita populos ſubleuat , recreatque quandoquidem ex territorijs , & Parochijs,quas viſitauerunt tributum alternatim exigunt, neque vniuerſa ſimul aggrauantur.*

19 Quæ Prouinciæ luſtratio ratione conſeruationis iuſtitiæ conſtituta meminit *Authent. de Collator. §. iubemus,* corroborata municipali *l.*22. *tit.* 9.*p.* 2.ex qua ſubditorum viſitationem ratione iuſtitiæ exequendæ deducit Gregor.Lopez *verbo deuen andar por la tierra*,Bald.*l.ſi in aliqua , de offic. Proconſ. num.*5.Auiles *cap.*6.*Prætor. verbo viſite,numer.*1.*& verb.pobres,numer.*3.*&* 5.

Nam vt notat Caſsiodor. cura mi-
20 norum locorum,ſeu villarvm contemnenda non eſt,imò luſtrandi ſunt,vt aſpectu ſuperiorum, & vene viſa , & attentè proſpecta à ſuperioribus ſint, Caſsiodor.*lib.*9.*Epiſt.* 2. *Reſpublica ſiquidem non eſt vnius ciuitatis cura,ſed totius Regni prouiſa cuſtodia ; quapropter ſi quid ex ipſa minuitur in origine diſpendia ſentiuntur. Minus enim habere neceſſe eſt, cui aliquid perit,& ideò diuerſarum ciuitatum pervigil nos cura ſolicitat,ne promiſſa longius mala noſtra poſsint grauare palatia.*

Hæc fuit ratio ex qua noſtri Ca- 21
tholiciſsimi Reges commoti fuere ad ſtatuendam annuam terminorum, ac villarum viſitationem per *l.*6.huius tituli deductam ex viſceribus canonicorum ſtatutorum,vt in *c. conquerente,de offic.ordin.*vbi Auguſt.Barboſa *num.*10. *cap cum venerabilis,de cenſibus*,& ibi etiam Auguſt.Barboſa *num.*3. Innocẽt. *cap.*1.*uum.*2.*de offic. Archidiac. cap. decernimus,cap.placuit, cap. Epiſcopum* 10. *q.*1.Felin.*cap.cum ex officio el* 2.*num.*1. *de præſcrip.*Sbroz.*de Vicar.Epiſcop.libr.* 2.*q.*120.*num.*1.Auguſt.Barboſ. *de offic. Epiſcop.par.*3.*allegat.*73.*per totam*,Armendar.*ad leg.Nauar.l.* 2.*tit.* 13.*lib.* 4.*Clem.attendentes,de ſtatu Regular.l.* 2.*tit.*22.*par.*1.& ibi Gregor. Lopez, Narbon.*de ætat.ad act. hum. requiſ.ann.* 25.*q.*63.*num.*1.Eliſeo Danza *d.cap.* 1.*de Guidatic.num.*11.D.Ioan.Mach. *perf.Confeſſ.tom.*2.*libr.*4.*par.*3.*tract.*1. *doc.*5.

Quòd taliter neceſſarium eſſe dixit 22
ſtatutum Concilij Tridentin.*ſeſ.*24. *de reform.cap.*3. vt ſi per vnius anni ſpatium viſitari non valet Diœceſis,per biennium compellitur ſub obligatione Epiſcopus.

Ratio enim deducitur ex mente 23
Cardin.in *d.Clement.attendentes , quæſt.* 9.*num.*11.quia cum viſitatio ad corrigenda commiſſa crimina conſtituta ſit protrahi vltra annum non valet , vt notat Auiles *d.cap.*6.*Prætor.verb. vna vez,num.*1.Altamirano *de viſit.verb.ſi quot annis,n.*11.*fol.*47.

Quæ ratio cum eadem ſit de viſi- 24
tatione Diœceſis ad viſitationem termi-

minorum extendenda eſt, vt notat Auil. *d. num.* 1. Auendan. *d. cap.* 4. & Bob. *d. cap.* 9. *num.* 2. vbi annuam eſſe debere viſitationem notat.

25 Ex qua Canonica conſtitutione cómoti Reges noſtri, vt ſubditos fauerét, intraque limites iuſtitię conſtituerent, ſtatuerunt, viſitationem ſemel in anno faciendam in *d. lib.* 6. ſicuti fuerat conſtitutum a Sacris, ac Canonicis conſtitutionibus *d. cap. conquerente*, *cap. cum venerabilis*, & *d. Clement. attendentes.*

26 Sed quærit Gloſſ. *in d. Clement. attendentes*, an iterari viſitatio in anno poſsit, in quo commoti doctrina *d. cap. venerabilis*, tenet ex cauſa iterari in an nobis poſſe, *cap. mandamus*, *de Officio Archidiacon.* & ibi Abbas Panorm. *num.* 1. & *in d. Clem. attendentes*, *num.* 6. & 7 Bernard. Diaz *reg.* 787. *verſ. nono limita*, Auguſtin. Barboſ. *cap. venerabilis*, *n.* 3. *de cenſib.* Auil. *d. cap.* 6. *Præter verb. vna vez*, *num.* 2. Altamir. *d. tract. de viſitatione verb. ſi quot annis numer.* 15. Tuſch. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Barboſ. *d. alleg.* 73. *num.* 43. *verſ. vtrũ*, Armend. *ad l.* Nauarr. *tit.* 13. *lib.* 2. *l.* 4.

27 Ex ipſo principio deduco pie a noſtris fuiſſe Regibus proſpectum pro bono ſubditorum extenſo tempore viſitationum de triennio in triennium, & aliter fieri non poſſent. Nam cum experientia omnium rerum magiſtra docuiſſet ex annua viſitatione plura ad ferri incommoda damna ſublequi, & ex eo quod ad medelam ſubditorum inuentum fuit, damnum exoriri, leges noſtras corrigentes *L.* 6. tulerunt docti Ouidiano præcepto.

Temporibus medicina placet, data tempore proſunt,

Et data non apto tempore vina nocent.

28 Quid enim crudelius ciuitatibus, oppidis, villis obuenire poteſt! quam ex viſitatione ad illorum ſublemauen inuenta, *cap.* 1. *de cenſib. lib.* 6. Concil. Trident. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 3. Auguſt. Barboſ. *d. alleg.* 73. *num.* 1. & 34. D. Ioan de Solorzan. *de gubern. Ind. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 11. & 12. Altamir. *de viſitat. verb. quàm cellerrime num.* 21. Auil. *cap.* 6. *Prætor. verb. viſite*, & *verb pobres*, *per totum.* D. Ioan. Baptiſt. Larrea *deciſ. Granat.* 93. *num.* 15. Oppreſio, ac ex ipſo viſitatore rapina, publicorumque reddituum conſumptio! De quo memorabilia verba ſunt, quæ ex Limenſi Cócilio refert D. Ioan. de Solorzan. *d. cap.* 8. *num.* 58. *ad finem. Abominandum* (inquit Sen. *lib.* 1. *de ira cap.* 12.) *remedijs genus eſt ſanitatẽ debere malo.* Ideò 29 que prudenter fuit prolata de triennio in triennium viſitatio, ne annuatim facta à viſitatore conſumerentur communitates in erogatione expenſarum, aut ſportularum.

Nec a iure communi diſtat conſtitutio, neque irregularis eſt. Nam dum 30 bono publico conuenit etiam conſtitutum, vt de triennio in triennium fiat, vt ex *cap.* 1. *de Offic. Archidiacon.* deducitur Abb. *ibi num.* 2. *oppoſ.* 2. & 3. & *in cap. multum num.* 1. *eod. tit.* Quod generaliter dum neceſsitas non cogit intellexit, Innoc. *in d. cap.* 1. *num.* .quo adſentit Altamir. *de viſitat. d. verb. ſi quot annis num.* 15.

Dubitatio tamen exorta fuit inter 31 DD. an hæc viſitatio per ſe perſonaliter à correctore fieri debeat, an vero á locumtenenti poſsit, in quo laté diſputant Auil. *cap.* 6. *Prætor. ex num.* 43. Bobadill. *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 13. & *cap.* 10. *num.* 15. Azeu. *l.* 6. *hoc tit.* Amaya *in l. nullus* 60. *ex num.* 8. *C. de Decurion. lib.* 10. Qui omnes tenent talem viſitationem fieri poſſe per locumtenentes cũ *in l.* 6. aſſertum ſit, *por ſi*, *ò por ſus tenientes*, quod in noſtra l. 42. & 43. inuenitur, vt ex ipſarum litera patet.

Nam quamuis viſitandi obligatio 32 perſonaliſsima ſit, taliter vt delegari non valeat, limitandum eſt, dum facultas delegandi viſitationem cõceditur, vt *in cap. ſi Epiſcopus*, *cap. inter cætera*, *de offic. ordin. lib.* 6. & ibi DD. Sbroz. *de viſitat.* 1. *part. lib.* 2. *quæſt.* 119. *num.* 8. & 12. Solorzan. *de gubern. Indiar. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 51. & cum a l. noſtra hæc facultas conceſſa ſit, ſequitur poſſe cõmit-

mitti locumtenentibus, ſicuti ex Concilij Trident. diſpoſitione *ſeſſ. 24. cap. 3* conceditur Epiſcopo facultas nominandi viſitatores quamuis per ſe officium exercere tenebatur, vt Solorz. *d. cap. 8. num. 49. & ſeqq.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. alleg. 73. num. 2. 24. & 28.*

33 Secundo a noſtra l. 42. cautum fuit vt correctores ſtipendia, cibariavè a viſitato loco non percipiant, vt cautum, ac conſtitutum referūt in cap. Prætor. Auend. *d. cap. 4. ex num. 45.* Auil. *d. cap. 6. verb. vna vez, num. 3. & 4* Bobadill. *d. cap. 9. num.*

34 Quæ conſtitutio (cum per omnia noſtri Reges ſuas conentur leges æquare ſacris conſtitutionibus) deducta à Pontificalibus reſponſionibus videtur cum ex eis conſtitutum ſit, vt Epiſcopus, eiusvè viſitator, dum Diecæſim viſitant, plus iuſto a Diæceſanis non percipiant, *cap. cum Apoſtolicus, cap. olim, cap. Sopitæ, cap. cum venerabilis, de cenſib. extrauag. vnic. eod. tit. cap. cum ex officij, de præſcript.* vbi Felin. de quo ſcripſerunt, latè Nauarr. *conſ. 1. & 12. de cenſib.* Grac. *lib. 1. diſception. cap. 57. num. 16.* Vgolin. *de Offic. Epiſc. cap. 49. §. 3.* Sayr. *in flor. deciſ. tit. de cenſib. deciſ. 1. & 12.* Leon. *Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. cap. 16. à num. 41.* de quo Auguſt. Barboſ. *in Paſtor. 3. p. alleg. 73. & num. 43. & 50.* poſt eum D. D. Ioann. de Solorzan. *de Indiar. gubern. lib. 3. cap. 8. num. 56.*

Quod comprobatur ex Conciliari diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 3.* vbi prohibetur Epiſcopo ratione viſitationis quid recipere niſi procurationes à iure ſtatutas Barboſ. *Collect. ad Concil. d. cap. 3.* Altamir. *de viſitat. verb. procurationis cauſa ex fol. 234.* Cardin. Tuſch. *liter. V. concl. 218. ex num. 15.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 22.* Adam Cōtzen. *lib. 6. Polyt. cap. 14. & 15.* Solorzan. *dict. cap. 8. numer. 56. 57. & ſeqq.* Sbroz. *de Vicar. Epiſcop. lib. 2. q. 122. & 123.* Machad. *d. lib. 4. p. 3. tract. 1. docum. 5. ex num. 4. vſque ad finem*, Stephan. Grac. *d. cap. 57. num. 16.* Auguſt. Barboſ. *cap. cum Apoſtolus num. 2. & cap. procurationes, cap. venerabilis 2. de cenſib.* Azor. *inſtit. mor. lib. 3. cap. 42. q. 9.* Surd. *de aliment. tit. 1. queſt. 64.* De quo Gregor. X. Bonifac. VIII. cōſtitutiones refert Azor. *d. quæſt. 9.* repetit Auguſtinus Barboſ. *in Paſtor. allegat. 73. num. 44.*

Sed præter has iuris canonici diſpoſitiones iure ciuili attento conſtitutum fuit, vt caſu quo Prouinciarum Rectores Prouinciam circumire debēt quicquam percipere poterunt à ſubditis, neque ratione angarij, neque epidemetici, aut alio quolibet diſpendio, ſed ſalarijs à publico cōſtitutis contenti ſint, Authent. *vt nulli iudicio verſ. nulli, collat. 9.* vbi Sebaſtian. Neu. *in Syſtem. §. nunc verò, num. 1. & 2.* cuius Authenticæ verba exponere non diſtuli. *Nulli verò liceat ciuili, aut militari iudici circumire prouinciam ſine cauſa neceſſaria, ſi vero aliqua neceſſitas vocauerit tale fieri expenſis proprijs hoc facere iubemus tam iudices, quam competens, & obediens eis officium. Neque vero angarijs, aut ijs, quæ vocantur epidemeticis, aut ideo quolibet diſpendio grauare noſtros ſubiectos, neque conſuetudines, nominare, aut quærere, quas forſitan aliqui prædictorum improprium locum iniuſte aduenerunt.* 35

Huic concluſioni conueniunt, quæ notat Authent. *de collator. §. iubemus, verſ. ad hoc iubemus Prouinciarum iudices, & officia eorum, ſi quando de ciuitate ad ciuitatem veniunt neque angarijs, neque deſcriptionibus aut alijs expenſis collatores grauare, ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere, Authent. de mandat. Princip. §. 1. & §. illud, Gloſſ. in l. 2. C. delegat. lib. 12.*

Ex quo notat Ioann. Fab. *in l. omnes cognitores, C. ad l. Iul. repetund. & in §. plebiſcitum*, vbi Nicæſ. *de iur. natur.* Iudices non poſſe, ſi ſalarium ex publico habeant, quicquam percipere, etiamſi egrediantur ciuitatem ſuæ gubernationis ad executionem iuſtitiæ, quod ad noſtrum caſum extendit Auil. *cap. 1. Prætor. verb. pueſtos num. 1.* Tiber. Decian. *reſponſ. 41. numer. 66. & 74. tom. 2.*

Quod ſit exequendum iudicāt DD. 36

vt

vt etiam in causa criminali, neque sportulas, salaria, aut stipendia percipere valent, dum intra Pronuntiam sibi commissam ad executionem iustitiæ mittuntur ratione officij Bald. in *l. obseruare num. 1. de offic. Proconf.* Menchac. *illustr. contr. in præfat. num. 102.* Garc. *de expens. cap. 21. ex num. 6.* Coler. *de proceff. executiu. p. 1. cap. 3. num. 259.* Boer. *decis. 303. num. 10.*

Damnant, ex his Plat. & Rebuf. & merito, iudices salaria ex publico habentes & in graue subditorum præiudicium stipendia exhaurientes ab illis, dum ad iustitiæ administrationem à suę ciuitatis limitibus exeunt, vel in ipsa ciuitate existunt in *l. 2. C. de curis Publ. lib. 12.*

37 His tamen obstare videtur dispositio *l. 2. C. de lucr. aduoc. lib. 12.* vbi licere patet a subditis pensitationes percipere a iure assignatas cuius textus decisio ad hoc vt possit a correctore, aut Præside percipi aliquod ius a subditis ponderat Albert. *in l. obseruare de offic. Proc.*

38 Attenta vero serie illius legis ad nostrum casum adaptanda est, potius quã cõtraria dispositioni nostrarum legum. Nam ex illa patet a iure statutas pensitationes à ministris, iudicibusque percipi posse, condemnatur vero illicita receptio, vt Luc. de Pen. Rebuf. & Plat. & Sebast. Neuio. Boer. *decis. 9.*

39 Et cum à publico stipendia conferãtur correctoribus, sequitur euidenter quod cum ex officio teneantur visitare prouintiam, non poterunt quid quam percipere à subditis: & sic officialibus Neapolitanis fuisse præceptum notat Rouit. *Pragm. Neap. tit. de officialibus pracm. 7. & tit. de admin. vniu. pracm. 9.* Nec ratione salarij sportularum erogatione, aut sumptuum vt in nostra l. disponitur, quo adsimilatur dispositio. *L. obseruare 2. C. de offic. Proconf.* vbi Bald. *n. 1. d. Auth. vt iudic. sine quo suffrag. & Authent. vt null. iud.* vbi Angel. Alber. in *d. l. obseruare n. 2.* Bobadill. *cap. 9. n. 15.* Auend. *d. cap. 4. præt. n. 45. vers. aliàs autem.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 65.* per totam, expressè in casu nostræ legis, si contraria vero ab his exiquãtur quantum in eos exequẽdę, aut qualiter puniendos, notant Isaias, *cap. 15 & 33.* Ioseph. *lib. 5. antiq. cap. 3. l. 7. § fin. ad l. Iul. repet. l. iudices, C. de dignit. lib. 12. l. 1. C. de offic. rect. Prou. in C. Theod.* Luc. de Pæn. *d. l. iudicis. num. 18.* Ioann. Langleo, *lib. 6. semetr. cap. 1.* Mastrill. *de magistr. lib. 6. cap. 8. n. 44.*

Sed nec tantũ prohibita est perceptio pro stipendijs visitationis correcto- 40
ri, sed etiam scribis, officialibus vẽ ceteris, quod iuri Canonico conforme est, vt patet ex textu *in cap. 1. § procurationes cap. exegit 2. de cens. lib. 6.* ex Nauarr. Cerol. & Pacech. Augustt. Barbos. *de offic. Episcop. d. Alleg. 73. n. 41. & 44. & collect. ad cap. 3. sess. 24. Concil. Trident.* Steph. Gratian. *discceptat. tom. 1. cap. 57. num. 21.* D. Ioann. de Solorz. *de gubern Ind. lib. 3. cap. 8. n. 59.*

Cognito vero à nostris Catholicis 41
Regibus impensa sua neminem militare debere, imò stipendia conferenda esse, iustumque vt laboranti salariũ adsignetur, l. *Chor. cap. 9. cap. cum secundũ de Præbend. cap. cum ex officijs de præscript. cap. iam num. 28. q. 1. cap. si Episc. de offic. Ordin. glos. in l. argentarius de edẽdo,* Matienz. *in dialog. Relator. 3. p. cap. 32. n. 9.* Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib. 1. q. 55. n. 2. & lib. 3. q. 53. num. 3.* Flor. de Men. *lib. 1. var. q. 8. n. 6.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 22. num. 12.* Valenz. *conf. 179. n. 32. & seqq.* Valasc. *conf. 125. n. 2.* Bobadill. *lib. 1. Polyt. cap. 13. n. 48.* Gonz. *reg. 8. Canc. glos. 4. num. 17.* Ric. *prax. aur. resol. 439. n. 2.* Barbos. *d. cap. cum secundum, n. 2. de Præb.* D. Ioann. de Solorz. *d. cap. 8. lib. 3. n. 59.* contrario iniustum esse vt frustretur lucro laborans vt ex Gonzal. *d. reg. 8. glos. 43. n. 132.* Valenz. *d. conf. 179. n. 59.*

Nostram legem 43 tulerunt statuen- 42
tes, vt correctori certum salarium, suisque officialibus pro tempore visitationis, conferatur: hoc enim vt labori iustum præmium tribuatur, neque maioribus expensis grauẽtur subditi, cum condenationes, aliæque vicæ ad satis-

factionem expenſarum quærerunt iudi ces, ſed certo ac deſignato à iure ſtipẽdio, aut penſitatione, procurationevè contenti eſſent, vt diſpoſitum erat per conciliarem conſtitutionem Lateranẽſis Concilij, *in cap. cum Apoſtolus, de cenſibus*, quod ius, ſtipendium, ſeu procuratio appellatur, de quo etiam conſtitutum *in cap. eũ ex officij, de præſcript. cap. venerabilis, de cenſ. cap. procurationes*, 23 *eodem tit.*

43 Quæ receptio ratione laboris licita eſt ex mente Doctor. dum legitimam conſtitutionem non excedat, Surd. *de aliment. d. tit. 1. q. 64. & tit. 4. q. 21.* Azor. *inſtit. Mor. tom. 2. lib. 3. cap. 42. q. 9.* Marc. Anton. Genuenſ. *poſt cap. 35. n. 2.* latè Auguſt. Barboſ. *d. Allegat. 73. n 43. 44. & ſeqq.* Stephan. Grac. *diſcept. cap. 57. ex n. 1.* Bellet. *diſquiſ. Cleriop. 1. tit. de bonis Cler. §. 11. n. 12. repetit* Auguſt. Barboſ. *in cap. cum inſtantia 18. de cenſib. & in cap. procurationes 25 eod. tit.* D. Ioann. de Solorz. *d. cap. 8. n. 58. & 59.* Garc. *de expenſ. cap. 21. n. 7.*

Et cum ex ipſa noſtræ l. conſtitutione pateat quod correctoria cætera rum legum, & partitæ ordin. & reopil. ſit, ſequitur, obſeruanda illius deciſio, ad hoc vt legitima ſtipendia ab ea conſtituta à correctoribus pro tempore viſitationis percipi poſsint.

44 Nunc vero & ad huius legis conſtitutionem facere credo diſpoſitionem dict. *l. 2. C. de Luer. aduoc. lib. 12.* vt pænis teneantur à legibus impoſitis correctores, vltra legitimas penſitationes á ſubditis percipiẽtes tempore viſitationis, de quo intelligenda eſt doctrina Luc. de Pen. Rebuf. Neuij, & Plateæ in *d. l. 2.* vt ſecundum ea adſtringantur correctores ad obſeruantiam noſtræ, *l. 43.* taliter vt nec ratione ſtipẽdij, ſportularum, ſignaturæ mandatorum quidquam percipiant, ſed contenti ſint ſtipendijs à iure conſtitutis, vt in *l. obſeruare de offic. Proconſ.* & ibi DD. Ioann. Garc. *de expenſ. d. cap. 21. n. 6. & 7. d. cũ Apoſtolus*, & ibi Barboſ. *de cenſ. & de offic. Epiſcop. d. Allegat. 73. n. 43. & ſeqq.* Stephan. Grac. *d. cap. 57.* Solorz. *d. cap. 8. ex num. 61.* Azeb. *l. 7. hoc tit.*

Hanc vero legem tranſgredientes 45
repetundarum pœnas incurrere, vt ex Ioann. Fab. *in l. fin. C. ad l. Iul. repet.* notat Auil. *cap. 1. Præt. verb. pueſtos*, non dubito, ſiue per ſe, ſiue per officiales, applicationemvè pœnarum quidquam perceperint, vltra conſtituta à lege noſtra ſtipendia, vt *in l. 1. C. ad l. Iul repet.* de quo latè Boer. *deciſ. 153. n 8.* Tiber. Dec. *tract. crim. lib. 8. cap. 39.* per totum Farin. *in pract. crim. q. 111.* Maſcard. *de probat. concl. 164. cum ſeqq.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 6. cap. 8.* Mario Guiurb. *conſ. 72. n. 13.* Bobadill. *lib. 2. Politic. cap. 11. & 12.* Adam. Cõtz *lib. 9. Polytic. cap. 8. §. 3.* Marquez. *Gubern. Chriſt. lib. 1. cap. 20.* Velazq. *de optim. Princ. lib. 2. ad ſect. 22.* Menchac. *lib. 2 controu. cap. 37.* Ierad Maynard. *deciſ. Toloſ. lib. 4. aeciſ. 80.* Narbon. *l. 31. tit. 7 gloſ. 3. & 6.* Sete *deciſ. 214. n. 4.* Capiblanc. *de Baronib. pragm. 4. num. 17.* Oſualdad. Donel. *lib. 14. Com. cap. 25.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 82. & ſeqq.* Petr. Greg. *lib. 2. de rep. cap. 6.* Iul. Labor. *diſq. Polytic. lib. 2 cap. 28.* poſt hæc ſcripta, doctiſsime omnia ad hanc materiam neceſſaria congerit D.D. Ioann. Baptiſt. Larrea, *allegat. fiſc. alleg. 47. & 48. per totas.* Et ſecundum Canoni- 46
cam conſtitutionem ad duplicatã præſtationem tenent Abb. *cap. procurationes, num. 1. de cenſib.*

Vltimo ſcire reſtat, an licite atten- 47
to iure communi potuit, *l. noſtra 43.* correctoribus tempus præfinire, intra quod viſitationem facere teneantur vt ibi: *Con termino de diez dias en cada villa, y en los lugares de cien vezinos, con el de dos dias.*

In quo notandũ videtur, quod cũ ex *Authen vt nulli iud. Auth vt iud. ſine quo ſuffrag. Authent. de collat. d. l. obſeruare de offic. Proconſ. l. 6. & 42. huius titul.* per totque Prætorum Capita conſtitutum fuiſſet, vt ſua impenſa abſque penſitatione viſitatio à correctoribus fieret. Quæ omnia correcta fuere per noſtrã legem haud dubiũ eſt potuiſſe ratione

ſu-

ſubuentionis ſubditorum, & ne ſtipendiorum, ſeu ſalariorum cumulo opprimerentur Reges noſtri conſtituere, vt viſitationes complerentur, intra certum, determinatum, ac præfixum á iure terminum metamquem ad id conſtituere, ne ad libitum quam plures dies in viſitatione â correctoribus conſumerentur.

Adeſt enim Toletani Concilij 7. conſtitutio *Can.* 7. præfigens Epiſcopis metam viſitationis, vt amplius quã vna die dum viſitant per vnamquamque Baſilicam nec remorandi licentiam habeant vt deducit Grac. *cap. inter cætera, verſ. cum vero* 10. *q.* 3. quod probant Abb. *in cap. procurationes* 23. *n.* 3. *de cenſib.* Sed quamuis Azor. *inſtit. Mor. lib.* 3. *cap.* 42. *q.* 6. *p.* 2. dicat terminum ad viſitationem complendam præfigi non poſſe, ſed boni viri arbitrio relinquendum. Riccio *in praxi for. Eccleſ. deciſ.* 717. 1. *edit. & reſol.* 708. *edit.* 2.

Tamen vt ex dicti Concilij Toletani conſtitutione patet, ne ſubditi prægrauentur, vtque modus imponatur exactionibus, neque ſũptus inordinatè fiant, recte poſſe, ac potuiſſe Catholicos noſtros Reges conſtituere terminum in noſtra *l.* 43. intra quem viſitatio fieri debere, vt comprobat Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 22. *n.* 8. Piaſec *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *de viſitat. quorum exemptor n.* 62. Auguſtin. Barboſ. *de offic. Epiſc. allegat.* 73. *n.* 39. & 40. Hoc enim attenta vtilitate ſubditorum, & ne cauſa viſitationis grauentur, vt à Bracharenſ. Concilio comprobat Barboſ. *d. num.* 40.

Secundum quam iuris conſtitutionem venit noſtræ l. ratio, vt inde ſequatur ſubditis vtilitas, & inſubleuamine ſalariorum termino præfixo ad viſitationem, & in executione iuſtitiæ conſtituto, vt ſit de triennio in triennium ſecundum diſpoſitionem l. 42.

L.44.tit.6.lib.3.Recopilat.

ESTO Que diſpone la Ley veinte y ocho deſte titulo, que en las cauſas Criminales, y Ciuiles arduas, examinen los Iuezes por ſi los teſtigos, ſin lo cometer à Eſcriuano; ſe guarde como en ella ſe contiene, y que eſto ſea ſin la cautela de tomar los teſtigos a ſolas los Eſcriuanos, y leer ſus dichos deſpues ante el Iuez.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilis cauſa ardua criminali æquiparatur.*
2 *Teſtes in cauſis arduis ciuilibus, & in criminalibus a iudice examinandi ſunt.*
3 *Iudicis præſentia ad examen teſtiũ neceſſaria eſt, neque ad id remiſsio, aut commiſsio conceditur.*
4 *Examen teſtium magna res eſt.*
5 *Comiſsionis delatio ad examen teſtium arbitraria eſt, nec abſolutè neceſſaria eſt præſentia iudicis.*
6 *Remiſsio ad examen teſtium in cauſa criminali prohibita eſt.*
7 *Teſtis in cauſis arduis a iudice cauſæ apud Hiſpanos examinandus, nec conceditur requiſitoria ad alium iudicem.*
8 *Remiſſoria ad examen teſtium exiſtentium extra Prouinciam, aut iuriſdictionem conceditur in cauſis ciuilibus.*
9 *Ac etiam exiſtentium intra Prouinciam ex lege, & vſu Hiſpaniæ.*
10 *Teſtium examen committẽdum non eſt, ſed coram iudice faciendum.*
11 *Teſtes ſi coram iudice examinari nõ valent, coram honeſtis, ac honoratis viris examinandi ſunt.*
12 *Examinatio nuda teſtium committi non poteſt.*
13 *Teſtium examen nudum committi poteſt.*
14 *Iuramenti receptio ad examen teſtium committi non debet, nec poteſt.*
15 *Confeſsio facta coram tabellione dum neceſſaria eſt præſentia iudicis, non probat.*
17 *Teſtium examen deficiente præſentia iudicis, an ſit nullum.*
18 *Quod non tenet Azeuedo.*
19 *Contrarium defendit Auendan.*
20 *Solemnitatis omiſsio actum vitiat.*
21 *Teſti a iure prohibito examinari fides danda non eſt, & ſi in teſtem receptus ſit.*
22 *Examen teſtium contra conſtitutionem ſtatuti factum fidem non facit.*
23 *Teſti fides adhibenda non eſt, examinato ſine præſentia iudicis, dum iſta qualitas a lege requiritur.*
24 *Qualitas pro forma requiſita quando vitiet actum, illa deficiente.*
25 *Formæ defectus actum vitiat.*
26 *Contraria opinio.*
27 *Verior opinio eſt in actu præiudiciali defectum formæ illũ irritare.*
28 *Examen teſtium committi poteſt ex communi conſuetudine, & ſtylo ex Azeuedo.*

Con-

29 *Contraria opinio defenditur ab Auendaño.*

30 *Committi poteſt a iudice dum occupatus extat.*

31 *Contraria opinio refertur.*

32 *Præcipue apud Hiſpanos, virtute legis partitæ.*

33 *Et licet teſtis extra iuriſdictionem iudicis ſit dum tamen iudex & teſtis ſubſunt imperio vnius Principis.*

34 *Mutatio legum periculoſa res eſt.*

35 *Iudicis præſentia ad examen teſtium neceſſaria eſt ad ſummouendum dolum.*

36 *Teſti aſſerẽti ſe aliter diſpoſu ſſe abſente iudice examinato dũm præſentia iudicis neceſſaria eſt, an fides adhibenda ſit.*

37 *Quod nondum criminaliter agitur contra Tabellionem* & 43.

38 *Tabellioni an teſti inſtrumentali in cauſa ciuili fides ſit danda remiſſiue.*

39 *Tabellioni fides eſt danda, magis quã teſtibus in cauſa ciuili ordinaria.*

40 *Sed in cauſa magni ponderis dum a lege ad examen teſtis præſentia iudicis neceſſaria eſt, etſi deficit contrarium dicendum eſt,* & 44.

41 *Præcipue apud Hiſpanos ex l. municipali.*

42 *Quod obſeruatur apud Gallos.*

1 NOſtræ legis conſtitutio cõfirmatoria eſt, vt ex ipſa patet *l.* 28 eiuſdem tituli, vbi ſtatuitur teſtes in cauſis criminalibus, & in arduis ciuilibus, quæ criminali æquiparantur, Bart. & Alex. *L. diuus, de Quæſtionibus*, Doct. *cap.* 1. *depoſiti.* Viuio, *comm. opin.* 172. Bertaz. *conſ.* 399. probat ex Menoch. *de arbitr. caſ.* 265. Maſcard. *de probat. concl.* 463. Caualc. *brach Reg. p.* 3. *num.* 268. Et ex Caualcan. *deciſ.* 49. *n.* 192.

2 *p.* 1 de qualitate teſtium *p.* 1. *n.* 33. & *p.* 2 *num.* 196. a iudice examinandos eſſe, nec debere a tabellione tantum, in quo ſcripſit latè Azeued.

Eſt tamen hæc concluſio deducta 3
ex diſpoſitione *Auth. apud eloquentiſſimum*, C. *de fid. inſtrument. l.* 3 § *Diuus, de teſtibus, cap. ſi qui teſtium, de teſtibus*, per DD. latè defenſa neceſſariam dicentes præſentiam iudicis ad examen teſtium prohibitamque commiſsionem, ac remiſſoriam, vt coram Tabellione tantũ examinentur, vt comprobant DD. *in Clem. 1. verb. ciuili, de offic.* & *poteſt. iudicis delegat.* Abb. *in cap. ſi qui teſtium, de teſt. in cap. cum cauſam eod. tit.* Bald. *in d cap. ſi qui teſt. de teſtib.* Felin. *d. cap. cum cauſam num.* 26 *eod. tit.* latè Menoch. *de recuper. rem.* 15. *ex num.* 344. cum multis ſeqq. Auil. *cap.* 37. *Prætor. gloſſ.* 1. Auend *de exeq.* 2 *p cap.* 17. *num.* 1. & 2 Bernard. Felin. Affl ct. adducti ab Azeued. *d. l.* 28. *num* 1. & 2. Alber. *cap. veſter.* Clar. Gail. Simon de Præt. Chacher. Seuer Bocac. Rebuf. Graueo à Farin. *de teſtib. q.* 77. *cap.* 2. *ex num.* 71. cum ſeqq. vbi latè diſputationes, ac ampliationes & limitationes refert, Donel. *lib.* 25. *com.* ab Auguſtin. Barboſ. *in d. Auth. apud eloquentiſsimum, numer.* 2. Mario Mut. *ad conſ. Senat. Panorm. cap.* 3. *num.* 25. Menoch. *conſ.* 262. *num.* 21 & 22. Epiſcop. Salmant. Valenz. *conſ.* 92. *num.* 80. Portol. ad Molin. *verb. teſtes ex num.* 5. Seſe *deciſ. Aragon.* 434. *num.* 31. *tom.* 4. & *deciſ.* 107. *n.* 5. *tom.* 1. Giurb. *conſ.* 78. *num.* 17.

Examinatio enim teſtium maxima 4
res eſt, præcipue dũ cauſa honoris aut exiſtimationis quæritur, vt Cicero *pro Cecin. Maturiſsime iudicanda eſt res, in qua exiſtimationis periculum eſt.* Ex quo refert Angel. *auth. de teſtib* § *quoniam, num.* 28. & 36. Vidiſſe in Ciuitate Peruſij quendam Rectorem condemnatum, ex quo remiſsit examen teſtium, Farinac. *d. q.* 77. *num.* 71.

Sed tamen notat Felin. *in cap. cum* 5
cauſam, col. penult fall. 2. *de teſtib.* & cum eo Capicius, *deciſ.* 90. *num.* 60. arbitrariã eſſe iudicis commiſsionem remiſsionis ad examen teſtium, nec neceſſariam eſſe iudicis præſentiam abſolutè, quo cõuenit Rouit. *ad pragmaticas Neapol. de ordin. iudic. pragm.* 7. *num.* 18.

Cui concluſioni aſſentiri videtur Alberic. doctrina *in d. Auth. apud eloquentiſsimum num.* 1. & cum eo & Felin. Menoch. *d. conſ.* 262. *num.* 1. dicentis, iudicis arbitrio relictum eſſe, an cauſa iuſta ſit, necne ad remiſsionem examinis teſtium, Farinac. *d. q.* 77. *num.* 50. Nec abſolutè præſentiam iudicis eſſe neceſſariam, cum & etiam videamus in caſu infirmitatis, paupertatisvè committi poſſe, aut remitti *in cap. ſi qui teſtium, de teſtibus*, & ibi latè Auguſtin. Barboſ.

6 In quo diſtinctio adhibenda eſt, nã aut cauſa criminalis eſt, & tũc cum vel vita, honor delinquentis pendeat a teſtium examine, regulariter remiſsio prohibetur, conſtituiturque vt coram iudice fiat examen, vt Farin. Valenz. Menoch. adducti ſupra Auend. *de exeq. cap.* 17. *lib.* 2. *n.* 1. & 2. Portol. ad Mo-
7 lin. *d. verb. teſtis, num.* 7. Et taliter hæc prohibitio commiſsionis conſtituta eſt apud Hiſpanos, vt in cauſis arduis criminalibus, nec requiriſitoria ad aliũ iudicem admittitur, ſed ab ipſo iudice cauſæ examinandæ ſunt, quamuis extra territorium ſint, vt *in l.* 27. *tit.* 16. *p.* 3. Auend. *cap.* 17. *n.* 2. & ſic intelligenda eſt noſtri textus concluſio.

8 In cauſis vero ciuilibus ex diſpoſitione *l. iudices*, C. *de fide inſtrum.* diuerſo ſe habet hæc concluſio. Nam prohibitum eſt iudici remiſſoriam concedere ad examen teſtium, dum teſtis intra ciuitatem eſt, ſi vero extra ipſam, territorium, aut prouinciam regulariter conceditur, ex ipſa *l. iudices* remiſſoria, vt probat *l.* 27. *tit.* 16. *p.* 3. ex ea Auendan. *d. cap.* 17. *num.* 1. & 2. Auil. *cap.* 37. *Prætor gloſſ.* 1. Grauat. in add. ad Veſtr. *lib.* 6. *cap. fin.* Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 96 Auguſt. Barboſ. *in ipſa l. n.* 2. Farin. *d. q.* 77. *cap.* 1. *per totum, ex n.* 1. Menoch. *de recup. remed.* 15. *ex n.* 344. cum ſeqq.

9 Sed quamuis Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 350. cum ſeqq. ex recepta DD. ſententia ad *d. l. iudices*, credat teſtium examen intra ipſam ciuitatem committi poſſe, & dicat ſic apud nos exequi ex recepta doctrina Couarr. *lib.* 2. *var. c.* 13. *num.* 10. Portol. ad Molin. *d. verb. teſtis, num.* 5. & 6.

Contrariam tamen ſententiam Co- 10
uarr. ſuadet Principibus, quam probãt ſupra traditi DD. *num.* 1. in cauſis arduis Azened. *d. l.* 28. Gregor. Lop. *l.* 27 *verb. ſu carta, tit.* 16. *p.* 3. dicens, conſtituendum eſſe apud nos ob bonum commune Regni, vt teſtes coram ipſo iudice examinentur, nec committatur examen tabellionibus ſicuti receptũ apud Luſitanos refert, in quo damnat abuſus noſtrorum temporum, Gregor. Lop. *l.* 26. *verb. Eſcriuano, tit.* 16. *p.* 3. Et taliter procedendum notat Couarr. quod 11
ſi iudex ex cauſa ad examen accedere non valeat coram honoratis perſonis fiat, vt ex legibus Athenienſium refert ipſe Couarr. ex Portol. *lib. de Magiſtrat. Athenienſ. cap.* 26. Et ex Bald. *in l. nullum col.* 2. C. *de teſtib.* Bartul. Rubr. *de controu. inueſt. col.* 2. deducit Auend. *de exequend. 2. p. cap.* 17. *n.* 2. & *num.* 4. *verſ. & vbicumque.*

Ex quo ſic ſuſtinẽda eſt noſtri textus 12
deciſio, & taliter iudicanda neceſſaria præſentia iudicis ex ea ad examen teſtium, vt nec nuda examinatio teſtium, iuramento a iudice recepto, committi poſsit, vt fieri ſolere apud nos refert Couarr. *d. cap.* 13. *num.* 10. Paz *in praxi p.* 1. *tom.* 1. *temp.* 8. *num.* 135. Menoch. *conſ.* 100. *num.* 43 & 46. Caputaq. *deciſ.* 265. Stephan. Gracian. *diſc. cap.* 60. *num.* 36.

Nam quamuis Bald. ex Gloſſ. & In- 13
noc. *in c. cum Bertoldus, de re iud. in d. l. iudices, n.* 4. teneat poſſe committi à iudice Tabellioni nudum miniſterium receptionis teſtium, vt *ex gloſſ. in l. hac cõſultiſsima, § ſi quis autem*, C. *de teſtam.* & ibi Bald. & *in cap. ſi qui teſtium, de teſtibus*, Salicet. *in d. Authẽt. iudex, de Epiſc. & Clericis*, Speculator *tit. de teſte, § nũc tractandum.*

Attamen ipſum actum iuriſdictionis 14
vt eſt iuramenti recepti committi non poteſt, vt probatur ex Gloſſ. *d. § ſi quis*, Bald. Specul. & traditi ab add. Bald. *in d. l. iudices*, & *d. § ſi quis*, Caputaq. *d. deciſ.* 265. Grac. *d. cap.* 60. *num.* 34. & 35

Et cum tabullarij iurisdictionem nõ habeant, sequitur non posse iuramentũ recipere ad testificationem, nec alium actum iurisdictionalem argum. *l. instar 2. C. de iur. fisc. lib.* 10. ad cuius l. materiam vide latè in ea D. Franc. de Amaya.

15 Patet etiam doctrina glos. *in l. iubemus*, C. *de liberal. causa*, *verb. aliud iudicium*, vbi confessio coram tabellione facta tantum, dum necessaria est iudicialis confessio non præiudicat libertati, cum acta iuridica, ac iudicialia coram tabulario tantum prohibita sint fieri.

16 Ex his ergo videbatur dicendum, quod cum constitutum à nostra lege pro solemnitate sit, vt testes à Tabellionibus non recipiantur, nec etiam nudum ministerium examinis recepto iuramento à iudice, ibi: *Y que esto sea sin cautela de tomar los testigos à solas las Escriuanos, y leer sus dichos despues ante el Iuez.* Quod correctoria iudicanda est, *d. l. iudices*, ac impeditiua commissionũ â iudicibus expediendarum vt eis absentibus valeant à Tabellionibus examinari.

17 Quapropter cum constituta sit ad testium examen hæc qualitas, vt præsens sit iudex disputant DD. Regni in causis criminalibus, & in quibus iudicis præsentia necessaria est, si deficit, an probatio nullitatem contineat.

18 Varie in hac quæstione extat resolutio DD. circa intelligentiam *l. 27. tit. 16. p. 3.* Nam Azeued. *in l. 28. hoc tit. n. 6.* voluit hanc legem pœnalem ob idque nullitatem actus non producentẽ, vt ex resolutione Auil. *cap. 37. Prætor. gloss. 1. num. 5.*

19 Auendan. autem *de exeq. d. 2. p. cap. 17. num. 2.* tenet probationes factas sine assistentia iudicis esse nullas, quia contra legem factas esse censentur, vt deducit *ex l. non dubiũ, C. de legib.* Isern. *const. Regn. Sicil. lib. 1. rubr. 15.*

Quam resolutionem in puncto iuris veriorem credo, præcipue attentis nostræ legis verbis, ibi: *Que en las causas criminales, y ciuiles arduas, examinen los Iuezes por si los testigos, sin lo cometer a Escriuano.* Nam cum ad solemnitatem probationis præsentia iudicis requisita sit, illius omissio vitiare actum indu 20
bium non venit, ex recepta conclusione, *L. cum hi, §. si Prætor, de transact.* & ibi DD. Alexand. *cons. 42. col. 6. vol. 1. & cons. 100. col. 2. vol. 5.* Alban. ad Bartul. *in d. §. cum Prætor num. 1.* Decio, latè *cons. 10. per totum.* Bernard. Diaz, *regul. 10.* Bald. *cons. 390. p. 1.* Hieronym. Gabriel. *cons. 169. num. 56.* Zas. *cons. 9. num. 94. lib. 1.* Caualc. *decis. 20. num. 24. & de cis. 23. num. 6.* Gras. *decis. 132. num. 12.* Valenz. *cons. 67. num. 10. & 11.* Matienz. *in l. 4. glos. 3. tit. 11. lib. 5 Recop.* Gutierr. *Pract. lib. 3. q. 15.*

Comprobatur etiam ex constitutione *cap. cum dilecta*, de rescriptis, vbi omissio solemnitatis in actis iudicialibus seu processus etiam in minimo irritat actum in totum, vt latissimè ex Tiraquel. *de retract. linag. §. 1. glos. 21. n. 11.* Caput. *decis. 143. n. 5. p. 3.* August. Barbos. *d. cap cum dilecta, n. 2.* qui *n. 8.* addu cit in numeros DD. qui ad intelligentiam capitis, & *d. §. cum Prætor*, scriben tes irritationem actus per omissionem solemnitatis referunt, vt Tiraq. Azeu. Gutierr. Valasc. Gam. Gonçal. Thusc. Leon, Marc. Anton. Escob. Cald. Farinac. Euerard. vbi vide hanc communem resolutionem.

Secundò, fulcitur hæc opinio doctri 21
na Bald. *in l. seruos*, C. *de testibus*, vbi tenet, quod si prohibitum sit aliquem in testẽ recipi illius dictũ, iudiciũ non facit, nec iudicem potest instruere legitimè, vt cõprobat Salicetus in ipsa *l. seruos n. 1.* Natta *cons. 394.* Oldrald. *cons. 192.* cũque prohibitum à iure sit, vt in causis criminalibus, & arduis ciuilibus à tabellione tantũ testes recipiantur in nostra lege, si contra illius cõstitutionem recepti sint, fidem non facere, nec posse dicendum est, ac consequenter probationem nullam esse, secundum Auendan. resolutionem.

Magon. *decis. Lucens. 39. num. 17* lo- 22
quens de statuto prohibente examen testium exterorum ni certa solemnita-

te

te interueniente, inquit examē contra ſtatutum factum, fidem non facere, nec vim habere ad inſtructionem iudicis.

23 Seſe *deciſ. Aragon* 434. *n.* 31. & 32. in noſtro caſu inquit: Teſtiū dictis abſēte iudice receptorū caſu, quo neceſſaria eſt preſentia, fidem adhibendam nō eſſe, ne conſtitutio, lex, ſeu ſtatutum præſentiam iudicis conſtituens reddatur illuſorius.

Nec omiſit Seſe obiectionem faciēdam ab Azeued. defenſoribus, ſcilicet legem noſtrā clauſulā irritātem nō habere, vt ex ea deducatur nullitas actus contra legis præceptum executi, vt ex *l. non dubium*, C. *de legib.* & illius materia deducitur, in qua videndus Bart. Bald. & Scribentes, Suar. Salas, Anguian. Farin. *in frag. lit. L.* & innumeri adducti, in *d. l. non dubium*, Auguſt. Barboſ. vbi vide hāc concluſionem, & traditam ſuprà *n.* 18. ex Azeued. & Auiles, ſcilicet, an actus contra legem pœnalem executus, nullus ſit.

24 Nam vt ſatis per DD. controuertitur, quærendum eſt, an qualitas pro forma in actu requiſita addat, vel detrahat, deficiēs in actu, taliter vt defectus illius vitiet actum. Hæc quæſtio dupliciter inter DD. vertitur. Nam Iaſſon, *in l. nemo poteſt num.* 15. *lect.* 2. Decius *in l. hac conſultiſſima num.* 12. C. *qui teſtam fac. poſſ.* tenent defectum formæ ir

25 ritare actum Iaſſon *in l.* 1. *n.* 25. *de lib. & poſthum.* Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 188. *lib.* 2. Roland. á Valle *conſ.* 72. *num.* 88. *vol.* 3. Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 88. *n.* 43. *vol.* 1. Mand. Alb. *conſ.* 70. *n.* 1. latè Valenz. *conſ.* 67. *n.* 9. & *conſ.* 75. *n.* 43. Taliter vt ad nullitatem actus inducendā, idem ſit omiſsio formæ, ac operatio contra legem, Auth. *qui cum res*, C. *de Sacr. Eccleſ.* Abb. *in cap. cum ſuper quæſtionem*, § *verum*, *n.* 4. *de offic. de leg.* Valenz. *conſ.* 3 *num.* 76.

26 Alia Doctorum reſolutio fuit actum non vitiare defectu formæ, vt ex Bart. *in l. vniuerſis*, C. *de prec. Imper. offer.* deducit Burg. de Paz *conſ.* 32. *n.* 10. quando fermè omiſsio, parum, ſeu modicū præiudicium generat Alciat. *l.* 1. *n.* 6. *de liber. & poſthum.* Afflict. *deciſ.* 143. Alber. *l.* 1. *q.* 6. *de hæred. inſtit.*

Pro vtraque parte hanc quæſtionem 27
diſputauit Aluar. Valaſc. *conſult.* 52. *n.* 26. & 27. qui reiecta Doctorum cōtro uerſia aſſerit *n.* 28. formæ defectum in cauſa, aut actu præiudiciali irritare actum, ac etiam dicendum eſt impedire legis diſpoſitionem, *l. qui Romæ*, § *Flauius Hermes, de verb.* Bald. *l. ſi quis mihi* 28. § *ſi coram*, *n.* 2. *de adquirend. hæredit.* Roland. á Vall. *conſ.* 72. *n.* 99. *vol.* 1. Gregor. Lop. *l.* 9. *tit.* 16. *p.* 6. *gloſſ.* 7. Tiraq. *de retract.* § 1. *gloſſ.* 21. *n.* 11. Valenz. *conſ.* 3. *num.* 27.

Sed cum ad cognitionem, an omiſsio formę præiudicialis ſit, taliter quod vitiet actum, nihil amplius quærendum eſt quam noſtræ legis verba, ibi, *En las cauſas Criminales, y Ciuiles, ar duas*, vt cognoſcamus qualitatem rei præſentiam iudicis requirere, & illius formæ omiſsionem inducere nullitatē actus, vt reſoluit in ſimili Seſe *d. deciſ.* 434. *n.* 31. *& ſeqq.*

Contra hanc iuridicam cōcluſionem 28
ſtylum, ſeu praxim, allegāt DD. dicentes commiſsiones ad examen teſtium à iudice fieri ſolere, nec præſentiam ipſius neceſſariam eſſe, vt notat ex multis Azeued. *d. l.* 28. *n.* 4. qui probat in criminalibus ſtylum, ſeu conſuetudinē conſtitui poſſe, vt coram tabellione tātum examen fiat.

Contrariam concluſionem defendit 29
Auend. *de exeq. d.* 2. *p. cap.* 17. *n.* 2. *verſ. neque videtur.*

Cui opinioni iure communi attento adhærendum videtur, vt latè comprobat Farinac. *in præct. d. q.* 77. *n.* 71. 72. & 73.

Quod ſic procedere notat, quod quā 30
uis cauſa occupationis, ac negotiorum cnncedat Auendan. *d. cap.* 17. *numer.* 3. *verſ.* 8. vt iudex committat examen teſtium, & latè eandem concluſionē defendat Menoch. *de recup. d. remed.* 15. *ex num.* 352.

Adhuc tamen nec in caſu occupatio- 31
nis teſtium examē committi valet, nec poteſt, vt ex Iaſon, Fulgoſ. & Alex. *in*

l. 1.

l. 1. §. huius rei, de offic. eius. Hieronym. Gabriel *cõm. concluſ. lib. 7. concluſ. 25. num. 5.* Quam opinionem ex Iul. Claro communem refert Farin. *d. q. 77. n. 71.*

32 Quod præcipuè apud nos procedit attenta ſerie *l. 27. tit. 16. p. 3.* vbi prohibetur commiſsio ad examen teſtium de cauſis criminalibus etiam extra territorium exiſtente teſte. Sed quod ab ipſo iudice cauſæ fieri debet. Quæ doctrina quamuis ab Azeuedo impugnetur, latis aliquibus declarationibus ad legem Partitæ eam defendit Auend. *d. cap. 17.*

Quam partitæ conſtitutionem, ac Auendan. doctrinam probant Bart. & Angel. *in Auth. apud eloquentiſsimum & in §. quoquo modo*, C. *de teſt. gloſſ. in cap. teſtes 3. q. 9.* Abb. *cap cum cauſam, de teſtibus*, Andr. de Iſern. *cap 1. ſide ineuſt. lis oriat.* Speculat. *tit. de teſte, §. qualiter*, & alij adducti à Hieron. Gabr. *comm. concl. lib. 7. concluſ. 25. num. 2.*

33 Quæ doſtrina præcipuè procedit dũ iudex vbi examen faciẽdum eſt, & vbi ſunt teſtes ſubſunt Imperio vnius Principis, tunc fatentur, vt ex Seuirol *in pract. de remiſ. c. 4. n. 8.* quod deneganda eſt remiſſoria, & perſonaliter à iudice cauſæ examen faciendum eſt, vt notat latè Bertazol. *conſ. 136. per totum lib. 1.* de quo teſtatur Farinac. *d. q. 77. n. 92* & ſeqq. qui attente lectus partitæ noſtrã legem, ac illius receptam concluſionem defendit, vt patet *ex n. 69. cum ſequentib.*

34 Sed tamen in hac ſententia non eſt meum fidem euelli publicam, receptãque conſuetudinem contemnere, quam ſuo vigore permanere ſatius credo. Quam mutationem recipere, cum periculoſiſsima res ſit, vt dixit Cornel. Gall. *c. 5. contr. Dialog.* Coch. *Theſaur. aphoriſm. lib 2. cap. 4.* Symach. *lib. 4. de Republ. cap. 10. l teſtamenta*, C. *de teſtam.* Bald. *l. 2. de conſtit.* Menoch. *conſ. 302. n. 16.* Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 80.* Baldu in. *§. ſed naturalia n. 24. de iur. natur.* Ideoque in facto id exequẽdum, ſeu tenendum credo, quod magis deceat ad meliorem expeditionem cauſæ, & ad ſecuriorẽ iudicis tutellam, ne facto teneatur, neque in foro Poli, neque fori, ſed apud Deum & homines tutus ſit.

Sed negandum non eſt præſentiam 35
iudicis â lege requiſitam ex eo eſſe, vt dolus abſit, deueraque probatione cõſtet, vt notat Panormitan. *cap. cum cauſam, n. 2. de teſtibus*, & vt falſitatis, ac vacilationis dicti ceſſet ſuſpitio, vt notat Seſe *deciſ. Aragon*, 107. *n.* 6. ex Natta *conſ. 393.* cum præſentia iudicis falſe præſumptionem in probatione, ſeu examine teſtium excludat *l. 1. C. de præd. min. l. ſi quis*, C. *de decur. lib. 10.* Roland. *lib. 1. conſ. 90. n. 90.* Natta *deciſ. 89. n. 5* D. Ioan. Baptiſta Larrea *deciſ. Granat. 66. num. 20.* Diximus, *de Leg. Polyt. lib. 1. cap. 12. § vnic. num. 49. & 50.*

Quare intra terminos noſtræ legis 36
quærit Auil. *cap. 37. Prætor n. 20.* examine à ſolo Notario, ſeu tabellione facto, in cauſa vbi neceſſaria ex lege erat iudicis præſentia, ſi teſtes dicat ſe aliter depoſuiſſe quam ſcripſit Notarius, cui credendum ſit.

Hanc quæſtionem primo diſputan- 37
dam ſuſcepit Speculator *tit. de teſte, §. 1 num. 48.* deducens in cauſa criminali, ideſt, ſi contra teſtem criminaliter proceditur à iudice ob dicti crimen, aut falſitatem, tunc Tabellioni non credi voluit Specul. Ratio enim, & ſi ab eo non adducta ea eſt, quod in cauſis criminalibus tanquam odioſis fides non datur vnico teſti. Ideo nec teſti contra Tabellionẽ, nec Tabellioni contra teſtem fidem eſt danda, vt ſequitur Alb. *in cap. cauſam n. 23. de teſtibus*, Alexand. *cõſ 70. n. 2. lib. 1. & conſ. 65. lib. 2.* Capicio, *deciſ. 61. n. 5. & 94. n. 3.* Grammat. *deciſ. 60.* Guid Pap. *q. 540.* Seſe *deciſ. Aragon. 107. n. 1. & 2.* Maſcard. *de prob. conc. 1099. num. 9.*

Quare omittenda eſt illa quæſtio, cui 38
maior fides adhibeatur teſti, an tabellioni in cauſis ciuilibus, de quo Paz *in pract. tit. de Tabellion. num. 33.* Couarr. *tom. 2. Pract. cap. 20. n. 5. verſ prima cõcluſio*, Farinac. *de falſit. q. 156. num. 123 & q. 158. n. 129.* Hieron. de Leon *deciſ.*

*cis.*210. *Aragon reſponſ. ad dub.*1. *n.*6. *fol.*627. *p.*2. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſ.*200. Surd. *conſ.*129. *ex num.*1. *cum ſeqq.* congerens in numeros DD. hanc quæſtionem diſputat Mari. Giurb. *cõſ.* 78. *per totum, præcipuè ex n.*1. *vſq.*11. Seſe *deciſ. Aragon* 107. Maſcard. *de probat. concl.*1099. *num.*7. Theſ. *for. lib.*1. *q.*31.

Et ad noſtrum caſum deueniendum 39
eſt, ſcilicet, ſi à lege neceſſaria eſt forma interuentionis iudicis ad examen teſtium, & hæc qualitas omittitur, teſtisque dicti qualitatem deneget, cui ctedendum ad hoc, vt fides ad cauſæ expeditionem dicto conferatur. In cauſa ciuili credendum magis eſſe notario, quam teſti tenuerunt Abb. *cap. ad Audientiam de præſcript.* Capic. *deciſ.* 61. *n.*5. Marant. *conſ.*50. *num.*15. Natta *conſ.*392. *n.*2. Thuſc. *littera T. concl.* 245. *n.*1. Theſaur. *qq. forenſ. lib.*1. *q.*31 *n.*3. Seſe *deciſ. Aragon* 107. *num.*7.

Sed in cauſa ciuili magni ponderis, 40
& in cauſa criminali, dum qualitas, ſeu forma examinis præſentiam iudicis requirit, quid dicendum? & videtur quod iure attento teſti credendum ſit, vt ex Speculatore tenet Alex. *conſ.*61. *num.*2. Aymon *conſ.*74. *num.*3. Maſcard. *de probat. concl.*1099. *num.*8.

In caſu vero noſtræ legis cum omiſſa ſit qualitas à lege requiſita, ſeu forma, qua mediante examen conficiendũ eſt, & vt diximus ſupra ex *gloſſ. in l. iubemus*, C. *de liberali cauſ.* Confeſsio coram tabelione facta, dum preſentia iudicis neceſſaria eſt, nihil probat, videbatur dicendum fidem non eſſe adhibendam, nec feſtit, vt pro ſua aſſertione iudicium fiat, nec tabellioni, ſed tanquã priuatæ declarationes iudicandæ ſunt.

Quæ reſolutio nec deviat à Doctorũ 42
placito, imò Gram. *vòto* 26. ſic teſtatur fuiſſe in cauſis ciuillbus apud Gallos conſtitutum Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib.*1. *q.*31. *num.*6.

Nam ſi in cauſa criminali nec credi- 43
tur teſti contra notarium vt ſupra, & defendunt Menoch. *lib.*2. *de præſ. præſ.* 74. *n.*15. Thuſc. *litt. T. concl.*245. *n.*3. 6. & 10. Azeued. *l.*2. *tit.*8. *lib.*4. *num.*4 *Recop.* Pacian. *lib.*2. *de probat. cap.*48. *num.*57. Guazin. *de defenſ. rerum defenſ.* 28. *cap.*15. *n.*1. alijs plurimus adductis à Giurb. *conſ.*78. *num.*16. & hoc procedit dum contra teſtem vel notarium criminaliter proceditur vt Maſcard. *d. concl.*1099. *num.*9. & tenent omnes DD. relati. Quare fides adhibenda eſt 44
contra tertium in cauſa criminali, aut ciuili magni ponderis, quę criminali æquiparatur. Imò dicendum credo neceſſariá eſſe præſentiam iudicis, vt integra fides depoſitioni teſtium conferatur, & teſti contradicenti nulla dicti denegatio proſsit, vt Speculat. *d. §.*1. *de teſte* Alex. Capio, Seſe, Grammat. Maſcard. traditi n. Thuſc. *concluſ.*245. *num.*7. & 8. Giurb. *d. conſ.*78. *numer.* 17.

Deficiente vero iudice fides dicto non eſt adhibenda, imò contra notariũ ſuſpitionem eſſe, vt ex Seſe, Theſaur. Natta, dictis in locis tenuit Giurb. *d. conſ.*78. *num.*17. *ad finem.*

L. 25. tit. 9. lib. 3. Recopilat.

POr escusar las costas que se causan en seguir pleytos, mayormente los labradores, que saben poco de negocios: Ordenamos, y mandamos que de aqui adelante los Alcaldes ordinarios de las Aldeas, ora estèn dentro de las quatro leguas de la cabeça de su partido, ora estèn fuera, tengan jurisdicion para conocer de las causas de hasta seiscientos marauedis, y no mas.

SVMMARIVM.

1 *Ordinariorum iudicum, vulgo* Alcaldes ordinarios, *qui meminerint.*
2 *De illorum extinctione, ac subrogatione officij correctoris.*
3 *Alcaldes de las Aldeas, qui dicantur.*
4 *Qualem iurisdictionem habeant.*
5 *Cui officio antiquo assimilentur.*
6 *Defensorum ciuitatis munus quale, & iurisdictio.*
7 *Cognoscebant in causis quinquaginta solidorum, & 300. solidorum iure Authenticorum, & n. 14.*
8 *Et de omni causa illius paruæ quantitatis.*
9 *Causas pauperum iudicabant.*
10 *Agorei causas miserabilium personarum apud Persas iudicabant.*
11 *Defensores ciuitatum cognoscebant inter rusticanos, ne destituti auxilio manerent.*
12 *Alcaldes ordinarios de las Aldeas, vsque ad centum marapetinorum cognoscebant ex l. Regni.*
13 *Antiquitus nullam iurisdictionem exercebant præter causas centum marapetinorum.*
15 *Iudices oppidorum defensorum ciuitatis censendi non sunt ex Azon. Sed iudices municipales appellandi.*
16 *Municipalium iudicum munus, ac electio, & qui dicantur num. 19.*
17 *Defensor ciuitatis eligi non potest Decurio.*
18 *Defensores ciuitatis causas excedentes quinquaginta solidos ad iudicem superiorem remittebant.*
20 *Alcaldes ordenarios pœna repetundarum tenentur.*
21 *Cognitio causæ an necessaria sit in causis paruis, ac iudicio de los Alcaldes de las Aldeas.*
22 *Summaria cognitio in causis breuibus sufficit.*
23 *Breuis causa, quæ dicatur, & num. 26.*
24 *Attendenda est ad id qualitas rei petitæ & personæ litigantium.*
25 *Rusticorum causæ summarie & sine strepitu iudicij iudicandæ sunt.*



RDinariorum iudicum, quos *Alcaldes ordinarios* dicimus, meminit *L. 6. & 7. tit. 18. part. 3. l. 4. tit. 24. eadem part. l. 3 tit. 5. lib. 3. l. 1.* 1

*tit.*13. *lib.*8. *l.*5. *tit.*7. *lib.*2. *Recopil.* De antiquo vſu eligendi eos, ex *l.*1. & 2. *tit.*16. *lib.*7. *ordin.* Couarr. *pract. cap.*4. *num.*4. *verſ. ſecundo*, & *num.*5. Auendan. *de exeq. part.*1. *cap.*4. *num.* 46. *verſ. quarto*, & *ſeqq.* Bobadilla *lib.* 1. *Polit. cap.*2. *numer.*11. & *ſeqq.* & *lib.*2. *cap.*20. *ex num.*3. D. Ioann. de Solorzan. *de Gubern. Ind. lib.*4. *cap.*1. *ex num.*1. 2. 3. & *ſeqq.* Azeued. *l.*1. *ex num.*1. & *l.*2. *num.*1. & 2. *hoc titul.* de Regno Nauarræ eſt, *tit.*14. *lib.* 1. per totum vbi latè Armend.

2 De extinctione huius officij ſubrogati in locum ſuum officium correctoris, Bobad. *d. lib.*1. *Polit. cap.*2. *num.*13. Auendan. *d. cap.*4. *num.*46. *verſ. Nam iſte.*

3 Sed tamen hi omnes de iudicibus ordinarijs in locis, ſeu ciuitatibus maioribus loquuntur ſecundum diſpoſitionem *l.*6. & 7. *tit.*18. *p.*3. Hic autem de iudicibus ordinarijs minorum locorum, quos vulgo *Aldeas*, dicimus, agendum eſt, de quibus meminit Bobad. *lib.*5. *Polit. cap.*9. *num.*2.

4 Quibus conceſſam fuiſſe conſuetudine, aut priuilegio aliquam cognitionem, & ſi in rebus minimæ quantitatis teſtatur, cum ſubſint in rebus maioribus iuriſdictione præſidis, quibus remittere cauſarum cognitionem cogũtur, ex *Auth. de defenſor. ciuit. §. Audient*, *§. iudicare*, & *§. ius iurandum.*

Ex quo, ratione paucitatis negotiorum legitimæ conſtitutam l. noſtram, ſeruandamque ratione poteſtatis videtur, vt defendit Couarr. *Pract. cap.*4. *num.*3. quod regibus ſic commendat Adam. Contz. *lib.*8. *Politic. cap.*11. *§.*14. *Quieti ruſticani conuenit*, & *ad ſecuritatem pertinet*, *vt in villis*, *pagiſque ſuos habeant iudices*, *nam multa inde commoda oriuntur: non cogũtur in vrbes*, *non auocantur a labore: facilius litem componunt*, *breuiori compendio ius dicitur. Nec imperitia obijci poteſt*, *habent illi lites non intricatas*, & *leges paucas*, *ex quibus ſententiam dicunt.*

Sed videndum neceſſarium eſſe vi-
5 debatur hoc munus, ſeu officium *de Alcaldes ordinarios de las Aldeas*, cui muneri, ſeu officio antiquo adſimilis ſit.

Et ſecundum legum, & DD. intel- 6
ligentiam conuenire videtur munere defenſorum ciuitatis. De quorum iuriſdictione Caſan. *Catha'og. Glor. mund. part.*11. *conſ.*15. Pancirol. *Theſ. var. lect. lib.*1. *cap.*26. Petr. Barboſ. *l.*2. *§. fin. num.*74. *de iudic.* Petr. Gregor. *lib.* 18. *Syntagm. cap.*18. & *lib.*32. *cap.*10. Bulenger. *de Imper. Rom. lib.*7. *cap.* 12. Cuiac. *ad tit. C. de defenſ. ciuit.* Afflict. *ad conſt. Regni Neapol. rub.*15. Neu. *in Syſtem. ad titul. de defenſor. ciuitat.* Quintanaduen. *lib.*2. *de Imper. tit.*4. *de ſimplic. atque infima iuriſdict. num.*6.

Neque hic agendum eſt de defenſo- 7
rio munere, de quo Caſsiod. *lib.*7. *Epiſtol.*11. & 12. circa ciuitatis adminiſtrationem, vt in *l.*5. 6. 9. & *alijs*, *C. de defenſ. ciuitat.* & ibi: Auguſtin. Barboſ. Petr. Gregor. *d. lib.*18. *cap.*18. *ex num.* 2. Sebaſt. Neuio *in Syſtem. d. l.*9. Buleng. *d. lib.*7. *cap.*12.

Sed notandum, eſt defenſores ciuitatis per *l.*1. C. *de defenſ. ciuit.* habuiſſe cognitionem in cauſis ad quinquaginta ſolidos æſtimatis.

Hæc conſtitutio defenſoribus ciuitatis conferens iuriſdictionem in cauſis quinquaginta ſolidorum extenſa fuit ad omne iudicium paruam quantitatem 50. ſolidorũ non excedens, imò 8
tunc huic iuriſdictioni conceditur exercitium, vt ex ipſa *l.*1. deducitur Laſſon *in l. cum quædam*, *§. quoties num.*1. *de defenſor. ciuitat.* Petr. Gregor. *lib.*18. *Syntagm. cap.*18. *n.*5. Pancirol. *de Magiſtr. Munic. cap.*9. Petr. Barboſ. *in l.*2. *§. fin. num.*78. *de Iudic.* Auguſt. Barboſ. *in d. l.*1. *C. de defenſ. ciuit.*

Quæ quantitas iure Authent. extenſa fuit ad 300. ſolidos, vt dximus ſupra *l.*2. *tit.*4. *lib.*1. *ex num.*16.

Præcipua autem huius officij cura, 9
teſte OEcumen, & cum eo Buleng. fuit, cauſas pauperum iudicare, *d. lib.*7. *de Imper. Rom. cap.*12. & ne a ſuperioribus oprimerentur, vt Petr. Gregor. *d.*

cap.

cap. 13. Ex quo credo hos iudices, *ò Alcaldes de las Aldeas*, quibus ex lege
10 noſtra competit iuriſdictio in cauſis 600. marapetinorum Agoreos dicendos eſſe, quorum munus ex D. Chriſoſtom. erat pecuniarias infimas cauſas, inter ruſticos iudicare, vt notat Quintanad. *lib.* 1. *de iuriſdict. tit.* 6. *num.* 24. Pancirol. *de Magiſtr. municipal. cap.* 9. apud Perſas.

11 Quæ vero ad noſtrum caſum ſpectat notasdum eſt, quod ne ruſticitas peculiaribus fuiſſet deſtituta patrocineis Defenſoribus fuiſſe conceſſam iuriſdictionem, ſeu Defenſores fuiſſe conſtitutos, qui in cauſis ruſticorum paruæ quantitatis ius dicerent *l.* 3. *C. de defenſ. ciuit.* ex Bald. *in cap. P. & G. de offic. deleg.* Net ta *conſ.* 82. *num.* 8. Peregrin. *variar. lib.* 1. *tit. de iuriſd. ordinar. num.* 32. Valenzuela, *tom.* 2. *conſ.* 166. *num.* 26. Ex quo textu Bulenger *d. cap.* 12. hanc deprompſit iuriſdictionem in cauſis ruſticorum, ne extra proprium locum, aut municipium litigare cogantur, vt noſtra lex attẽte cõſtituit Quintanaduen. *d. tit.* 6. *num.* 24. Pancirol. *d. cap.* 9.

12 Eadem enim cõſtituta fuerunt apud nos nam in *l.* 12. *hoc tit.* cautum extat, vt *Alcaldes ordinarios de las Aldeas*, valeant iudicare, ac habeant iuriſdictionem in cauſis centum marapetinorum. Quæ conſtitutio extenſa fuit ad quantitatem ſexcentorum marapetinorũ in noſtra l. de qua Azeued. *in d. l.* 12. *hoc tit.*

13 Sed hæc lex 3. C. *de defenſ ciuit.* vt noſtra *l.* 25. iudicanda eſt, lata fauore ruſticorum. Nam ante noſtræ legis, conſtitutionem, nec extenſa erat iuriſdictio *de los Alcaldes de las Aldeas*, ad 600. marapetinorum quantitatem, ad quam extendit eorum iuriſdictionem l. taliter vt poſsint de cauſis huius ſummæ iudicium facere, cum tantum cognitionem habuiſſent in cauſis, aut priuilegio, aut conſuetudine quæſitis, iure vero attento nulla eis cõpetebat, vt Bobadilla *lib.* 5. *Polit. cap.* 9. *num.* 2. Quintanaduen. *lib.* 2. *de Imper. tit.* 2. *de Mero Imperio num.* 13. præter cognitionem in cauſis centum marapetinorum, ex *d. l.* 12.

Idem conſtituꝛum defenſoribus no- 1
tauit Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *num.* 73. ſcilicet, quod vltra quinquaginta ſolidos per *l.* 1. *C. de defenſ. ciuit.* conceſſum poſſet defenſor iudicare in cauſis ruſticorum, ne deſtituti maneant patrocinio vt dixit ipſa *l.* 3. & derelicta arua cultoribus, vt *in Authent. de Quæſtor.* conſtituitur. De quo Auguſt. Barboſ. *in d. l.* 3. & ibi Sebaſt. Neuio, ſed aut ne plus in proſecutione cauſę expendant, vt notat Azeued. *d. l.* 12. ex *l. Mediterraneæ, C. de annon, & tribut. lib.* 10. Abb. *cap.* 1. *num.* 17. *de libel. oblat.*

Obſtat tamen huic reſolutioni A- 15
zon *in ſumm. tit. C. de Magiſtr. municip.* inquiens, iudices villarum, oppidorum, ſeu municipiorum nõ eſſe Defenſores, nec appellari poſſe, ſed Municipales iudices, ad regimen locorum, aut municipiorum tantum creati.

Hæc doctrina amentia, ſomnium- 16
que appellatur ab Alciato *lib.* 3. *diſpunct. cap.* 5. inquiens; magiſtratus Municipales eſſe Decuriones ciuitatis, ab hiſque eligi, vt in *l.* 1. *C. de Magiſtr. Municipal.* patet Petr. Gregor. *lib.* 18. *Syntagm. cap.* 17. *num.* 1. Auguſtin. Barboſ. *ad l.* 1. *eodem titul.* Cuiac. *ad titul. de Mag. municipal.* & Sebaſt. Neuio.

Defenſores vero à numero Decu- 17
rionum creari prohibitum in *l.* 2. *De defenſ. ciuit.* ob idque Municipales iudices cenſendos non eſſe, nec appellandos Defenſores locorum, ſeu *los Alcaldes de las Aldeas*, cum reſtrictam, ac limitatam habeant iuriſdictionem ad certam quantitatem, quod non erat municipalibus iudicibus, ſed omnimoda conceſſa iuriſdictio, vt notat Petr. Barboſ. *in l.* 2. *§. fin. num.* 76. *de Iudic.*

Secundò ex eo quod in cauſis ex- 18
cedentibus quantitatem 50. ſolidorum, aut in cauſis criminalibus, in quibus *los Alcaldes no puedan conocer*, remiſsio ad iudicem ſuperiorem com-

mendatur à Bobadill. *in lib. 5. Polit. cap. 9. num. 2.* ſicuti commendata fuerat defenſoribus in *l. 1. & l. 7. & Authent. §. audient. §. iudicare, de defenſor. ciuit.* Petr. Gregor. *lib. 18. Syntagm. cap. 18. num. 5. & lib. 32. cap. 10. numer. 1.* Auguſtin. Barboſ. *l. 7.* Bobadill. *d. cap. 9. numer. 2. littera A.*

19 Rebuff. tamen *in l. municipes 228. de verb. ſignificat.* attenta Alciati, & Azon differentia, tenet municipales iudices appellandos eſſe quoſcumque particulares aliquorum oppidorum, ſeu municipiorum, ſiuè eos vt decuriones cenſeamus, ſiuè vt defenſores, qui legitimam exercere iuriſdictionem in dubium non venit, in cauſis à iure conceſsis.

20 Quod in caſu noſtræ legis tenendum eſt, vt hi iudices ordinarij, ſiue eos cenſeamus vt defenſores, ſiue vt municipales, legitimam habere cognitionem in cauſis non excedentibus 600. marapetinorum quantitatem ſecundum l. taliter vt ſi quid receperint contra conſtitutionem pro iuſtitia facienda in his cauſis, & cæteris pertinentibus ad ſuam iuriſdictionem pœna l. repetundarum teneantur vt comprobat Bobad. *lib. 2. Polyt. cap. 11. num. 36.*

21 Sed quærendum eſt, an in his cauſis 600. marapetinorum, in quibus iudicibus ruralibus, ſeu *à los Alcaldes de las Aldeas* iuriſdictio eſt conceſſa per legem noſtram, neceſſaria ſit cognitio plena cauſæ, cum hæc â iure naturali conſtituta ſit, vt Menoch. *conſ. 264. num. 57.* & etiam á iure diuino idem Menoch. *conſ. 103. num. 73.* An ſummaria tantum, vt in cauſis non excedentibus quantitatem 400. marapetinorum conſtitutum eſt per *l. 19.*

22 Hæc reſolutio per DD. deducta videtur ex textu *in Auth. niſi breues, C. de ſent. ex pericul. recit.* vbi diſponitur in cauſis breuibus ſummariam ſufficere cognitionem.

23 Sed quærunt DD. quæ cauſa dicatur breuis ad hoc vt ſummarie expediri valeat, gloſſ. *in d. Auth. niſi breues*, quam plura adducit exempla, ſequuntur Barthol. Bald. Abb. Panormit. *in cap. 1. ex num. 17. de libel. oblat.* Felin. *cap. ſuſcitatus, de reſcript.* Bald. *in l. 2. C. de ped n. indic.* Alex. *l. iuris, C. qui admitti*, Socin. *conſ. 56. lib. 4.* Iaſſon *in l. 1. de offic. aſſeſſor.* Iacob. Menoch. *de arbitr. caſ. 72.*

Primò, gloſſ. *in d. Authent.* inquit, cauſas breues dicendas eſſe cauſas non excedentes quinquaginta ſolidos, & de quibus defenſoribus ciuitatis iuriſdictio eſt conceſa, per *d. l. 1. C. de defenſor. ciuitat.* Aiqua reſolutione videbatur deduci poſſe noſtræ difficultatis ſolutionem, de quo Iacob. Menoch. *de arbitr. caſ. 72. ex num. 9.* Eadem comprobatur per gloſſ. *in Auth. de mand. Princip. §. ſi tibi.*

Ad caſum tamen noſtrũ accedendo dicendũ eſt *que los Alcaldes de las Aldeas*, poterunt ſummariè cognoſcere de cauſis non excedentibus quantitatẽ 600. marapetinorum, ſecundum noſtram l. Nam vt notat *d. Authent.* & ibi Barth. 24 cauſæ breues attenta qualitate ipſius, & perſonarum iudicantur.

Qualitate rei minores eſſe non poſſunt, cum maiores expenſæ in proſecutione illarũ expendendæ eſſent, quę cauſa fuit motus Regum noſtrorum ad illius l. conſtitutionem argumento *d. l. Mediterranea, C. de annon. & trib. lib. 10.*

Ratione perſonarum etiam cauſa 25 breuitatem deſiderat. Ex quo notat Barthol. *in d. Auth. num. 1.* & Bald. *num. 1.* ruſticorum cauſas ſine examine, ac iudiciali ordine expediẽdas eſſe, Abb. *d. cap. 1. de libel. oblat. ex num. 17.* Et Alex. *lib. 2. conſ. 61. num. 11.* tenet, quod quando agitur coram vicarijs caſtrorum, aut villarum, vel coram vicarijs ruralibus, ſummariè procedendum eſt. Salicet. *d. Auth. niſi breues* Ludouic. Roman. *Singul. 52.* Natta *conſ. 32. num. 18* Barth. Socin. *conſ. 56. num. 9. lib. 4.* Aſflict. *ad conſt. Neap. rub. 74. num. 2.* Sebaſt. Neuio *in Sy-*

Syſtem. ad Auth. de mandat. Princip. §. ſi tibi, ex num. 2.

Quod comprobatur expreſsè *in Authent. de mandat. Princip. §. ſi tibi*, ſcilicèt, vt breues cauſæ ex non ſcripto decidantur, breues vero quæ dicantur, notat gloſſ. *verb. breuiores eſſe*, quas ſupra retulimus ex Doctorum placito, de quibus latè differit Iacob. Menoch. *de arbitr. caſ. 72. per totum.* Quintanad. *lib. 2. de Imper. tit. 3. per totum.*

26 Ex quibus, & ex eo quod Menoch. notat *d. caſ. 72. num. 6.* ex *d. l. Mediterranea*, quod cauſa leuis dicenda eſt, cum eius valorem impenſa excederet, cum 600. marapetinorum cauſa leuiſsima ſit, & impenſa neceſſario quantitem excedere debeat, dicendum erit iudices rurales, *los Alcaldes de las Aldeas*, ſine ſtrepitu iudicij in cauſis contentis in noſtra l. procedere poſſe, vt notat Auendan. *de exeq. 2. part. cap. 16. num. fin. verſ. hodie tamen.* Azeued. *l. 19. num. 3. hoc titul.*

Sed videndum eſt an ſententia lata *por el Alcalde ordinario*, excedens quantitatem 600. marapetinorum, nulla ſit, an ſuſtinenda in concurrenti quantitate, vide quæ diximus ad *l. 63. titul. 4. lib. 2. num. 32. & 33.* Add. Azeued. *l. 7. ex num. 13. titul. 18. lib. 4.* Puteo *lib. 1. deciſ. 323. per totam*, Coſt. *de rat. ratæ q. 137. ex num. 23.*

L. 8. Tit. 12. Lib. 3.

EN las Cortes que ſe eſtàn celebrando en eſta Villa de Madrid, nos repreſentò el Reyno los agrauios que padecian mis ſubditos y vaſſallos, con ocaſion de las viſitas y procedimientos que hazen los Iuezes de Sacas, poniendo por condicion en el ſeruicio que nos hizo en las dichas Cortes, Que ſe guarde inuiolablemente la Ley primera, titulo onze, libro tercero de la Recopilacion, Que diſpone, Que los Alcaldes de Sacas no puedan arrendar ſus oficios, y no ſiruiendolos por ſus perſonas, pongan Tenientes de ſatisfacion, que quando ſe preſentaren juren en el Conſejo, que no han arrendado el dicho oficio, ni dado coſa alguna por el, y que no pueda viſitar ſi no de quatro en quatro años, y no antes, ni los Iuezes de Reſidencia prouerſe ſi no de ſeis en ſeis años, y con termino de cien dias: Que no ſe ha de poder prorrogar: y que no ſe ha de pedir quenta ſi no de quatro años atràs de los ganados que huuiere obligacion de regiſtrar. Y que baſte regiſtrar vna vez el caballo, yegua, ò rozin que tuuieren, por la vida del tal animal, ni ſean obligados a traer alualà de guia, ſino dentro de quatro leguas de puertos. Y que el regiſtro del ganado de pata endida, bueyes, vacas, carneros, ouejas, cabrones, lechones, y cabras, q̃ màda ſe haga la Ley veinte y vna, titulo diez y ocho, libro ſexto de la Recopilacion, no es de prouecho, ſino de achaque y moleſtia à los q̃ viuen dentro de las dichas doze leguas, y los Arrendadores de los dichos Puertos no le piden, ni cuenta dellos, y con eſte color ſe igualan, y conuienen con los Pueblos, y perſonas particulares, lleuandoles muchas ſumas de marauedis: e prohibe, que ninguno tenga obligacion à regiſtrar el dicho ganado de pata endida, ni las beſtias mulares, pues no es de importancia, fruto, ni interes, ſino de coſta y daño, pues quando algunos de los dichos ganados ſe meten à herbajar dentro de los dichos Reynos de Aragon, y Nauarra, ſe eſcriuen en los Puertos, pagan los derechos, y lo miſmo ſe haze quando à los de Valencia, y Portugal. Y que à los que dieren por libres los dichos Alcaldes de Sacas, no los puedan condenar en coſtas, y de qualquiera ſentencia ſuya ſe pueda apelar para el Conſejo, ò Chancillerias. Y porque los Eſcriuanos de las Aduanas, que tienen arrendados ſus oficios, lleuan quarenta y dos marauedis del regiſtro de cada caualgadura cauallar, con color que reciben fianças, y dan teſtimonios: y lo miſ-

mismo lleuan de la licencia para venderla, no lleuando la Iusticia, sino seis marauedis: Que los dichos Escriuanos guarden el aranzel de sus derechos contenido en el capitulo titulo treze, libro tercero de la Recopilacion, y no lleuen por cada testimonio del registro sino seis marauedis, y por la licencia para vender, otros seis marauedis, y los dichos Alcaldes de la visita de cada caualgadura lleuen ocho marauedis, y no mas, que es suficiente estipendio: Por los muchos que cada dia pueden visitar: y por citar cada Concejo para que vengan à passar su ganado, no lleuen dos reales de cada vno, como lo han començado à introducir, y por la facilidad con que se hazen los processos, por Iuezes, y Escriuanos, pretendiendo hazer culpados con qualquiera mudança de pelo, ò señal, siendo cosa muy natural variarse cada año: se prohibe, que no se puedan hazer, ni causar estos processos constando ser el mismo animal contenido en el registro. Y en los casos en que conocidamente huuiere culpa, y se huuiere de formar processo, por los autos dèl, prouanzas, citaciones, mandamientos ò otros qualesquier autos y sentencias, los dichos Escriuanos no puedan lleuar mas de ocho reales por razon de derechos, ni por otra causa alguna, y los dichos ocho reales sean de mas de la condenacion: Y los dichos Iuezes, y Escriuanos lo ayan de cumplir, y cumplan assi, so pena de priuacion de sus oficios, y de cada treinta mil marauedis aplicados por tercias, Camara, Iuez, y Denunciador. Y Nos atendiendo al mayor aliuio de nuestros subditos, y vassallos, les hemos concedido las dichas condiciones y cada vna dellas, y se mandò despachar, y despachò cedula para su cumplimiento, que mandamos se cumpla, y guarde como en la dicha condicion se contiene, por quanto queremos que tenga fuerça de Ley, y Pregmatica Sancion.

SVMMARIVM.

1 *Extractio mercium, liquaminum & animalium iure ciuili prohibita est.*
2 *Et Canonico.*
3 *Et iure municipali Hispaniæ.*
4 *Et Nauarræ.*
5 *Et Neapolis.*
6 *Extrahendi animus qualiter comprobetur.*
7 *Extractio ad Regnum extraneum prohiberi valet, aut inimicos Regni, & quare num. 8.*
9 *Babyloniæ Rex contra Ecclesiast fuit commotus ratione diuitiarum.*
10 *Commercium Barbarorũ ne extrahantur diuitiæ Regni, prohiberi potest a Principe.*
11 *Extractio intra Regnum de vna ad aliam ciuitatem prohiberi potest, & quare?*
12 *De quo Cassiodorus refertur.*
13 *Extractio pecudum apud Hispanos prohibita.*
14 *Animalia existentia intra duodecim leucas a limite Regni describi debẽt secundum Hispanam constitutionem ad obuiandum fraudem extractionis.*

15 *Doctores scribentes ad l. 21. tit. 18. lib. 6. Recop. referuntur.*

16 *L. 21. tit. 18. lib. 6. Recop. refertur constituens, vt pecudes existentes intra duodecim leucas a limitibus Regni describerentur, & illius legis derogatio.*

17 *Armenta transeuntia ad pascua Regni exteri describi debent in portubus tempore transitus.*

18 *Æquum habens vna vice illum exhibere tantum tenetur pro tempore vitæ illius.*

19 *Muleti registrum, quo tempore faciendum, & vbi.*

20 *Neapolitana constitutio refertur ad registrum equi, ne a regno extrahatur.*

21 *Alcaldes de Sacas constituti ad executionem prohibitionis extractionis rerum Regni.*

22 *Extractionis cura in Aragoniæ Regno pertinet ad Cancellariam.*

23 *Apud Neapolitanos ad Viceportulanum.*

24 *Apud Sieulos ad Magistrum Portulanum.*

25 *Apud Romanos an ad aliquem iudicem pertinebat.*

26 *Ad Irenarchas ex Gloss. in l. 1. C. de cohortal. lib. 12. & Bobadill. & num. 38.*

27 *Irenarchæ cura ac iurisdictio, qualis & num. 39.*

28 *Limitum cura concredita fuit custodibus ad id deputatis.*

29 *Stationarij ad exactionem tributorum constituebantur in limitè Regni.*

30 *Aduaneros se nombran para la cobranza de los derechos en los puertos de España.*

31 *Stationarij, seu limitanei militis cura erat prespectio in limite Regni rerum & mercium, ne prohibitæ extraherentur.*

32 *Stationarij cura & exercitium quale remissiuè.*

33 *Guardas de los Puertos, Lyminarchæ appellabantur antiquitus.*

34 *Las Aduanas tienen dos generes de personas, vnas que cobran los derechos, que estos se llamauan antiguamente Stationarij, vel Exactores.*

35 *Otras son guardas de los puertos, que estos eran Liminarchas.*

36 *Alcaldes de Sacas no lo pueden ser los arrendadores, ni personas nombradas por ellos.*

37 *Stationarij iurisdictionem non habebant.*

40 *Alcaldes de Sacas, & illorum munus antiquitus exercebatur per Curiosos.*

41 *Curiosorum munus qualiter exercebatur antiquitus & 42.*

43 *Secreti officium & munus quale apud Sieulos, & Neapolitanos.*

44 *Portuum cura ac prospectio ad Agentes in rebus pertinebat.*

45 *Agentium in rebus cura erat custodia portuum & prospectio eucctionis.*

46 *Portuum cura diuersis temporibus commissa fuit diuersis personis, & muneribus.*

47 *Lyminarchæ seu portuum custodes subiecti erant iudicibus superioribus.*

49 *Iudices quibus subiecti erant Portuum custodes, qui fuerint.*

50 *Aliqui tenuerunt esse Princeps Agentium in rebus.*

51 *Exactiones iurium fisci per Præsides exequebantur antiquitus, hodie por los arrendadores de las rentas Reales.*

52 *Portuum & limitum custodia pertinebat ad Magistrum Officiorum.*

53 *Magister officiorum ad custodiam portuum nominabat Agentes in rebus, qui Principes appellabantur.*

54 *Alcaldes de Sacas pueden nombrar tenientes & num. 57. & 59.*

55 *Limitanei milites subiecti erant Magistro officiorum.*

56 *Mercatores non poterant exercere officium Agentium in rebus.*

58 *Agens in rebus locumtenentem nominare poterat, dum de schola Agentium esset nominatus.*

60 *Alcaldes de Sacas nominans locumtenentem, an pro eo teneatur.*

Agen-

61 *Agens in rebus locumtenentem nominans, an pro eo teneatur.*

62 *Magiſter Portulanus pro locumtenente tenetur.*

63 *Officia an vendi à Principe valeant.*

64 *L. vlt. C. ad l. Iul. repet. refertur.*

65 *Officia virtute, non pretio conferenda ſunt.*

66 *Iudices iurare tenentur nihil pro officio præſtituros, nec conceſſuros.*

67 *Iuramenti forma refertur ex Auth. Iur. iur. quid præſtat ab his.*

68 *Officia iuſtitiæ locari non poſſunt.*

69 *Et contra faciens incidit in pœnam l. fin. C. ad l. Iul. repet.*

70 *Viſitationis tempus adſignari valet à lege, ne plus viſitator degat.*

71 *Appellatio a ſententia de los Alcaldes de Sacas ad quos iudices admittenda.*

72 *Eſcriuanos de los Alcaldes de Sacas que derechos pueden lleuar por los deſpachos, y regiſtros.*

1 MErcium, liquaminum, animalium extractio iure ciuili, ac Doctorũ placito prohibita eſt *l. 1. & toto tit. C. quæ res exportar non debeant*, & ibi DD. *l. 2. & 4. C. de Commere, & mercat. l. cotem ferro, de public. & vectigal. l. vnic. C. de littor. & itin. cuſt. lib. 12.* & ibi Sebaſt. Neuius *num. 1.* Marc. Ant. de Nigris *ad cap. Regn. Neap. cap. 1. ex num. 9. cum ſeqq. l. 22. tit. 5. p. 5.* Conan *lib. 7. comment. cap. 7. ex n. 1.* Iul. Clar. *pract. lib. 5. § fin. q. 77. ex num. 25.* Rodrig. Suar. *alleg. 18. ex num. 3.* & Moz. *de contract. tract. de empt. & vend. tit. de rebus quæ emi ex num. 47.* Alciat. *lib. 4. diſpunct. cap. 11.* Boer. *deciſ. 178. per totam*, Cephal. *conſ. 539. ex num. 72.* latè Armend. *ad l. 11. tit. 31. lib. 3. & l. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. Nau.* Hieron. Laur. *deciſ. Auenion. 96.* Nouar. *de Grauam. vaſſallor. 1. p. Grau. 121. & 141. cum ſeqq.* Mauſon. *de contrauand.* Ierard. *ſingul. 56.* Tiber. Decian. *lib. 5. crim. cap. 10. ex num. 11.* Roſental. *de ſcud. cap. 5. concl. 36. & ſeqq.* Auil. *cap. 52. Prætor. verb. moneda, & verb. ni cauallos*, Salc. *in Pract. cap. 57.* Alex *conſ. 130. lib. 7.* Surd. *conſ. 210. n. 9. & conſ. 558.* Franc. Marc. *deciſ. 230. & 236. p. 2.* Socinus, Bertaz. Pariſio, & Rimin. adducti à Maſtrillo *de Magiſtr. lib. 5. cap. 9. ex n. 51.* Camil. Borrel. *de Magiſt. lib. 3. cap. 14. & de præſt. reg. Cath. cap. 9. ex num. 48.* Alex. Trentaciq. *variar. lib. 3. de verb. oblig. reſolut. 3. per totam.* Pet. Gregor. *lib. 35. Syntagm. cap. 5. n. 24.* Menoch. *de Arbitr. caſu 93. & 585. per totum.* Auguſt. Barboſ. *collect. ad l. 1. & 2. C. quæ rei exportar* latè Mar. Giurb. *conſ. 16. ex num. 16.* Muſcatel. *praxis crimin. tit. de extract.* Solorz. *de iur. Indiar. lib. 2. cap. 25. num. 69. & de gub. Indiar. lib. 4. cap. vnic. num. 73. & 74.* Hermoſill. *l. 22. tit. 5. part. 5. glo. 1. & ſeqq.* Fragoſ. *regim. Chriſt. Reip. diſp. 19. §. 1.* Marc. Ant. Surgenſ. *Neapol. illuſtr. lib. 1. cap. 24.* Luc. de Pen. *l. 2. C. de liter. & itin. cuſt. lib. 12. num. 4.* Valenz. *conſ. 39. num. 2. tom. 1.* Rouit. *pragmat. 8. de extract. animal.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 6. tit. 5. num 9.* Guid. Pap. *q. 572.* Ioan. Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 28 num 63:* Cabed. *deciſ. 115. 2. p.* Bobadill. *lib. 4. Polit. cap. 5. ex num. 1.*

De quo etiam iure Canonico conſtitutum extat *cap. in quorundam, cap. ſignificauit, cap. quod olim, cap. ad liberand. de Iud. & Sarracen. extrauag. multa, eodẽ tit.* de quo in *dd. cap.* Auguſtin. Barboſ. Iul. Clar. *d. q. 77. num. 25.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 343. num. 9.* 2

Extat etiam in hac materia Canon. Bullæ Cœnæ 7. vbi latè Suar. *de cenſur. ad ipſum cap. 7.* Tolet. *in Summ. lib. 1. cap. 24.* Mario Alter. *de cenſ.* & Bonacin. *ad cap. 7. Bullæ Cœnæ*, Villalobos *in ſumm. tract. 17. tom. 1. diff. 20. num. 24.* Capic. *deciſ. 150.* per totam Cantera *quæſt. crimin. cap. 1. de hæret. numer. 68.* Bobadill. *lib. 2. Polit. cap. 17. num. 69.* Diana *reſolut. Moral 4. p. tract. 7. reſolut. 19.* Caued. *deciſ. 115. num. 2. & 3.* Bobadill. *d. cap. 5. num. 1. & 2.*

Legibus autem municipalibus Hiſpaniarum mercium, animalium, argenti, 3

ti,& cæterarum rerum extractio prohibita eſt,*tit.18.lib.6.Recopilat.* vbi latè Azeued.D. Ioann. Machado,*Perfecto Confeſſ.tom.2.lib.6.p.8.tract.3.docum.5.*Ioann.Gutierr.*practicar.lib.4.ex q.38.cũ multis ſeqq.* Mex.*in pragm.tax.pan concl.1.ex num.53.*

4 Et etiam lege Regnorum Nauarrę, vt patet *in tit.4.lib.4.Recop.*illius Regni & ibi Armendar.*in l.1.tit.31.lib.3.Recopil.Nauarr.& l.1.tit.4.*

5 Et apud Neapolitanos adeſt conſtitutio extractionem prohibens, vt patet *tit.de extractione animal.ex fol.102.*

6 Quando vero animus extrahendi,ac extractio vera cenſeatur ad incurſionẽ pœnarum contra extractores conſtitutarum,videBoer.*deciſ.178.ex num.29.* Bobadill.*lib.4. Politic. cap.5. ex num.* 13.Mex.*in pragm. tax.pan. concl.1.ex num.31.* Valenz.*conſ.52.ex num.33.& ex n.40.*Maſcard.*de Probat.concluſ.* 815.*&* 834.qui omnes hanc quæſtionẽ latiſsimè diſputant referentes innumeros DD.quos ibi vide Mario Giurba *conſ.16.per totum,præcipuè ex num.* 15.

7 Hæc prohibitio dupliciter fieri valet teſte Menoch. *d. caſ.*585. Marc. Anton.Surgenſ.*Neapol.illuſtrat.lib.1. cap.24.* Primò,vel ne extrahantur ad inimicos Prouinciæ, aut Regni,& huius prohibitionis cauſa eſt, ex Alciat. *d.lib.4. diſp.c.11.*Menoch.*d.caſ.*585.

8 *num.1.*ne dulcedine frugum, auri, aut diuitiarum contra Prouinciam commoueantur.

9 Hæc fuit Sacra Scriptura teſte ex qua contra Ezechiã fuit Rex Babyloniæ commotus *4.Reg.cap.20.* in eo Lyra,& Abulenſ.Fr.Franciſc. de Sanct. Mar. *Hiſtor.Prophet.lib.2. cap.26.n.*

10 11.Et ex quo iuſtè commercium Barbarorũ potuit excludi *l.vnic. C.de littor.lib.12.l.2.C.deCommere.& mercator.*Camil.Borrel.*de præſtant.Reg.Catholic.cap.9. ex num.48.* Cabed.*deciſ.* 195.*num.2.p.1.*D.Ioann.de Solorz.*de iur.Ind. lib.2.cap.25.num.69.*

11 Secundò, ne inter ſubditos vnius Principis aliquæ merces de vna ad aliã Prouinciam extrahantur,argument. *l. ſi quis,C de aqu.æduct.lib.11.*& ibi Luc. de Pen.Ratio enim hæc legitima inducitur à Menoch.*d.caſ.585.num.10.*vt conſeruetur libertas Prouinciæ, & nè cauſa vtilitatis alienæ proprij Lædantur,latè Mexia *in pragm.tax.panis,concluſ.1.ex num.56.* ex Auend.*cap.19. Prætor.num.36.*Ripa,*dePeſte,tit.de remed.ad conſeruand.vbertatem ex num.41* Ioann.Gutierr.*Pract.lib.4.q.48.num.* 12.*verſ.quarto,*Ponte *de Poteſt.Proreg. tit.de tract.num.5.*latè Meſtrill.*de Magiſt.d.lib.5.cap.9.ex num.39.& 56. cũ ſeqq.uſque ad num.81* Camil.Borrel.*de Magiſtr.edict.lib.3.cap.14.n.17.*Marc. Ant.Surgenſ.*Neapol.illuſtr. lib.1.cap.* 24.*per totum.*

Hæc fuit ratio prohibitionis exportationis tritici latæ à Theodorico Rege Caſsiodor.*lib.1.epiſt.34. Copia frumentorum Prouinciæ debet primum prodeſſe cui naſcitur, quia iuſtius eſt, vt incolis propria fœcunditas ſeruiat, quam peregrinis commercijs ſtudioſæ cupiditatis exhauriat, Alienis ſiquidem partibus debet impendi quod ſupereſt,& tunc de exteris cogitandum, cum ſe ratio propriæ neceſſitatis expleuerit.* 12

Ad hæc omnia latè patet aditus, dũ 13
Deo auſpice *ll.tit.18.lib.6.* explicationem attingamus. Nunc vero notandum eſt,fuiſſe à noſtris Catholicis Regibus prohibitam animalium aliquorum,præcipuè pecudum extractionem per *l.23.tit.18.lib.6.*ſicuti fuerat à legibus NauarræRegni *l.1.§.6.tit.4.lib.* 4.*Recop.*& ſtatuto Aragoniæ, Scie *deciſ.*337.*ex n.*19.ac Pragmaticis Regni Neapolis,*ex pragm.*Pouit.patet. *tit. de extract.pragm.5.& 7.*

Et cum fraudibus ac cupiditatibus 14
præcludi via non potuiſſet per *l.21. eiuſdem tituli,*fuit cautum, vt animalia habentes intra duodecim leucas â limitibus Regni deſcriberentur coram iudicibus ad id deputatis, vt hoc genere deſcriptionis fraudibus obuiaretur. De quo etiam eſt *l.4. ex cap.24. cum ſeqq. tit.31.lib.9.Recop.*

Ad declarationem *d.l.21.* ſcripſe- 15
runt

runt latè in ea Azeued. Ioann. Gutier. Pract. *lib.* 4. *q.* 47. qui latè differunt, an iuramento Pastoris super amissione ouis standum sit. De quo *l.* 10. *tit.* 14. *p.* 3. *l.* 15. *tit.* 8. *p.* 5. *l.* 3. *tit.* 15. *lib.* 3. *for.* Ant. Gomez, Palacios Rub. & Peralta adducti ab Azeu. & Ioan. Gutier. latè innumeros DD. referens, Armēd. *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *Recop. Nauarr. ex num.* 1.

Nostrum enim non est hoc quærere Ioann. Gutierr. vero *d. q.* 47. *num.* 12. in casu resoluit, iuramentum Domini sufficere ad probationem amissionis ouium, quoad effugiendam pœnam *d. l.* 21.

16 Sed cognito grauiorem damnū, ac maiorem fraudem continere executionē *d. l.* 21. quod summopere cauendum est, cum non debeat iniuria nasci vnde vtilitas subditorum prouenire debebat, *l. meminerim*, C. *vnde vi*, præcipuè obueniēte, ab iniqua ministrorum executione, vt notat Corrac. *lib.* 4. *Miscellan. cap.* 20. *num.* 8. Valenz. *cons.* 91. *n.* 54. Giurb. *cons.* 32. *num.* 2. Camil. Borrel. *cons.* 1. *num.* 40. *Quid enim indignius fœdius, vel iniustius, quam sub colore rationis, a ratione recedere, & lucrum cōtra legem, sub rationis clypeo introducere*, lata fuit constitutio nostrarū legum ex qua cauetur, vt armenta pecudum, suum, cæterorumque animalium, quæ vulgo appellamus *de pata hendida*, & si intra terminos duodecim leucarum sint, describi, seu registrari non debeant, vt in nostra *l.* 8. & 9. Quia etsi à *l.* 21. cōstitutum fuit, exequi nō poterat, ex eoque nihil aliud, ni fraudes, ac iniustas receptiones sequebātur, ad quod obuiā dum, fuerunt latę nostrarum legum cōstitutiones ad subditorum subleuamē, cum id sit Principis præcipuum munus, præsertim contra iniquos homines quorum opera registrum exequendum erat, de quibus sic loquitur Cicero *pro lege Manilia. Quod eiusmodi in prouinciam homines cum imperio mitimus, vt etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum aducētus in vrbes sociorum non multum ab*
17 *hostili expugnatione differant.*

Et ex eo, quia cum per *l.* 22. *d. tit.* 18. *lib.* 6. constiturum fuisset, vt armenta ad pascua aliorum regnorum transeuntia describerentur à publicis ministris in confinio regnorū. Ex quo fraudes extractionis cessare videntur, vt latè Mascard. *de probat. concl.* 834. *n.* 10. & *seqq.* Hæc solemnitas sufficiēs visa est nostris Regibus ad exclusionē generalis descriptionis, vt nostra *l.* 9. *Pues quando algunos de los dichos ganados se metan à herbajar dentro de los dichos Reynos de Aragon, y Nauarra, se escriben en los puertos.* 18

Secunda l. pars constituit, vt habentes equum, equam, equestreque animal per tempus vitæ illius describere illud teneatur vna vice tantum, ibi. *Y que basta registrar vna vez el cauallo, yegua, ò rocin, que tuuieren, por la vida del tal animal, ni sean obligados à traer alualà de guia, sino dentro de quatro leguas de puertos.*

Quæ constitutio ad explicationem 19
l. 13. *tit.* 18. *lib.* 6. lata fuit, vbi hæc descriptio necessaria præcipitur, & postea *in l.* 57. *eiusdem tit.* designatur tempus, intra quod descriptio muleti fieri debeat, attento natiuitatis tempore. De quo Bobadilla *lib.* 4. *Polit. cap.* 5. *n.* 53.

Similis constitutio Neapolitana re- 20
fertur à Rouito *in pragm. Regni Neap. tit. de extract. animal. pragm.* 7. ibi. Videlicet, *se alcuno barone, o altra persona che tiene lostato, o vero, habitatione sua di la di Pescara apreso di confini del Regno volesero fare conducere per vso suo alcuno cauallo, o poletro, deuia dimanare licencia a Noi, o al magnifico Maestro Portulano de Apruco, la quale o a otro deputato per la obseruancia, e auocatione circa questo & con deta licencia le debia fare conducere, & non altamente.*

Ad executionem huius prohibitio- 21
nis, & ne merces, animalia, argentumque extrahantur, nostri Reges iudices nostros constituerunt, quos dicimus *Alcaldes de Saeas*, vt in nostro textu, latè Bobadilla *lib.* 4. *Polit. cap.* 5. per totum.

Apud Aragoniæ Regnū ad Cancel- 22
lariam pertinet, vt Sese *decis.* 337.

Apud

23 Apud Neapolitanos ad Viceportulanum, vt ex *pragm. 7. de ex tract. animal.* patet.

24 Apud Siculos ad Magistrum Portulanum, vt Mastrill. *de Magistr. lib. 5. c. 9 ex num. 136.*

25 Sed nunc instat antiquum Romanorum ius, vt ex eo deducamus, an ad exe cutionem prohibitionis extractionis aliqua constituta fuerit iurisdictio, aut creatum officium.

26 Ex Gloss. *in l. 1. verbo Stationarij, C. de cohortal. lib. 12.* deduci videtur hæc cura ad Irenarchas pertinere, quo assentit cum Petro Gregor. Tolosano *lib. 47. Syntagm. cap. 38. num. 9.* Bobad. *lib. 4. Polit. cap. 5. num. 4. lit. F.* Et insinuat his omissis D. Franc. de Amaya *in l. vnic. num. 5. C. de Irenarch. lib. 10.*

27 Salua tamen tanti Doctoris pace hæc cura ad Irenarchas nõ pertinet vt latè defendit Amaya *d. n. 5.* cum Irenarchica iurisdictio, ac potestas, & si de infima illorum iurisdictione loquamur, diuersa fuit à cura prohibitionis extractionis mercium, cum ad pacis tutelã, concordiamque populorum, ac limitum Regni fuerit constituta vt latè diximus *de leg. Polit. lib. 1. cap. 12. ex numer. 57.* Quoadsentit ipse Bobadill. ex Platea in ipso *cap. 5. num. 4. ad fin.*

28 Cura autem limitum, aut littorum Regni cõcredita fuit, *l. vnic. C. de littor. & it in. custod. lib. 12.* custodibus ad id munus constitutis, vt notat Luc. de Pen. *in rubr. C. de littor.* Plat. Rebuff. & Sebast. Neuio in *d. l. vnic. num. 1. & 2.* Ioann. Garc. *de nobilitat. gloss. 48. §. 4. num. 4.*

29 Sed in hac re notandum est, dupliciter considerandum esse munus hoc custodiæ limitum: Nam vel erant personæ constitutæ ad exactionem tributorum constitutorum pro exactione, extractionevè rei, hi Stationarij appellabantur, vt *in l. vniuersi 5. C. de liber. causa d. l. 1. C. de cohortal. lib. 12.* De quo intelligendus est Ioann. Gutierr. *lib. 2. Canon. c. 28. num. 63.* Auend. *de exeq. 1. p. cap. 1. num. 12. vers. quod proxime.* De hoc genere munerum loquitur Asflict. *ad const. Neapol. rub. 58. in principio.*

De quo est nostra *l. 4. tit. 31. lib. 9. Recop.* vbi statuitur, seu assignatur *la forma que se ha de tener en las Aduanas*, ad exactionem, designationem, descriptionem omnium rerum, ex his regnis, seu prouincijs exeuntium. 30

Hi enim Stationarij, Limitanei milites appellabãtur, quorũ cura erat prospectio extractionis rerum, vel ne veti tæ merces, aut illicitæ transferrentur, aut extraherentur, vt in *l. fin. §. hi quoque, &* ibi Gloss *verb. Liminarchæ, de muner. & honor. l. 4. de seru fugitiuis. dict. l. 5. C. de liber. causa d. l. 1. C. de cohortalib. lib. 12.* Pancirol. *in not. Imperij Occident. cap. 18.* D. Francisc. de Amay. *in l. vnic. C. de Irenarch. lib. 10. num. 7.* ex Vvolphang. Lazio *lib. 6. comm. Reip. Rom. cap. 6.* 31

De qua Stationaria executione, & exercitio *l. 1. §. quies, de offic. Prefect. vrb. l. 4. de seruis fugitiuis, l. 6. C. de dignit. lib. 12. l. 1. C. de Curios. in* C. *Theodos.* Cuiac. *lib. 2. obs. cap. final.* Cerd. *aduers. cap. 37. num. 5.* Petr. Gregor. *lib. 32. Syntagm. cap. 4. n. 2. & 3.* D. Franc. de Amaya *in l. 2. num. 26. & 27. C. de exactor. trib. lib. 10.* Luc. de Pen. *l. 1. n. 1. C. de Curios. & Stat. lib. 12.* & Plat. *in rubr. eod. tit.* 32

Et quamuis absolutè ex Arist. *lib. 6. Polit.* Martin. Laudens. *de bello q. 35.* Valenz. *cons. 52. num. 43.* teneat custodes quos nos dicimus *las guardas de las Aduanas, y Puertos*, Liminarchas cẽseri. Petr. Gregor. *lib. 47. Syntagm. cap. 32. num. 26.* & Buleng. *lib. 7. de Imper. cap. 21.* inquit. *Liminarchæ dicti qui in portibus piratas insectantur, & inhiberent eos, qui oleum, vinum, liquamina, aut ferrum ad hostes deferrent*, Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 9. num. 136.* Pancirol. *var. lect. lib. 2. cap. 266.* Marc. Anton. Surgens. *in Neapol. illustr. lib. 1. cap. 24 post num. 10. fol. 238.* Ioann. Garc. *de Nobilit. gloss. 48. §. 4. num. 4.* 33

Credo dicendum, *que en las Aduanas, o Puertos* duo genera personarum extant officiales, qui munus, stipendiũ- 34

vê

vè recipiunt, debitum pro exactione rei, vt disponitur in *in l. 1. tit. 31. lib. 9. Recop.* de quo ex Senec. Lipſ. *de Magn. Roman. lib. 2. cap. 1. Nec indignabitur ſapiens aliquid impendere, vt limen tranſeat, cogitans & in pontibus quibuſdam pro tranſitu dari*, & ex Herodoto exactiones tranſitum oſtẽdens inquit *Exactione fuiſſe. in ripis fluminum, portibus opidorum, & Viarum tranſgreſſibus*, & ex Strabon. *lib.* 17. notat eleganter ipſe Lipſ. *cod. lib. cap. 2. ad finem.* Stationarij dicuntur, *d. l. 1. C. de cohort. alib. lib. 12. d. l. 5. C. de liber. cauſ.* De quibus meminit *l. in prouintijs 4. C. Numerar. & actuar. lib. 12.* Donel. *lib. 16. Comment. cap. 15.* de quo latè D. Franc. de Amaya *in l. 1. num. 2. 3. & 4. C. ne fiſc. rem quam vendid. lib. 10.* quoad ſentit Pancirol. *de Magiſtr. municip. cap. 18.* Boer. *deciſ. 178. num. 16.*

Vel dicendi ſunt Exactores, *vt in l. 2. C. de conuent. fiſc. debitor l. 3. C. de Apoch. publicis, l. 1. C. de executor. & exactor.* Bulenger. *lib. 6. de Imper. Rom. cap. 51. & lib. 9. cap. 3.*

35 Aliud genus perſonarum apud nos dicitur *guardas de los puertos*, de quibus mẽminit *l. 4. c. 42. 43. 44. & ſeqq. tit. 31. lib. 9. Recop.* Horum officiorũ Lyminarchis adſimilãdum credo, cum ea ſit eorum cura, ne fraudes fiant, neque prohibitæ merces extrahantur, quod & etiã ad Stationarios milites pertinere notauit Amaya *d. l. 2. n. 26. C. de exactor. tributor. lib. 10.* vt inde omnium DD. ſententiæ adhæreamus Pancirol. *d. cap. 18 & var. lib. 2. cap. 266.*

36 Ex quibus quærendum eſt hoc munus *de Alcaldes de Sacas, quale dicatur. Nam vt conſtat in l. 1. hoc tit. exerceri nõ valet, por los Arrendadores, ni perſonas pueſtas por ellos.*

37 Cui ad ſimilatur Theodoſij conſtitutio. Nã Stationarij quamuis tenerẽtur delicta compeſcere, ipſi cognitionẽ nõ habeant, vt in *l. 1. C. de Cohortal. lib. 12* Sed iudicibus nuntiare tenebantur, vt in *l. 1. C. de Curioſ. in Cod. Theodoſ.*

38 Hos iudices apud nos credo cenſendos *los Alcaldes de Sacas*, ſed qui fuerint antiqui, nec meminerunt Azeued. nec Gutierr. Bobadill. autem voluit, vt Irenarchæ cenſerentur.

Quod quantũ contraueniat ipſius of- 39
ficij miniſterio, patet ex Buleng. *li. 7. de Imp. c. 22.* Pancir. Cuiac. Bobad. & traditi à nobis *d. cap. 12. ex num. 57.* Amaya *ad l. vnic. C. de Irenarch. lib. 10.*

Et Ioann. Garc. *de Nobilitat. gloſſ.* 40
48. §. 4. num. 4. Litorum Cuſtodes cenſendos eſſe voluit de quibus loquitur, *l. vnic. C. de litor. & iten. Cuſtod. li. 12.* vbi videndus eſt Ant. Nou.

Apud Neapolitanos Cuſtodes paſſuũ vocabãtur, vt Car. de Tapia, *iur. Neap. li. 2. rub. 9.* Molfeſ. *deciſ. Neap. q.* In hoc vero, dubio opinionum credo, officium *de los Alcaldes de Sacas*, antiquitus per Curioſos exequi, vt patet in *l. 10. C. de Curioſ. in C. Theodoſ. Antiqua conſuetudo ſeruetur, vt curioſi idonei per diuerſas regiones, atque Prouintias, litora inſuper, portuſque & loca alia tranſmittantur, commonitorijs competentibus, atque mandatis inſtructi pro adminiſtratione tuæ ſublimitatis commiſſa, proque huius legis authoritate, ad quos nos ablaturum Imperialium ſpecierum mouet occaſio, vt impenſiorem ſolicitudinem adhiberi magnopere iuberemus, idoneus quiſque à tua magnificentia deſtinatus inter alia adiecta, & congruè procuranda, hæc quoque ſtudeat obſeruare.*

Non tamen ignoro, Curioſorum mu- 41
nus diuerſo executum *ex l. 1. C. de Curioſ. & l. 1. codem tit. in C. Theodoſ.* Petr. Gregor. *lib. 32. Syntagm. cap. 4. num. 1. & 2.* Bulenger. *de Imper. Rom. lib. 6. cap. 33. & cap. 42.* ſcilicet in denuntiatione, aut delatione criminum D. Franc. de Amaya *l. vnic. num. 5. C. de Irenarch. lib. 10.*

Vt tamen patet ex ipſo Bulenger. 42
d. l. 6. cap. 33. dupliciter exequebatur illorum cura, ſcilicet: primò in delatione criminum: ſecundò in cura curſus publici, vt notat Rebuff. *in rubr. num. 1. C. de Stationar. lib. 12.* taliter vt *d. l. 10.* ſecundum noſtrum intellectum intelligi valeat, vt ex ipſius ſerie patet.

De quo Curioſi officio, aut executio- 43
ne

ne aliqua veſtigia illorum attẽta cura, ex Petr.Greg. *d. cap.4. num.1.2.& 3.* remanere apud Siculos in exercitio iuriſdictionis Magiſtri Portulani, refert Maſtrill. *d.lib.5.cap.9.ex num.149* præcipuè *n.151.* & de officio Secreti, ac munere illius in regno Neapolis Ioan. Ant. Nig. *ad cap. Reg. cap.58.& 64.*

44 Sed lecta attente antiquorum DD. nota, curſus publici cura, portuumque proſpectio circa inſpectiones euectionum ad Agentes in rebus pertinere ſatis eſt notum, vt patet *in l.2.& 4.C.de Curioſ.& ſtational.lib.12.l.2.C. eodem in Cod.Theodoſ.*

Sed Gloſſ.Bart. Alciat.& Scribentes in dd.legibus illas tantum intelligunt, vt Agentium cura tantum in euectionibus & proſpectione rerum intra prouinciam euectarum exequatur.

Luc.tamen de Pen. *in d.l.4.* in principio credit ſecundum illius diſpoſitionem intelligi debere officia illorũ quorum cura portuũ commiſſa eſt ad proſpectionem extractionis rerum, de Portularijs & Magiſtro Portulariorum apud Siculos.

45 Nec ab illius intelligentia deuiat Bulenger. *lib. 6. de Imper. Roman. cap.* 42. qui exponens Agentium exercitiũ exequi multipliciter tenet, tamen credit illorũ curã tẽdere ad proſpectionẽ portuum, limitumque, ſicuti & Irenarcharum erat & Liminarcharum, vt notat Platea *in rubric.C.de ſtationar. lib.* 12. ſic Bulenger. *Non nulli eos eſſe volunt, qui res Principis agerent; qui in rebus & actu militabant, quibus cura erat euectiones inſpicere,* Rebuff. *in d.l.2.* C. *de Curioſ. lib.12. ante n.1.* & in ea Luc. de Pen. Platea, Sebaſt. Neuio in Rubr. *& l. 2.C. eod.* Cuiac. & Scriptores.

46 Sed tamen notandum eſt rectè colligi Portuum curam ad proſpectionem extractionum commiſſam eſſe diuerſis tẽporibus Irenarchis, Liminarchis, Curioſis, Stationarijs, Agẽtibus in rebus, vt hodie, *a las guardas de los Puertos Aduaneros, &c.* cumque horum munus infimum ſit, ſubiectumque aliorum iuriſdictioni, vt notat Pancir. *de Magiſtr. municipal. cap.* 18. ibi: *Lyminarchæ vero à Decurionibus portus cuſtodes eligebantur,* ſubſintque iudici, quo rationẽ reddere tenentur, vt erat diſpoſitum per *l.2.* C. *de Curioſ.& ſtationar. lib.12. & l.2.C. eod. in* C. *Theodoſ.* ibi: *Demonſtretur etiã iudicibus, vel curioſis euectio.*

Querendũ eſt, is iudex qualis fuerit. In quo dixit Luc. de Pen. *in d.l.2. n.* 47 *3. Præſidibus, vel potius principalibus ad hæc deputatis, vt ſunt in Regno Magiſtri Paſſuum, vel Magiſtri Portulani in Portubus.*

Fateor tamen non defuiſſe hos iudi- 50 ces eſſe dicentes Principes Agentiũ in rebus, de quibus loquitur *l. 1.& toto tit.C.de Princip.agent.in rebus*, qui poſt lapſam laboris ſui metã dignitate condecorabantur, vt *in d.Rubr.* Pen. Reb. Platea, Sebaſt. Neu. *in Syſtem.ad d.l.1. l.13.& 16.C.de Agent.in rebus in Cod. Theodoſ.* De quo Cuiac. *ad l.1.C.de Princip.agent.in reb.lib.12.*

Ducuntur etiam ex eo quod poſt exactã laboris militiã præponebantur cuſtodia ſtationũ, ſeu limitũ, vt notat Buleng. *d.c.42.* cum Stationarij Curioſi, Liminarchæ, ex Rebuff. *in rub.C.de præpoſit.agent.in rebus lib.12.* vnũ ſuperiorẽ cui ſubſint habere neceſſe habeãt, quẽ ex ipſa Schola agentiũ in rebus voluit eſſe Platea *in rub.C.de agent.in reb.lib.* 12. qui vt de his intelligeretur *d.l.2.* & notat *d.l.10.C.de Curioſ.in C.Theod.*

Neque hic agendũ eſt de munere, ſeu functione circa exactiones iurium fiſci 51 executa miniſterio Præſidũ, vt notat *l.* 2. *& 7.C.de exactor.tribut. lib.10. l.iudices, C.de annon.& tribut.* De quo meminit Pancir. *var.lect.lib.2.c.243.* Nã hoc munus hodie pertinet, *à los arrendadores de las rẽtas Reales, & ſic a los aduaneros*, vt ex legibus Regni cõprobat D. Franc. de Amaya *in Rubr.n.6.C.de exactor.tribut.lib.20.* Buleng. latè *lib.9.c.* 3. *per tot.*

Credo tamen motus authoritate 52 Cuiac. *in l.1.C.de cur.lib.12.* hoc munus ſeu officiũ *de Alcaldes de Sacas*, ſalua pace Bobad. & cæterorum Regnicolarũ ſucceſsiſſe loco vnius miniſterij

ex

ex conceſſorum magiſtro officiorum.

Nam (ſemoto huius officij exercitio, aut qualitate quoad alias res) Magiſtri officiorum inter alia munus, *ex l. 4. Cod. de offic. Magiſtr. offic.* erat cuſtodia limitum nominatis ad id, vel ſtationarijs curioſis, aut agentibus in rebus, Pancirol. *in not. Imp. Orient. cap. 71.* Quo ex Pamelio aſſentit Demſt. *Paralipom. ad Roſin. lib. 7. cap. fin.* quo etiam adſenſit Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 2. cap. 20.*

53 Hic enim poterat agentes in rebus mittere, qui præeſſent cæteris agentibus dummodo militauerint tempus à iure cõſtitutum, qui Principes agentiũ in rebus vocabantur, vt notauit Cuiac. *d. l. 1. C. de curioſ.* & adſentit Platea. *d. rubr. C. de agent. in rebus*, de quibus loquitur Bulenger. *d. cap. 42.* dum agẽtibus, curioſis, ac ſtationarijs præeſſe, agentes ad dignitatem accinctos voluit, & Guther. *d. cap. 20.* ad finem, & *lib. 3. cap. 10.*

54 Ex his deducta fuit noſtræ l. conſtitutio dum voluit, *que los Alcaldes de Sacas pudieſſen nombrar tenientes*, quos loco Principum agentium in rebus conſtitutos, credo, cum electi ſint ſicuti Principes illi á Magiſtro officiorũ, *eſtos por los miſmos Alcaldes de Sacas.*

Similis etiam eſt huic ſententiæ, quod conſtitutum eſt per *l. 8. que pongan tenientes de ſatisfacion.* Quod & de Principibus agentium in rebus conſtituit, *l. 1. C. de offic. Magiſt. officior. Præterea in quo totius Scholæ ſtatus & Magiſtri ſecuritas conſtituta eſt. Idoneus probitate morum ac bonis actibus præditus noſtris per Magiſtrum obtutibus offeratur, vt noſtro ordinetur arbitrio.* De quo & *l. 2. eod. tit.* vbi Scriptores, & Sebaſtian. Neuio in Syſtem. Auguſtin. Barboſa *collect. ad tit. C. de offic. Magiſtr. offic.* Bulenger. *lib. 3. de Imper. cap. 14.*

55 Erant etiam ſicuti, *las guardas de los Puertos, ſujetas à los Alcaldes de Sacas*, Limitanei milites ſubiecti Magiſtro officiorum, vt deducit Buleng. *d. cap. 14.* Suadeor etiam ad id ex diſpoſitione *l. 1.* huius tituli, vbi prohibitum extat, *à los Alcaldes de Sacas, que no daràn poder de las Alcaidias à los que tubieren arrendadas las rentas de los Diezmos, y Aduanas, ni a hombres ſayos.*

Similiter patet prohibitum negotiatoribus, vt exercerent munus agentiũ in rebus, per *l. agentes in rebus 1. C. de Præpoſ. agent. in reb. lib. 12.* Ex quo textu noſtram deducunt cõcluſionem, Plat. in *d. l. agentes num. 1.* Rebuff. ante *num. 1.* & Sebaſtian. Neuio *in Syſtem. num. 1.* & ibid. Bart. Luc. de Pen. abſolutè ab illa functione ſe mouet mercatores. 56

Cognito vero munus *de los Alcaldes de Sacas*, antiquitus per Magiſtrum officiorum exequi, deſcendit ſcire noſtrarum legum receptam concluſionẽ, ſcilicet hoc munus per locumtenentes exerceri, ſeu inſeruire poſſe, dummodo qualitas à lege requiſita in locumtenente, aut ſubſtituto interueniat. 57

Similis eſt conſtitutio *l. 1. C. de Præpoſit. agent. in rebus lib. 12.* vbi conſtituitur Præpoſito agentium in rebus, quod per ſubſtitutum inſeruire valeat, dummodo, vt ipſa lex præcipit ideneis moribus, optimiſque præditus, ſcientiam, peritiamque habẽs negotiorum, ſubſtitutus ſit. Ex quo textu deducit Rebuff. præter idoneitatem, bonoſq; mores, quod ſubſtitutus æquæ cõditionis eſſe debet, hoc eſt, de Schola agẽtiũ in rebus. De quo Plat. Luc. de Pen. Neuio ad *d. l. 1.* Azeued. *ad l. 1. hoc tit.* 58

De qua Schola agentium in rebus, Bulenger. *lib. 6. de Imper. cap. 42.* Pancirol. *var. lect. lib. 2. cap. 206.* Auguſtin. Barb. *in l. 3. n. 3. C. de offic. Mag. offic.*

Ad ſimilitudinem vero noſtrarum ll. notandum eſt licitam eſſe *à los Alcaldes de Sacas*, locumtenentium nominationem, cum à lege facultas conceſſa ſit, vt notant Anil. *capit. 4. Prætor. verb. Iuſſitia*, Azeued. *l. 4. tit. 6. & l. 4. titul. 9. lib. 3. Recopilat.* cum non induſtria perſonæ, ſed executio miniſterij in his officijs deſideretur. Quo caſu valet iudex per ſubſtitutum inſeruire, vt notat Bobadill. *lib. 2. Polit. cap. 20. num. 37.* Auend. 59

de exeq. lib. 1. *cap.* 3. *num.* 5. De quo latè hanc quæſtionem diſputandam ſuſcepit D. Franc. de Amaya *l.* 60. *ex n.* 28. C. *de Decur. lib.* 10. vbi vide. Quod & de Viceportulano Neapolis notat Ioann. Anton. Nig. *cap.* 2. *Regn. Neap. n.* 4. & latè ſapientiſ. Dom. Fab. Capic. Galeot. Reſp. fiſc. Reſp. 12. *ex num.* 74. *cum ſeqq.*

60 Sed non abs re erit in hac l. quærere *an los Alcaldes de Sacas* locum tenentem ſuo periculo nominent, taliter, vt de exceſsibus ſubſtituti teneantur. Hæc quæſtio latè a nobis ſuprà ſcripta extat *ad l.* 26. *tit.* 5. *lib.* 3. *& l.* 7 *tit.* 21. *eod. lib.* in ea tamē videndi ſunt textus *in l. nullus* & ibi DD. C. *de Decur. lib.* 10. Roman. *conſ.* 297. *num.* 2. Cancer. 2. *p. var. cap.* 2. *num.* 87. Rouit. *Pragm. Neapol. tit. de ſindicat. pragm.* 5. *numer.* 35. *&* 55. Auendan. *de exeq.* 1. *p. cap.* 3. *num.* 5. Auil. *cap.* 4. *Prætor verb. ſea obligado* Bobadill. *lib.* 5. *Polit. c.* 1. *num.* 78. Farin. *q.* 24. Giurb. *conſ.* 31. *&* 36. D. Franc. de Amaya *in l.* 60. *num.* 43. *& ſeqq. C. de Decur. lib.* 10. *& in l.* 1. *num.* 43. *eod. tit. & lib.*

61 Sed in caſu noſtro ſic extat diſpoſitū per *l.* 1. *C. de Præpoſit. agent in rebus lib.* 12. ibi: *Electione ſua, ſuarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus.* Ex quo textu hanc probat concluſionem latè Luc. de Pen. *n.* 8. Sebaſt. Neuio *num.* 4. eamque communem eſſe contra Decium defendit ex Iaſſon *in l. ſi quis in conſcribendo not.* 8. *C. de Pact.* Decio *l.* 1. *num.* 25. *quod quiſque iur.* Marſil. *l. nihil intereſt, numer.* 5. *de ſicar. & conſ.* 11. *num.* 24. *& conſil.* 111. *numer.* 47. Brun. à Sole *in loc. commit. verb. ciuita. num.* 7.

62 Quod de Magiſtro Portulano ad noſtrum caſum comprobat Ioan. Ant. Niger. *ad cap. Regn. Neapol. cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 62. *num.* 3. *ex l.* 1. *C. de exact. & exaction. lib.* 12.

63 Proximè his eſt quæ conſtituta à noſtris Regibus ſanctè fuiſſe, ſcilicèt, vt locumtenentes iuramentum in conſilio faciant de bene exercendo officia ſibi credita, quod ab Antiquis legibus Romanorum, & Athenienſiū probant. Anton. Aug. *de legib. cap.* 15. Cicer. 3. *Offic.* Simach. *lib.* 10. *cap.* 54. Reuard. *lib.* 5. *var. cap.* 8. Conrrad. Riterhaſius *in Su pic. pag.* 338. Simanch. *lib.* 1. *de republ. cap.* 16. Ioachin. Stephan. *lib.* 2. *de iur. Iudæor. Græc. & Rom. cap.* 5. *num.* 3. *& cap* 10. *nnm.* 30. Petr. Fab. *de orig. iur. pag* 79. Hipolit. à Coliuo, *in Princ. c.* 4. Philip. Camerar. *lib.* 1. *oper. ſucceſ. cap.* 32. Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 14. Ripol. *var. reſ. cap.* 1. *n.* 32 Oſuald. *ad Donel. lib.* 25. *c.* 2. Quintan. *lib.* 2. *de iuriſd. tit.* 12. *n.* 8. Alfar. *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 29. Narb. *l.* 31. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop gloſſ.* 3 *n.* 5. Vazq. *opuſc. de reſtit. c. p.* 7. *dub.* 8. Ioann. Langl. *lib.* 6 *ſemeſt. cap.* 1. vltra quod, dum ad iuramentum exhibendum comparent. *Iuren en el Cō-ſejo que no han arrendado el dicho oficio, ni dado, coſa alguna por el.* In hac quæſtione videbatur, diſputandum eſſe an Princeps officia vendere valeat? Sed cum peculiaré l. habeamus vide quæ ex D. Thom. *opuſc.* 21. *ad Duciſs. Brabantiæ* notant Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 20. Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 9. Menoch. *de arbitr. caſ.* 488. *n.* 6. D. Ioann. de Larrea, *diſcept. Gran. q.* 45. *n.* 35. Caued. *deciſ. Luſitan.* 24 *p.* 2. Sanchez *conſ. Moral lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 37. Diana *reſol. Mor. p.* 3. *tract.* 5 *reſol.* 108. D. Ioann. de Solorzan. *de Gubern. Indiar. lib.* 5. *cap. vnic. ex num.* 100. cum ſeqq. Qui in hac quæſtione innumeros DD. referunt Hermoſill. *l.* 22. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 1. *numer.* 50. *&* 51. Domin. Fab. Capic. Galeot. in reſp. fiſc. *reſp.* 12. *cap.* 1. *& cap.* 2. *per totum, & cap.* 3. *ex* 35. Franc. Duaren. *de Sacr. Eccleſ. Miniſter. lib.* 6. *cap.* 3. Ioann. Feliſac. *lib.* 1. *Select. cap.* 15. Soto *de iuſt. & iur. lib.* 3. *q.* 6. *articul.* 4. Ponte *de poteſtat. proreg. titul.* 3. *de Elect. offic. numer.* 6. Nauarret. *diſcept. Politic.* 48. Caſtill. *de tertijs lib.* 7. *capitul.* 41. *num.* 21. Dauid Doringio *Bibliotehc. iuris c. verb. ærarium, numer.* 62. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. Tannero, *tom* 3. *diſp.* 4. *quæſt.* 8. *dub.* 2. *num.*

2. *num.* 23. Leſio, *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 32. *dub.* 4. *num.* 28. Valenz. 2. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 2. §. 5. Galganet. *de iur. public. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 19. Scipio Amirat. *diſſertat. Polit.* ad Cornel. Tacit. *lib.* 3. *diſc.* 8. Paulus Xammar *de offic. Iudic. & aduoc. p.* 1. *q.* 21. *ex num.* 1.

64 Deducta noſtræ l. diſpoſitio videtur ex *l. vlt. C. ad l. Iul. repetund.* ibi: *Iurati intergeſta depromant, ſe pro adminiſtrationibus ſortitis, neque dediſſe quidpiam, neque daturos vnquam poſt modum fore, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam in fraudem legis, iuramentique.*

65 Ex quo textu deducit Bobadilla *lib.* 1. *Polit. cap.* 13. *num.* 15. iudicum ſu premorum eſſe obligationem, ac curã, vt officia virtute tantum ne pretio cõferantur, cum ratione officiorum omnes contractus, perceptioneſque prohibitæ ſint, vt ex *d. l. fin.* deducit Fachin. *lib.* 2. *contr. cap.* 88. & defendit latè D. Ioann. de Solorz. *d. cap. vnic. ex d. num.* 100. *Auth. vt iudic. ſine quo ſuffrag.* per totam, & ibi latè Sebaſt. Neuio.

66 Quare notandum eſt, quod cum per Auth. *vt Iudic. ſine quo ſuffrag. §. ſic igitur.* conſtitutum ſit, iudicibus vt iurent ſe nihil pro officio præſtitiſſe, ibi, *Ius iurandum dare nihil penitus, nec quolibet ſe præbere, neque occaſione ſuffragij, neque patrocinij, & neque promittere, & neque de Prouincia profiteri deligere, neque glorioſiſſimis Præfectis, neque alijs ſingula habentibus, neque eis, qui circa eos conſtituti ſunt, neque alteri cuilibet per occaſionem patrocinij.*

67 Sed ne forma iuramenti omitteretur, noſtriſque Regibus norman ad hãc conſtitutionem præberet, fuit á compilatoribus Authenticorum ſic expoſita in *Auth. iur. iur. quod præſtat, ab his*, ibi: *iure quoque idem iuſiurandum, quia nulli penitus, neque dedi, neque dabo occaſione dati mihi cinguli, neque occaſione patrocinij, neque promiſſi, neque profeſſus ſum de Prouincia mittere, neque mittam, neque occaſione Domini ſuffragij, neque famoſiſſimis Præfectis adminiſtrationem habentibus, neque his, qui circa eos ſunt, neque alij hominum vlli, ſed ſicut ſine ſuffragio percepi cingulum, ſic etiam pure me exhibebo circa ſubiectos piiſſimorum noſtrorum Dominorum contentus ijs, quæ ſtatuta ſunt mihi de fiſco annonis.*

Hoc iuramentum ratione boni communis ſubditorum conſtitutum, ac præceptum notat Petr. Gregor. *de Republic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 17. *verſ. atque Theodoſius*, & etiam Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *capitul.* 20. *numer.* 36.

Et in Regno Neapolitano ſic conſtitutum patet ex conſtitutione Caroli Quinti Imperatoris, vt refert Ioann. Anton. Nig. *ad cap. Regni Neapol. cap.* 37. *num.* 17. & *cap.* 285. *num.* 2 & 3.

Ratio enim eſt, quod cum hoc mu- 68
nus locumtenentis exercitium iuſtitiæ habeat, inter cætera officia prohibita locari computandum eſt, vt notant Maſtrill. *d. cap.* 20. & traditi á Solorzano *d. capitul. vnic. ex numer.* 100.

Secundaque deducitur, *ex Præfat. auth. vt iud. ſine quo ſuffrag.* ibi: *An certe non omnibus manifeſtum eſt quoniam qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit: non dat hoc ſolum quantum occaſione adinuentum eſt ſuffragiorum. Sed & aliud extrinſecus adit amplius occaſione commodi adminiſtrationem, aut dantibus, aut ſpondentibus, & ſic vno principio illicito dato plurima neceſſe eſt circumire manus eum, qui donationem facit, & hoc non de ſuo forte præbere, ſed mutuatum, & vt mutuare poſſit damnificatum; & computare apud ſe: quia conuenit eum tantum ex Prouincia percipere, quantum liberet ei quidem debita ſortes, & vſuras, & damna pro ipſo mutuo, &c.* Adam Contz. *lib.* 7. *Polit. cap.* 22. §. 18:

Præſertim quod cũ locatio non ſuo 69
re Regis facta ſit, quo caſu ceſſare l. Iuliæ pænas dicendum videbatur, quia Dominus officiorum cenſetur, vt probant Maſtrill. Solorzan. Diana, &

ab his relati, imò in graue fiſci præiudicium redundat, vt notat *præfat. d. Authent. Nam ea quæ opportebat in fiſcum inferri eo quod ad adminiſtrationem habet puris vtentem manibus, hoc ad propriam vtilitatem redigẽs, qui adminiſtrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius, quæ per ipſum agitur nobis reputat, &c.* obſeruanda erit conſtitutio *l. fin. C. ad l. Iul. repet.* & quæ ibi cõgerunt ſcriptores, & diximus ſupra ad *l. 65. tit. 4. lib. 12.* & notat Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib. 1. cap. 1. per totum*, & Azeued. *ad l. 1. hoc tit. & l. 13. tit. 3. hoc lib.*

70 Conſtituitur etiam tempus viſitationis faciendæ *por los Alcaldes de Sacas*, & illorum locumtenentes. De hac enim extenſione, aut limitatione egimus ad *l. 42. & 43. ſupra tit. 6. lib. 3.* vbi vide.

71 Vltimo conſtituitur per noſtras ll. appellatio *de los Alcaldes de Sacas*, ad quos iudices admittenda, & inquit. *Y de qualquiera ſentencia ſuya ſe pueda apelar para el Conſejo, ò Chancillerias.* De quo videndus Azeued. ad *d. l. 3. tot. tit.* Bobadill. *lib. 4. Politicorum cap. 5. n. 47 & 48.* vbi latè diſſerit per viam appellationis in cauſis diffinitiuis ad ſupremum Conſilium, aut Chãcellarias adeundum eſſe ad reuocationem ſententiæ *de los Alcaldes de Sacas*, Ioann. Gut. *lib. 4. Pract. q. 65.* per totam.

Ex quibus vt finem huic l. imponamus rectè conſtitutum, ſeu præceptũ videtur *à los Eſcriuanos de los Iuezes de Sacas*, quos numerarios dicendos eſſe notat ex *l. 2. C. de exactor. lib. 12.* Ioan. Garc. *de Nobilitat. gloſſ. 48. §. 4. num. 4. circa finem*, ſtipendia ab his pro negotiorum expeditione recipienda, vt latè conſtitutum fuit per Imperatores *in l. 1. §. ſportulas, C. de offic. Præfect. Præt. Afric.* ex quo textu Pancirol. *lib. 2. var. cap. 188.* taxam ſtipendiorum omnium officialium recenſet. Cum & hæc cura ad Principes pertineat ratione boni publici, vt diximus *ad l. 7. tit. 21. lib. 2. & in l. 19. tit. 19.* 72

De quo eſt conſtitutio Imperatoris *in l. vnic. C. de ſuperexactor. lib. 10.* ex quo textu Ioann. Ant. Niger damnat notarios Portularios plus iuſto recipientes ob expeditionem iuriũ extractiones, cum quid pro ſtipendio recipiant, ſicuti in noſtris legibus conſtitutum in Neapolitano Regno referat *c. Regn. Neapol. Rubric. de Portulan. n. 8. & 9. & c. 33. quod nihil recipiat pro ſigillando, &c. n. 6. & 19. & c. 63. num. 2.*

L. 2. Tit. 13. Lib. 3.

MAndamos, que en esta Corte aya, y se forme vn Cõsulado, como le ay en las Ciudades de Burgos, Seuilla, y Bilbao, compuesto de vn Prior, que siempre ha de ser natural de estos Reynos, y quatro Cõsules, vno de la Corona de Aragon, otro de mis Reynos de Italia, y de mas Prouincias de ella, otro de Portugal, otro de mis Estados de Flandes, y demas Prouincias del Norte, los quales han de tener la jurisdicion que por la ley precedente, y sus declaratorias, y por Ordenanças confirmadas por los del mi Consejo, y cedulas està concedido al Prior, y Consules de las Ciudades de Burgos, Seuilla, y Villa de Bilbao, para conocer de todas las diferencias y debates que huuiere entre mercader y mercader, y sus compañeros, fatores, y encomenderos sobre los trueques, compras, y ventas, cambios, seguros y quentas, y todo genero de negocios tocantes, y pertenecientes à mercancias, y qualquier otra cosa dependiente de estas, sustanciandolos, determinandolos breue, y sumariamente, segun el estilo de mercaderes, la verdad sabida, y la buena fee guardada, sin dar lugar à largas, ni dilaciones; y por aora ha de començar el dicho Consulado en veinte mercaderes y hombres de negocios, que yo eligiere, los quales luego eligiràn de entre si al Prior, y los quatro Consules, por votos secretos, y los dichos oficios han de durar dos años, y al fin de ellos se boluera à hazer eleccion, y no han de poder ser reeligidos hasta auer passado otros dos de hueco. Y porque si los dichos quatro Consules huuiessen de tener voto en todas las materias de justicia, no se consiguirà el fin q̃ se pretende de abreuiar la determinacion de los pleytos mercantiles, y se podràn seguir otros inconuenientes; Ordeno, y mando, que los dichos negocios, y causas se juzgue̅ por el Prior, y dos Consules, en esta manera: De los quatro que han de ser eligidos, los dos que pri-

mero lo fueren, han de juzgar con el Prior, el primer año de los dos que han de durar los oficios, y los otros dos han de entrar à juzgar el segundo año: con que los votos serán siempre tres, y todas las naciones participarán de los dichos oficios, y cessarán las dilaciones y encuentros que de juzgar cinco podrian resultar. Los veinte que yo eligiere han de admitir, y recibir en el Consulado à los demas mercaderes, y hombres de negocios, assi naturales, como Estrangeros, atẽdiendo à que sean personas de conocido credito, y caudal: En este Consulado se han de guardar las Leyes, Ordenanças confirmadas, y Cedulas que està ordenado y mandado à los dichos Consulados de Burgos, Seuilla, y Bilbao: Y si fuere necessario hazer alguna nueua ordenança, lo propondràn en el mi Consejo, para que por el se me consulte, y yo resuelua lo que se huuiere de executar. Y porque este Consulado tenga la autoridad, y proteccion necessaria le pongo debaxo de la de mi Consejo, y ordeno que vno del por turno, y su antiguedad presida en el vn año, y acabado passe al siguiente el qual ha de conocer en grado de apelacion, de lo que se determinare por el Prior, y Consules en cõformidad de lo dispuesto por el capitulo segundo de la dicha Ley primera, titulo treze, libro tercero de la Recopilacion: y podrà assistir a las juntas, que los del dicho Consulado hizieren, quando le pareciere necessario, y para ellas, y las audiencias que han de hazer eligiran la parte y lugar que les pareciere proponiendolo en mi Consejo, para que por el se me consulte. Y porque todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los Reynos gozen desta gracia, y merced, doy licencia y facultad, para que auiendo numero bastante de mercaderes, se pueda erigir, y formar Consulado, pidiendo lo primero en mi Consejo, que me lo ha de consultar, lo qual no se ha de entẽder, ni estender con las Ciudades, Villas, y Lugares de Señorio Abadengo, y todos los Consulados que se erigieren han de tener correspondencia con el Consulado desta Corte, en todo lo que mirare al gouierno vniuersal: Porque en lo que toca à la decision de negocios, y pleytos, cada Consulado ha de tener jurisdicion distinta, y priuatiua con el Iuez de apelaciones que se le diere, sin de-

dependencia, ni ſubordinacion à eſte, ni à otro Conſulado. Y por lo que deſeo dexar libre el comercio de todas maneras: Ordeno, y mando que auiẽdo paſſado las mercaderias que ſe traen à eſtos Reynos de los Puertos, y Aduanas dellos, no ſe pueda hazer, ni haga cauſa de denunciacion, ni viſita por ningun Iuez ni Iuſticia, ni por el Almirantazgo, ni ſus Miniſtros, aunque ſe diga y pretenda que las mercaderias ſon de contrauando, y de las que eſtàn prohibidas en el comercio en eſtos Reynos, pues à la entrada de ellos en los Puertos, y Aduanas podràn hazer las viſitas, y diligencias neceſſarias, para preuenir que no entren las mercaderias que fueren de contrauando, y las otras, cuyo comercio eſtuuiere prohibido.

SVMMARIVM.

1 *Doctores ſcribentes ad Rubr. huius tit.*
2 *Principis approbatio Collegiorum an neceſſaria ſit, vt iuſtineantur, & habeant iuriſdictionem.*
3 *Monopolia prohibita ſunt omni iure.*
4 *Conſulatus mercatorum qua fama conſtituendus.*
5 *Iudicis mercatorũ an exteri, an peregrini eſſe debeant.*
6 *Iuriſdictio iudicum mercatorum an priuatiua, an cumulatiua ſit.*
7 *Iuriſdictionis conceſsio attendi debet ad illius cognitionem, an priuatiua ſit, vel non.*
8 *Iuriſdictio regulariter cumulatiue conceſſa iudicatur, & ſic in poteſtate actoris eſt iudicis electio.*
9 *Priuilegia aliquibus cõceſſa ad exẽptionem iuriſdictionis priuatiua non cumulatiua iudicanda.*
10 *Militarium cauſæ cognitio ducibus militum priuatiuæ competunt.*
11 *Iuriſdictio iudicis Scholariorum priuatiua eſt.*
12 *Actor poteſt reum conuenire tam coram iudice ſuo ordinario, quam particulari, ſi particulari conceſſa eſt cumulatiua iuriſdictio.*
13 *Iudex mercatorum*, ò juezes de aſſentiſtas, *an cognoſcant vltra cauſas mercium*, ò de aſsientos.
14 *Iudex mercatorum poteſt inter mercatores cognoſcere extra cauſas mercium.*
15 *Iudex particularis iuriſdictionem habet ad annexa, & dependentia illarum rerum &* 27.
16 *Iudex mercatorum priuatiuam iuriſdictionem habet intra naturam illarũ rerum vltra quam non extenditur, &* 18. *nec inter ipſos mercatores, num.* 21. *&* 24.
17 *Quod limita caſu quo generalis iuriſdictio conceſſa eſt inter perſonas certi generis, nec tantum quoad res, ſed quoad perſonas.*
19 *Iuriſdictio non habenti nec voluntati partium confertur.*
20 *Iudex limitatam habens iuriſdictionem de alia cauſa cognoſcere non poteſt.*
22 *Iudex certæ rei ad res alias alteriuſque naturæ incompetens eſt.*
23 *Prorrogatio limitatæ iuriſdictionis non admittitur.*
25 *Quia priuatiue conceſſa cenſetur.*
26 *Conſuetudo iuriſdictionem inferre valet.*
28 *Incidens naturam aſſumit cauſæ principalis.*
29 *Clericus mercator an in cauſis mercium iudicari poſsit a iudice ſeculari mercatorum.* Cle-

30 *Clericus ad officiũ ſeculare promotus à iudice ſeculari punitur, in delictis in officio commiſsis.*

31 *Mercator an poſsit declinare iuriſdictionem iudicis mercatorum, in cauſis mercium, vel alterius iudicis prorrogare ad has cauſas iuriſdictionem.*

32 *Quod non, & num. 33. quia abdicatiua cenſetur, ac redens cæteros iudices inhabiles ad illarum cauſarum cognitionem.*

34 *Iuriſdictio quando priuatiue, aut cumulatiue conceſſa dicatur, remiſſiuè.*

35 *Mercium externarum introductio apud Hiſpanos prohibita.*

36 *Extractio qualiter facienda ad hoc, vt in pœnã extractionis incidatur, & an præſumptio ſufficiat ad incurſionem.*

37 *Mercium introductor vbi inueniẽdus ad hoc, vt in pœnam immiſsionis incurrat.*

MEminit huius tituli Azeuedo latè *l.* 1. Auendan. *cap.* 1. *Præt. num.* 29. Bobadill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 39. *numer.* 53.

2 In hac tamen re duo iura a Doctoribus diſputata ſunt, ſcilicet, an neceſsaria ſit Principis approbatio collegiorũ, vt ſuſtineãtur, iuriſdictionemque habeant *toto tit. de Colleg. illicit.* Plat. *in l.* 3. *C. de ven. reb. ciuit. lib.* 11. *l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 8. *Recopil.* De quo DD. *in l. fin. C. de iuriſdict. omn. iudic. l.* 1. *num.* 1. 5. & 6. Petr. Greg. *lib.* 15. *Syntagm. cap.* 32. *num.* 10. Mex. *pragm. tax. Pan. concl.* 5. *a num.* 25. Auguſtin. Barboſ. *d. l. fin. num.* 4. *C. de iuriſdict. omn. Iudic.* cũ ab ipſo Principe noſtra lex conſtituta ſit.

3 Secundò, quod cum in noſtro caſu l. diſpoſitio lata tantum ſit ad exercitium iuriſdictionis cauſarum mercatorum non ad tractationem rerum venalium, ac emptionum, an inſtar monopolium prohibita cenſeri debeant ſimilia collegia, aut confraternitates, vt deducitur ex *l.* 1. *C. de monopoliis*, & voluit Azeued. *l.* 1. *ante num.* 1. *hoc tit.* Pſin. *lib.* 8. *capit.* 37. Caſiod. *lib.* 1. *epiſt.* 30. Matth. Lop. Brab. *lib.* 2. *de reg. rat.* Tib. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 7. Menoch. *de Arbitrar. caſ.* 569. *num.* 21. Franc. Lucan. *de fiſco p.* 2. *n.* 5. Virgin. Bocac. *de interdict. vti poſsid. cap.* 18. *n.* 187. Petr. Gregor. *de Rep. lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 4. *& lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 11. *& lib.* 25. *Syntagm. cap.* 14. *num.* 6. Azeued. *l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 5. *& l.* 12. *tit.* 12. *lib.* 6. *Recop.* Ioann. Gutierr. *Pract. lib.* 4. *q.* 32. Surd. *conſ.* 127. *ex num.* 20. Botr. *deciſ.* 135. *n.* 14. *& ſeqq.* Theſaur. *deciſ.* 7. *num.* 2. Gregor. Lop. *l.* 2. *tit.* 7. *p.* 5. *gloſſ.* 2. Ponte *de Poteſt. Proregis tit.* 10. *rubr. de Mercat.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 441. Bobadill. *lib.* 3. *Polit. cap.* 4. *num.* 17. Fab. Capic. Galeot. *reſp. fiſc.* 10. *ex num.* 28. *cum ſeqq.*

Omittendum æqualiter centui Cõ 4
ſulati modus à lege practicatus, de quo Strac. *de mercat. tit. de Conſulib. mercator.* & notat Bulenger. *de conſeruatoribus nundenarum in appendic. Offic. Regn. Gallican.* An peregrini debeant 5
iudices eſſe, an exteri, an de vnaquaque natione, vbi licitum commercium eſt, ſicuti in Rota Romana extat conſtitutum.

Cum enim hæc iuriſdictio, ac poteſtas *del Prior, y Conſules*, ſecundum traditam formam à noſtra lege hodie non exequatur, locoque illius conſtitutum ſit, vt collegia, ſeu congregationes aliquorum hominum mercaturam, ſeu negotia tractãtium priuatos habeant iudices, vt apud nos *los Aſſentiſtas Portugueſes, &c.* quærendum eſt, an hæc iuriſdictio priuatiua ſit, taliter vt coram ordinario conueniri non poſsint. 6

In quo notandum eſt, quod iuriſdictio iudici lata attendenda eſt, an cumulatiuè, an priuatiua tantum; ſeruandum vero quod à Principe cõſtitutum ſit, cum fons ſit iuriſdictionum, vt diximus *de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 7.

Regulariter vero cumulatiua cenſe- 8
tur taliter, vt in actoris poteſtate ſit reum conuenire coram iudice ordi-

rio, aut coram iudice particulari, vt ex *l. 1. C. de offic. Præfect. vrbis*, ex quo textu hanc probat concluſionem Strac. *de mercat. tit. quomod. proced. ſit num. 8.*

9 Priuilegia enim conceſſa aliquibus ad exemptionem ordinariæ iuriſdictionis, non abſolutè, ſed priuatiuè concedi debent, vt militibus *in l. Magiſteriæ 6. C. de iuriſd. omn. Iudic.* Militares enim cauſæ priuatiuè Ducibus, ſeu militaribus iudicibus commiſſæ ſunt, vt ex *l. 6. C. de iurid. omn. iudic. l. 3. tit. 29. p. 7.* Cepol. *de Imper. mil. eleg. cap. & ratione dignitatis col. 1.* Franch. *deciſ. 88 p. 1.* Guillielm. Bened. *cap. Raynuntius verb. vxorem deciſ. 2. n. 166.* Iul. Clar. *in Pract. § fin. q. 35. num. 24.* Petr. Gregor. *lib. 47. Synt. cap. 36. num. 6.* Moſquer. *de milit. diſcip. lib. 4.* Bobadill. *lib. 4. Polit. cap. 2. num. 67.* Donel. *lib. 17. com. cap. 10.* Azeued. *l. 1. num. 70. titul. 16. lib. 8. Recop.* quibus remittendi ſunt vt doctiſsima eruditione, ac notitia explicat ſapientiſs. D. Fab. Capic. Galeot. *reſponſ. fiſc. 1. num. 25.*

11 Quod priuilegium, & ad Scholaſticos extenditur, vt ex *d. l. Magiſteriæ, C. de iurid omn. iudic.* deducitur *l. 18. tit. 7 lib. 1. Recop.* vbi Azeued. Strach. *de mercat. d. tit. quomodo proced. ſit num. 9.* De quo noſtrum eſt ideo omittendum.

12 Quare notandum erit, an commiſsio data iudici in caſu particulari priuatiua ſit abſolutè, an vero cumulatiua tantũ. Nam ſi cumulatiua eſt fatendum erit, actorem poſſe conuenire reum tam coram iudice particulari, quam ordinario, cum in hac re electio competat actori, non vero habeat neceſsitatem conueniendi reum ſub certo iudice, quod ſecus eſt in cauſa, aut iuriſdictione priuatiua, *l. fin. C. de iuriſd. omn. iud.* & ibi DD. *l. cum Clericis*, & ibi Bald. *C. de Epiſc. & Cleric. cap. cum ſit generale, de for. compet.* Ludouic. Roman. *conſ. 412. & conſ. 300.* Afflict. *deciſ. 257.* Couatr. *lib. 1. var. cap. 10. num. 6.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 1. num. 77.* Caued. *deciſ. Luſit. 54. per totam, præcipue n. 2.* Auguſtin. Barboſ. *in l. fin. num. 7. C. de iur. omn. iudic.* Alban. ad Bart. *in d. l. fin.* Marc. Anton. Ama. *deciſ. 9. n. 17.*

Quibus prælibatis, & ad alia, quæ 13
ad noſtrum textum adducunt, tranſeuntes neceſſario ſcire deſcendit, an hos iudices, ſiue eos, vt iudices tantum conſeamus, ſiue vt Conſules, priuatiue tantum cognoſcant de cauſis mercium, *ò de aſsientos*, apud nos, an generalem iuriſdictionem habeant in omni iudicio ad illas perſonas pertinente, ſiue tangat prinatiuam illam materiam, ex qua eis conceſſa fuit iuriſdictio, ſiue non.

In hac materia Ludouic. Roman. *cõſ.* 14
300. ſenſit cauſas extra mercaturam cognoſcere poſſe iudices mercatorũ, licet tantum ad cognitionem harum cauſarum conſtituti ſint.

Ex textu vero *in l. ſi quis exargentarijs, § rationem, de edendo*, deducũt DD. poſſe iudices mercatorum, etiam cognoſcere extra cauſam mercaturæ. Quã concluſionem defendit Iaſſon *in l. ſed ſi plures 10. § 1. num. 7. de vulgar. & pupil.*

In quo textu Bald. iuriſdictionem iu 15
dicum particularium etiam ad annexa, & dependentia extendit Iaſſ. Alexand. Iacob. á S. Georg. *d. § rationem.* Marſil. *l. 1. § Diuus, num. 4. de Quæſt.* Fulu. Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 26. num. 45* Ruginald. *pract. q. 44. num. 11.*

In qua quæſtione contraria opinio 16
tenenda eſt, ac fatendum iudices particulares, *como los Iuezes de Aſſentiſtas Portugueſes, mercaderes*, alteriuſque cuiuſcumque ſpeciei priuatiuam tantum in rebus illius naturæ iuriſdictionem habere, nec ad res alias extendi illorũ cognitionem, vt Bald. *l. fin. q. 2. C. de iur. omn. iud.* Felin. *cap. cum ordinem, de reſcript.* Iaſſon *l. age, C. de tranſ. & conſ. 103. num. 2. lib. 1.* Strac. *de mercat. tit. quomodo procedendum ſit num. 12.* Ruginald. *Pract. 44. n. 14.* Marſil. *ſing. 650.* Rouit. *de iuriſdict. in vic. nõ turb. pragm. 2. num. 26.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 41. num. 5.*

Hoc enim notandum eſt, dum com- 17
miſsio diuerſo non ſtatuat: nam ſi priuatiua iuriſdictio ratione habita ad perſonas, non vero ad res conceſſa ſit

extra

extra causas, ac species mercium extendi dicendum est, vt fuit concessa iurisdictio *en los negocios de Assentistas, D. D. Ioseph Gonzalez* à Consilijs Cameræ, Iustitiæ, Inquisitionis, &c. Ex recepta doctrina *l. fin. C. de iur. omn. iudic. cap. 2. de*
18 *constitut. lib. 6.* Petr. Barbos. *l. 1. art. 1. ex num. 118. de iudic. & num. 151.* Cabed. *decis. Lusit. 22. num. 5.* Pet. Barbos. *ad l. 1. art. 1. num. 78.* de iudic. scribit in hac materia, inquiēs, iudices mercatorum priuatiuam habere iurisdictionem in causis mercium, aliàs nullam habere, taliter quod quoad cætera priuati censeantur, & hæc inhabilitas sic est operatiua, vt neque voluntate ipsorum litigantium ad alias causas extendi valeat. Nam cum quoad cæteras prò particulari iudex censeatur, & non ha-
19 benti iurisdictionem iurisdictio conferri non valeat, nec etiam voluntate particularis *l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iudic. l. 12. tit. 22. p. 3.* & diximus *de leg. Polit. lib. 2. cap. 8. n. 13.* Sapientissimi Regens Senat. Italici Fab. Capicius Galeot. *lib. 1. contr. 39. num. 8.* ideo tenent, prorogationem non dari ad materias diuersæ speciei, vt ad casū latis quam plurimis doctoribus defendit Marius Giurb. *cons. 92. num. 3. & 4.*

20 Ex Bald. in *l. certa ratione num. 4. C. quando prouoc. nō est necesse*, notat Marc. Anton. Amat. *cons. 9. num. 26.* iudicem habentem limitatam iurisdictionem, vel ad rem, vel ad quantitatem de alia causa cognoscere non posse cum improrogabilem iurisdictionem exerceat.

21 Quare notant DD. *in d. l. fin. C. de iur. omn. iudic.* & Petr. Barbos. *in d. art. 1. n. 78.* nec inter ipsos mercatores posse de alia re, aut quantitate cognoscere, nisi tantum de ea quæ intra naturam mercaturæ est. Alexand. *cons. 113. per tot. lib. 7.* Tusch. *lit. S. concl. 593. num. 24* Mario Giurba *cons. 92. num. 8.*

22 Hæc enim conclusio ex textu *in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* deducitur: nam cum priuatiua iurisdictio rerum particularium certi generis, aut speciei particularis committitur iurisdictio illius competens ad exercitium illarum rerum, ad cætera vero diuersæ qualitatis incompetens est censenda, cum quoad personas excepto casu delegationis, seu commissionis iurisdictionē non habeat, quod est necesse ad validitatem prorogandæ iurisdictionis; vt DD. in *d. l. 1.* vt Cyn. de qua quæstione latè Barbos. *in l. 1. ex n. 4. C. de iur. omn. iudic.* Innoc. *cap. dilecti, de capell. mon.* Auend. *de exeq. p. 1. cap. 19. vers. & quādocumque.* Valenz. *cons. 176. num. 27.* D. Ioann. de Solorz. *de Gubern. Ind. lib. 2. cap. 28. num. 20.* Peregrin. *lib. 1. var. tit. de iurisdict. ex num. 29.*

23 Et etiam ex illa quod si iudex virtute particularis cōmissionis cognoscit inter certas personas, aut res, tunc enim quasi restricta, ac limitata censetur iurisdictio taliter, vt ad alias res, aut species à delegatione diuersas non datur, nec admittitur prorogatio, vt notat D. Ioann. de Solorz. *de Gub. Ind. lib. 2. cap. 29. num. 61.* Felin. *cap. cæterū, de iud.* Iaff. & Rimin. *l. testamenta, C. de testament.* Franc. Marc. *decis. 529. n. 7. p. 2.* Nat. *cons. 82. num. 7.* Surd. *decis. 88. num. 3.* & de materia prorogationis latè *cons. 56. per totum*, Decian. *lib. 4. crim. cap. 23.* Cancer. *var. 2. p. cap. 2. ex num. 192.* Capiblanc. *de Varijs pragm. 8. p. 1. ex num. 101.* Scac. *de sent. & re iud. gloss. 7. q. 7.* latè Carlebal. *de iudic. lib. 1. tit. 1 sect. 1. q. 8. disp. 2. ex n. 968.* cum seqq. vbi latè disputat hanc quæstionem, Doctoresque adducit quam plurimos.

Ex quibus deducitur nostra conclu- 24
sio scilicet iudices causarum mercaturæ de alijs causis cognoscere nō posse, etiā inter ipsos mercatores, Abb. *cap. significasti num. 16. de for. comp.* Natta *cons. 82. num. 6.* Peregrin. *var. lib. 1. tit. de iurisd. ord. & deleg. num. 29.* Petr. Barbos. *d. l. 1. art. 1. ex num. 121.* quia hæc iurisdictio restricta est, nec tantum quoad personas mercatorū, sed quoad res etiam mercantiles, quo casu improrogabilis est iurisdictio, pluribus adductis Martha *de iurisdict. 4. p. cas. 184.*

num.

num. 5. Auguſt. Barboſ. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de iuriſdict. omn. iud.* Valenz. *d. conſ.* 176. *num.* 27. Quæ & ad iudices bonorum defunctorum extendit D. D. Ioann. de Solorzan. *de Gubern. Ind. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 31. latè Mar. Giurb. *conſ.* 92. *ex num.* 8. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 593. *num.* 20. *& lit. M. concluſ.* 407. *num.* 22. Rom. *conſ.* 204. *num.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 529. *num.* 5. Banc. *de nullit. deffect. iur. num.* 52. Surd. *conſ.* 58. *n.* 16. Andr. Fachin. *lib.* 1 *conſ.* 58. *n.* 24. *&* 25. Molineſ. *ad conſuet. Neap. tom.* 1. *p.* 4. *de renunc. q.* 4. *num.* 38. Anton. Amat. *reſol.* 33. *num.* 16 Ioann. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 24. *num.* 16. *& de iuram. confir.* 3. *p. cap.* 5. *num.* 2. Valaſc. *conſ.* 27. *num.* 5. Gam. *deciſ.* 219. Cald. *l. ſi curatorem in principio n.* 20. *de in integr. reſtit.* Vanc. *de nullit. tit. de nullit. ex deffect. iur. ex n.* 51. Carlebal. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 8. *ſect.* 4. *ex num.* 1169. ac priuatiuè cenſetur concceſſa ſapientiſs. Dom. Fab. Capic. Galeot. *reſp. fiſc.* 2. *ex num.* 103. *cum ſeqq.* His omiſsis nouiſsimè Doctiſs. ac ſapientiſs. D. D. Ioan. Bap. de Larrea *allegat. fiſcal. tom.* 1. *allegat.* 7. *num.* 27.

Vltra ſi hæc iuriſdictio cumulatiuè conceſſa fuiſſet, cum æque ordinario ſuo reſeruata maneat Doctiſſ. Fab. Capic. Galeot. *controu. lib.* 2. *contr.* 56. *n.* 3. dicere poſſumus prorogabilem eſſe, ſed cum de certo numero perſonarum, ac rerum ſit, ac conſequenter priuatiua, Felin. & Abb. *cap. cæterum, de iudic.* Auend. *de exeq. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Afflict. *deciſ.* 41. Seſe *deciſ.* 438. *numer.* 21. *&* 26. improrogabilis cenſenda eſt, præſertim cum ſpecialis ſit, & in derogationem iuriſcommunis, quo caſu, nec perſonas egreditur, neque ad alias res, aut materias extenditur, vt elegantèr Bald. *conſ.* 253. *num.* 4. *lib.* 5. Paz *de Tenut. cap.* 39. *num.* 17.

26 Neque obſtat concluſio Ludou. Roman. *d. conſ.* 300. *num.* 1. qui virtute cõſuetudinis confert iudicibus extra cauſam delegationis iuriſdictionem i Nam cum virtute conſuetudinis procedere extra cauſam mercaturæ iudicis dicat, non iuriſdictioni, ſed conſuetudini deferendum eſſe, notandũ eſt cuius vis, ac virtus tanta eſt, vt ex ea quęratur iuriſdictio, ac ſi priuilegio cõceſſa eſſet, vt diximus latè *de leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 1. *ex n.* 144. *& cap.* 8. *num.* 27. *&* 28.

Neque quod ex *l. ex Argentarijs §. rationem, de edendo*, deducunt DD. ſcilicet, iuriſdictionem cõceſſam iudici ad certas cauſas ad incidentes extendi, vt ex eo ad alias materias extendatur, ſeu ſpecies diuerſas: Nam incidentia pars iudicatur partis principalis, & ſic iudex creatus ad aliquam cognitionem, licet limitatiuè ad certum genus reſtricta ſit iuriſdictio etiam ad incidentia, & dependentia extenditur, taliter vt prorogata cenſeri non poſsit, Bardelon *conſ.* 200. *num.* 15. Decian. *conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 95. *num.* 8. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 42. *num.* 17. *&* 498. *num.* 15. Maſtrill. *deciſ.* 286. *num.* 43. Grac. *diſceptat. cap.* 960. *num.* 34. Cancer. *lib.* 2. *reſol. cap.* 5. *num* 3. *& lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 171. Cæſar. Barc. *deciſ.* 78 *num.* 7. Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 3. *n.* 147. Roſental. *concluſ.* 5. *num.* 5. Oſaſch. *conſ.* 67. *num.* 7. Farinac. *conſ.* 85. *num.* 135. Ratio enim ea eſt ex DD. 28 mente, quod incidens, aut dependens naturã ipſius cauſæ principalis aſſumit Miſinger *obſeru.* 2. *cent.* 3. Franch. *deciſ.* 252. *num.* 7. *& deciſ.* 513 *num.* 1. Carthar. *deciſ.* 76. *n.* 4. Iacob. Gall. *conſ.* 60 *num.* 26. Rouit *pract.* 41. *de Offic. Sacr. Conſ. n.* 3. ſapientiſs. Fab. Cap. Galeot. *reſp. fiſc.* 1. *n.* 58. Quid ergo mirũ? quod ex eo detur extenſio cũ connexa & annexa, aut incidentia a parte principali dependant, vt Abb. *c. quanto n.* 5. *de Iudic.* Bereng. *l. vnic. C. ſentent. quæ pro eo, quod intereſt*, Ruin. *conſ.* 108. *num.* 6. *lib.* 5. & eſt vulgare axioma.

Vltimo vero pro complemento noſtræ legis notandum eſt cum Azeu. *l.* 1. *hoc tit. num.* 7. an hæc iuriſdictio declinari inter mercatores valeat.

Adſolutionem huius difficultatis illo vtitur principio Azeu. quod Clericus negotiator, ſeu mercator puniendus, aut iudicãdus eſt in delictis, & cauſis

ſis mercium, á mercatorum iudicibus, vt notat Mex *pragm. tax. pan. concl.* 5. *num.* 24. & 25. de qua quæſtione vidēdi ſunt Bertach. *tract. de epiſc. p.* 1. *lib.* 4. *n.* 27. Strach. *de mercatur. tit. quomod. proced. ſit n.* 9. Mart *de iuriſdict.* 4. *p. cōt.* 1. *caſ.* 3. *n.* 7. Ioan. Gut. *de Gabell. lib.* 7. *q.* 94. *per tot.* Zeual. *de cognit ad tollend. vim.* 2. *p. q.* 64. *per tot.* Parlad. *lib.* 2. *rer. quot. c.* 18. *n.* 23. Flor. de Men. *var. lib.* 2. *q.* 21. *ex num.* 231. Dian. *reſol. mor. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 46.

30 Taliter, vt dum Clericus ad officium ſæculare admittitur a iudice ſæculari punitur in delictis ex officio, ac in officio comiſsis, vt remiſsiuè ad Camil. Borrel. *de præſt. Reg. Catholic. cap.* 71. *n.* 15. Cened *collect.* 37. *ad Decr.* Bobad. *lib.* 2. *Politic cap.* 18. *n.* 99. Farin. *de Inquiſ. q.* 8. *n.* 99. Petr. Surd. *conſ.* 396. *n.* 32. Auguſt. Barb. *cap.* 2. *n.* 4. *ne Cleric. vel monach.* notat D. Ioan. de Solorz. *de Ind. Gub. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 16. In quo videndi ſunt Menoch. *de arbitr. caſ.* 537. *num.* 11. Ceuall. *d q.* 64. Franc. Marc. *deciſ.* 46. Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 846. Mar. Giurb. *conſ.* 96. *ex num.* 11. vbi in numeros DD. adducit.

31 Ad tamen conclusionem Azeuedi deueniendo, dicēdum eſt, mercatores, alioſvè quoſcumque iudices particulares habentes, illius iudicis iuriſdictionem declinare, nec remittere, poſſe ratio enim ex Baldo deducitur *Auth. habita numer.* 56. C. *ne filius pro patre.*

Nam cum diſcretiuè, & priuatiuè conceſſum ſit iudicibus mercatorum, vt in cauſis illius generis, & inter mercatores cognoſcant, ſic priuatiua cenſetur, ac iudicatur iuriſdictio Morla *in*
32 *empor. tit.* 2. *p.* 1. *in proœm. num.* 10. vt ſolus ille iudex cognoſcat, nec prorogari valeat ad alium etiam ex voluntate mercatorum, quod ex doctrina *l. conſulta diualia*, & ibi Bart. Felin. *cap. Paſtoralis, limitat.* 4. *de offic. Ordin.* Surd. ex textu *in l.* 1. C. *de offic. Præf. vrb. conſ.* 56 *num.* 7. Seſe *deciſ. Aragon.* 438. *ex n.* 19. Cum priuatiua cēſeatur Abb. & Felin. *cap. cæterum, de iudic. cap. licet ex ſuſcepto de for. comp.* Auend. *lib.* 1. *de exeq. cap.* 5. *num.* 11. Azeued. *l.* 1. *tit.* 13. *num.* 11. *lib.* 3. *Recopil.* Seſe *deciſ. Aragon.* 426. *num.* 13. vel potius abdicatiua, 33 taliter vt cæteros iudices incompetētes reddat, etiam ad exercitium prorogatæ iuriſdictionis, vt ex Capic. *deciſ.* 122. *num.* 6. Fab. Ann. *conſ.* 107. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 417 *num.* 8. Capic. *deciſ.* 9 *num.* 15. Bald. *l. non dubium, C. de leg.* Gabriel. *conſ.* 154. *num.* 17. *vol.* 2. Giurb. *deciſ.* 56. *num.* 8. & latius *num.* 19. Barb. *l.* 1. *art.* 4. *ex num.* 54. *de iudic.* Marc. Ant. Amat. *deciſ.* 9. *ex num.* 18. Alex. Trentacinq. *var. lib.* 1. *reſol.* 1. *de iuriſdict. ex num.* 1. Ioann. Petr. Bym. *conſ.* 14. *num.* 19. *lib.* 1. Ioan. Gutier. *Pract lib.* 3. *q.* 24. *num.* 16. Maſtr. *deciſ.* 138. *num.* 7.

Quærit etiam Azeu. *d. l.* 1. *n.* 10. an 34 iuriſdictio conceſſa conſulibus mercatorū cumulatiua, vel priuatiua cenſenda ſit. Ad cuius cognitionem videnda ſunt, quæ latè referunt DD. ad *d. l. fin. C. de iurid. omn iudic.* Garc. *de nobil. gloſ.* 1. *num.* 5. Auguſt. Barboſ. *d. l fin num.* 8. latè Seſe *deciſ. Aragon.* 426. per totam latè Scac. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 56. & 57. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 2. *præſ* 18. laſſon. *l. quod in rerum* 24. *§. ſi quis poſt n.* 8. *delegat.* 1. Stephan. Grac. *diſcept. cap.* 154. *num.* 35. Tuſch. *lit I. concluſ.* 556. Petr. Barboſ. *de iudic l.* 1. *art.* 4. *ex num.* 46. Nat *conſ.* 536. *num.* 34. Rol. à Vall. *conſ.* 80. *vol.* 2. Beroi. *conſ.* 22. *ex n.* 25. *vol.* 2. Symon. *de Prat. conſ.* 93. *num.* 2. Pariſ. *conſ.* 9. *n.* 11 *vol.* 4. Tiber. Decian. *reſp.* 35 *n.* 52. *vol.* 2. & *reſp.* 118. *n.* 22. *lib.* 3. Rom. *conſ.* 393. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 40. Alexand. Trentacinq. *var. lib.* 1. *reſol.* 1. *de iuriſdict.* Brun. a Sole *in loco comm. verb. iuriſdictio num.* 3. Mandel. Albenſ. *conſ.* 561. *ex n* 7. & 8. Petr. Bym. *conſ.* 14. *lib.* 1 & *conſ.* 207. *n.* 16. *lib.* 3. Iacob. Menoch. *conſ.* 604. *ex n.* 23. & *conſ.* 479. *n.* 9 & 11. & *conſ.* 469. *n.* 13. Schrad. *de feud p.* 10. *ſect.* 2. *n.* 72. & *ſect.* 1. *n* 10. 131. & 135. Roſental. *de feud. cap* 12. *q.* 1. *num.* 33. & *addit. lib.* II. & *cap.* 5. *q.* 5. Myſinger. *obſervat.* 99 *per totam* Mar. Cutel. *ad ll. Sicul. ad ll. Martin. cap.* 58. Vuelembech. *conſ.*

95.

95. *num.* 27. *p.* 2. Marth. *de iurisdict.* 4. *p. caſ.* 147. *numer.* 5. Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 9. & 10. & innumeri DD. ab his relati, Morla *in empor. part.* 1. *tit.* 2. *de iuriſdict. in proœm. num.* 9. 10. & 11. Ioann. Gutierr. *Pract. lib.* 3. *q.* 24. *ex num.* 2. Cancer. *variar.* 2. *p. cap.* 2. *ex num.* 119. Carleual *de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 8. *ſect.* 4. *ex num.* 205. *cum ſeqq.* Tiber. Decian. *tom.* 2. *reſp.* & *lib.* 1. *crimin. cap.* 55. Gonzal. *reg.* 8. *Cancel.* § 2. *Proœm. ex num.* 20. *cum ſeqq.* Doctiſsim. D. Fab. Capic. Galeot. *lib.* 2. *controuerſ. contr.* 56. *ex nu.* 1. & repetit. *reſp. fiſc.* 1. *num.* 75. & *reſp.* 2. *ex num.* 103.

35 Prohibita fuit ſicuti omni iure mertium extractio à Regno, vt diximus *ad l.* 8. & 9. *titul.* 11. *hoc lib.* aliquarum mercium adductio præcipuè apud nos, vt patet *l.* 31. 49. 52. 53. 55. 59. 60. 61. 62. 63. & 64. *tit.* 18. *lib.* 8. de quo Azeued. *ad d. l.* 31. Bobadill. *lib.* 4. *Polit. cap.* 5. *num.* 20. Valenz. *conſ.* 39. *ex num.* 2.

36 Magnopere inſudarunt DD. in hac quæſtione extractionis, vt quærerent quando locus ſit pœnæ legis ad condemnationé extractionis, an conſummata extractio eſſe debeat, an vero ſufficiat præſumptio, vt ex *l. non quia*, C. *quæ res vend. non poſſunt*, & ibi DD. & *in l. qui fiſcales*, C. *de nauicul. lib.* 11. Rom. *conſ.* 406. Guid Pap. *Sing.* 534. Borrel. *de mag. edict. lib.* 3. *cap.* 14. *ex num.* 40. *cum ſeqq.* Muſcatel *in praxi tit. de extract. num.* 16. & 17. Crauet. *conſ.* 115. *num.* 5. Tuſch. *lit. D. concl.* 26 *num.* 4. Maſcard. *de Probat. concl.* 994. 473. 815. & 834. Iul. Clar. § *fin. q.* 28. *num.* 40. Bertaz. *conſ.* 169. *num.* 8. Menoch *lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 103. Ludouic. Peruſ. *deciſ.* 80. Marcabr. *conſ.* 18. *num.* 183. Menoch. *de arbitr. caſ.* 360. *num.* 97. Giurb. *conſ.* 16. *ex num.* 15. cum ſeqq. Cened. *Canonic. q.* 33. *num.* 28. Roſent. *de feud. cap.* 5. *ex concl.* 36. cum ſeqq. Mauſonio *de contrauand.* D. Ioann. de Solorzan. *de Gubern. Indiar. lib.* 4. *cap. vnic. num.* 73. qui his omiſsis adducit Grammat. Coller. Harman. Roland. Camil. Borrel. Pich. Decian. Muta Ignat. Villar. Quintil. Herod. Paz, Alfar. Auend. Collant. Gracian. Surd. & Palac. Rub. Lucar. & Langl. quem vide Bobad. *lib.* 4. *Polit. cap.* 5. *ex num.* 15. Mexia *in pragm. tax pan. concl.* 1. *ex num.* 31. latè Boer. *deciſ.* 178. Valenz. *conſ.* 52. *ex n.* 33. *cum ſeqq.* De quo Deo auſpice agemus ad interpretationem, & declarationem *l.* 60. *tit.* 18. *li.* 6

Nunc vero videndum eſt quid iure 37
noſtro expreſſum habeamus ad hoc, vt adductor mercium prohibitarum pœnas immiſsionis incurrat. In quo videtur, dicendum abſolutè merces prohibitas in Regno adductas vbicumque inuentas, amiſſas eſſe, non interuenientе qualitate, ad introductionem requiſita per conſtitutionem tituli 22. 23. & *ſeqq. lib.* 9. *Recopil. l.* 8. & 9. *tit.* 24. *eodem lib.* vbi latè exponitur diſpoſitio ſeruanda ad introductionem mercium exterarum.

Sane lectis attente legibus 31. 32. 52. 53. 54. 55. 60. & *ſeqq. titul.* 18. *lib.* 6. *Recopil.* quamuis prohibita eſt mercium introductio, vbi inueniendæ ad pœnæ ſubeundam haud diſponunt. Quare ad commune ius recurrendum erat conſtitutum per *ll. tit.* 22. & *ſequentib. lib.* 9. vbi conſtituitur forma ad introductionem mercium.

Per *l. euectiones* 3. C. *de curſu publico. lib.* 12. dicendum videbatur, merces prohibitas in Regno introductas abſque ſolemnitate requiſita per leges vbicumque inuentas eſſe amiſſas, ſeu in incommiſſum incidiſſe, vt argumento deducitur Plat. & Rebuff. ad illam l.

Luc. tamen de Pen. *ante num.* 1. abuſum cuſtodum portuum damnat rapiētium iura extra limites Regni damna ac incommoda afferentium mercatoribus ratione commiſſorum tranſactis limitibus ad mercium deſcriptionem conſtitutis. Ad quod vitandum lata fuit noſtræ legis conſtitutio, ex qua cautum eſt, vt tunc locus ſit pœnæ commiſſæ

ob intruſsionē mercium prohibitarum dum in ipſo portu capiuntur, poſt verò a commiſſo liberi ſint, ac immunes, vt patet ibi. *Y por lo que deſſeo dexar libre el comercio de todas las maneras: Ordeno, y mando, que auiendo paſſado las mercaderias que ſe traen à eſtos Reynos, de los Puertos y Aduanas de ellos no ſe pueda hazer, ni haga cauſa de denunciacion, ni viſita, por ningun Iuez, ni Iuſticia, ni por el Almirantazgo, ni ſus miniſtros, aunque ſe diga, y pretenda que las mercaderias ſon de contrauando, y de las que eſtàn prohibidas en el comercio en eſtos Reynos, pues à la entrada de ellos en los Puertos, y Aduanas podràn hazer las viſitas y diligencias neceſſarias para preuenir que no entren las mercaderias que fueren de contrauando, y las otras cuyo comercio eſtuuiere prohibido.*

Quæ ſententia ob ſecuritatem mercium, & ne pateat via fraudibus cuſtodum defenditur, ex *l. nemo* 1. *C. de Prætor. & honor. Prætur. lib.* 12. & alijs à Valenzuel. *conſ.* 52. *num.* 45.

Ratio verò huius conſtitutionis ex eo deducitur, quod cum adductionis mercium prohibitio iure poſitiuo conſtituta ſit; contrarium vero conforme ſit iure naturali, cum ex eo omnibus commertia ſint libera, vt ex *l. mercatores, C. de commercijs, l. pen.* & ibi Scrib. *de pactis*, & notat D. Ioann. de Solorz. *de Indiar. iure lib.* 2. *cap.* 20. *ex n.* 34. *cum ſeqq. & cap.* 25. *ex n.* 38. Ideo dicendum eſt iuſte cautum à noſtris Regibus, vt tunc in commiſſum merces incidant cū in portu inueniuntur, tráſacto vero límite, ſeu portu à Rege prę finito liberas remanere, vt patet ex noſtro textu.

L. 1. Tit. 14. Lib. 3.

SIendo la principal ſubſtancia de eſtos Reynos, y de nueſtros ſubditos, y vaſſallos, la criança, y cõſeruacion del ganado, aſsi por lo que mira al conſumo de las carnes, como por lo que toca al de las lanas, fabrica de paños, extraccion, y trafico de ellas à otros Reynos, y Prouincias, en que ſon tán intereſados nueſtros vaſſallos, y nueſtro Patrimonio Real: Los Reyes nueſtros progenitores, de glorioſa memoria, en todos tiempos han publicado diferentes Leyes, y dado muchos Priuilegios à la Cabaña Real deſtos Reynos, diſponiendo por eſte medio la conſeruacion, y aumento de la criança del ganado, de que tambien depende la labrança, y Nos emos continuado el miſmo intento, y para mejor cumplimiento, y execucion de todo lo que en eſtà materia eſtà prohibido: Ordenamos, y mandamos lo ſiguiente.

SVMMARIVM.

1 *Adami lapſum hominem fecit neceſſitatis expertum, ex quo collere terram cepit.*
2 *Abel, & Caim agreſtem, & paſtoritiam vitam egerunt.*
3 *Agricultores in republica ſunt neceſſarij.*
4 *Ouium cura neceſſaria etiam in republica cognitum ante diluuium; ideo magno habita antiquitas, num. 12.*
5 *Et poſt cataclyſmum, vt exemplis Sacræ Scripturæ comprobatur.*
6 *Pecuaria res ſuma apud antiquos.*
7 *Iob opus ouium, Camelorumque gregibus conſtabant.*
8 *Ozias multa pecora habuit.*
9 *Ouium cura à Politicis Principibus commendatur.*
10 *Oues aurea vellera habere dixerunt antiqui, cauſa magnæ vtilitatis obuenientes ex illis.*
11 *Aureum vellus habere oues quare dictum.*
13 *Ouium tutela Principum poteſtate commendata.*
14 La Cabaña Real eſta debaxo del amparo del Rey.
15 Y Para eſto ſe nombraron los Alcaldes entregadores.
16 *Et apud Neapolitanos certis Iudicibus hæc cura fuit commiſſa.*
17 *Ouium cura à Romanis fuit commendata Magiſtro Sepinatium Bobianorum, Magiſtro Pecoris, & Saltuario, & 20.*

18 *Magiſter Pecoris, an ſeruus, an liber fuiſſet.*

19 *Saltus quid ſit.*

21 Los Alcaldes entregadores deben cuydar de los paſtos comunes, y caminos, paſſos, y abreuaderos, &c.

22 *Armenta Solis à Nimphis, & Principibus paſcebantur.*

23 *Hiſpaniæ opes quã magnæ ſunt præcipuè pro venientes ex cauſa ouium ac armentorum.*

24 *Elyſei campi apud Hiſpaniam erãt:*

25 *Hercules in Hiſpaniam venit greges Geronis quærens.*

26 *Hiſpaniarum diuitiæ magnæ prouenientes ex gregibus, terræque pinguedine.*

27 Ganaderos de Eſpaña *reguli vocantur a Renat. Chopin.*

28 *Lana Hiſpaniarum laudata a Marciale.*

29 La Cabaña Real de la Meſta *fuit conſtituta ad conſeruationem pecuariæ rei.*

30 *Doctores ſcribentes ad titulum* 14. lib. 3. *referuntur.*

1 VArie ſe habuerunt Reipublicæ circa administrationem ſui, circaque conquiſitionem rerum conferentium ſuis neceſſitatibus ſubleuamẽ, Adami lapſum neceſsitatis expertum fecit hominem, ex quo ad ſui tutelam terram colore docuit neceſsitas, & Imperium diuinum, vt Geneſ. *cap.* 3. ibi: *In laboribus comedis*, & Virgil. *georgic. lib.* 1. *Pater ipſe colendi.*

Haud facilem eſſe viam voluit, primuſque per artem,

Mouit agros, curis acuens mortalia corda,

Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.

Inſtinctuſque naturalis.

2 Quare patet, duos filios primi parentis neceſſariſsimas in mundo operationes ſucceſſoribus demonſtraſſe. Cain cultor agrorum fuit, Abel paſtor ouiũ; 3 ex quo bene conſtituta reſpublica agricultores habere indiget, vt comprobant Ariſtot. *lib.* 7. *Politic. cap.* 8. *lib.* 1. *Econom. cap.* 2. Cicer. *lib.* 1. *offic.* quia naturalius nihil eſſe notat. *Polit. cap.* 10. De quo videndus eſt Adam Contz *lib.* 8. *Polit. cap.* 10. Franc. Patric. *de inſtit. Reipub. lib.* 1. *tit.* 7. Petr. Gregor. *lib.* 4. *de Repub. cap.* 8. His omiſsis de hac re videndi Math. Lopez Brab. *de reg. ratione lib.* 3. Nauarr. *diſc. pol. diſc.* 39. Caliſto Ramir. *de lege Regia, §.* 14. Collantes *pragm. de los labradores lib.* 1. *cap.* 1. D. Ioann. de Solorz. *de gubern. Ind. lib.* 1. *cap.* 7. penè per totum præcipuè *n.* 8. adde Ioan. Ant. Nigr. *ad cap. Regni Neapol. cap.* 2. Marc. Anton. Surg. *Neapol. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 17. *& ſeqq.* Guilielm. Hamner. *in geneſ. fol.* 50. & 51. de quo Deo auſpice ad *ll.* 28. *titul.* 21. *lib.* 4. latius cum de hac materia peculiares ſint.

Iabel filium Lamec, ex Sacro Tex- 4 tu patet Paſtoriciam egiſſe vitam, ouiũ que habuiſſe curam, de qua vtilitate plura cumulat ex Ariſtot. *lib.* 6. *Politic. cap.* 4. *& lib.* 7. *cap.* 10. Valer. Maxim. *lib.* 3. *cap.* 4. D. Iſidor. *lib.* 17. *Etymolog. cap.* 2. Alexand. ab Alexand. *lib.* 4. *dier. gen. cap.* 15. Lelio Eicol. *lib.* 3. *hor. ſuc. cap.* 6. Colum. *lib.* 6. *de re ruſtic.* Caliſt. Ramir. *leg. Reg. §.* 14. Pancirol. *var. lection. pagin.* 365. & 324. Petr. Gregor. *lib.* 18. *Syntagm. cap.* 22. D. Ioann. de Solorzan. *lib.* 1. *de Gubern. Indiar. cap.* 9. qui refert plura, quæ ad iuriſprudentię & bonarum litterarum ſtudium conducunt, quare mihi laudabile cenſui ſi valeam aliquid ab eo, vt credo, cura omiſſum notare. Proſper. Randel. de *Paſc. p.* 1. *cap.* 1.

Sicuti primo ſæculi ortu pecuariam 5 rem neceſſariam ad humanum vſum neceſsitas demonſtrauit, in Abel, & Iabel: poſt cataclismum, & ipſa neceſsitas illam edocuit Audi Geneſ. *cap.* 13. Abraham dicentem fratri ſuo Loth. *Ne quæſo ſit Iurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus, &c.*

Au-

Audi Labam,& Iacob,etiamque Rachel greges paſcentes, ad aquamque appellantes Geneſ.c.29.Vide Patriarchas Iacob filios,oues, ac greges paſcentes Geneſ.*cap.*37.Nota ipſos Pharao dicentes agere paſtoritiam vitam, Geneſ.47. Nota Moyſen ſoceri Ietro peſcentem greges,Exod.*cap.*3.Dauidē vide ouium agere curam 1.*Reg.cap.*16

6 Vnde enim,ni ex eo quod ſumma fuiſſet apud antiquos pecuaria res, vt denotat Achiles apud Homerū ſe à Troiano bello recuſans.

Nuſquam etenim vel equos mihi ſub duxere,voues ve
Nec Phthies inquam,ſegetumque vinum feracis,
Sunt populati agros.

Sancta Scriptura nobis refert Iob opes,ſed conſtabant non auro,non argēto,ſed ouium, Camelorumque gregibus Iob,*cap.*1. de quo videndus Guillielm. Hamn.*in Geneſ.fol.*56.

Audi Ioſiæ Chananiæ, & Eccechiæ in numeras opes laudatas, 2.*Paralip.* 31. *Habebat quippe greges ouium,& armentorum innumerabiles,&c.*

8 De Ozia Rege refert,2.*Paralipom. cap.*26.*Extruxit etiam turres in ſolitudine,effodit ciſternas plurimas,eo quod haberet multa pecora,tam in campeſtribus,quā in Eremi vaſtitate.*

9 Ex his principijs, & ratione vtilitatis publicæ a politicis ſcriptoribus cōmendata fuit Principibus ouium cura, ac Armentorum,vt notat D.Ioann.de Solorzan.*d.cap.*9.*lib.*1.cui add.Franc. Patric.*de inſtit.Reip.lib.*5.*tit.*9. Adam Contz.*lib.*8.*polit.cap.*10.§2.&4.Guilielm.Hamn.in Geneſ.*fol.*59. cum neceſſaria ad vitæ vtilitatem cenſeatur Iudic,*cap.*6. *Nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Iſraeli, nō oues, non voues,non aſsinos.* Arias Montan.*de var.reſpub.ad d.cap.*6.*Iudic.* Petr. Gregor.*lib.*4.*de rep. cap.*8.*num.*3.*&ſeqq.* Otero *in proœmio de paſcuis* his omiſsis plura ad hanc vtilitatem attinentia refert.

10 Ex quo credit Franc. Patric.*d.lib.*5. *tit.*9. ab antiquis ratione magnæ vtilitatis ex ouibus obuenientis dictū fuiſſe aurea vellera habere,ibi: *Atque propter pecudum charitatē aureas habuiſſe pelles Poetæ eas tradiderunt in Cholchide:* Nam fabulantium commentū eſt,quod 11
de aureo vellere dixerunt Poetæ, vt Apolon.*lib.*2.*argoniſt.*

Vt tutelam pridem veſtras per venit ad aures
Phrigus, & AEtæ Regnum,& media adiuit.
Hunc aries venit, quem mox Celleni us aureum fecit.

Et Marcus Manilius *lib.*4.*Aſtronomic.*

teſtis ibi laniger ipſe
Cum vitrium findens auro te vellere pontem
Orbatumque ſua Phrixum perfecta Sorore,
Phaſides ad ripas,& Cholchida regna reuexit.

Nam vellus aureum vel pro conſilio ſapientis hominis acceptum,vel pro diuitijs quibus Colchos afluebat fuit vt latè Natal.Comeſ.*lib.*5.*Mytholog.cap.* 8.&9.

Sed omiſſaque deuellere aureo fabu- 12
lati ſunt Scriptores,notandum eſt,magnam fuiſſe apud antiquos curam ouiū, tam ex Virg.*lib.*3.*Georgic.* Plin. *lib.*8. Beyerlinch.*Theatr. vit.Human. lit.L. verbo onium,fol.*250.

Quam ex Epiſtol.Coſm.Aug. com- 13
memorat Marinus Frech. *de ſub feud. lib.*2.*authorit.*46.ad finem his verbis, *Vt deſinant iniuriarum conductoribus gregum ouiaricorum,qui ſunt ſub cura mea facti, vt benefitio veſtro ratio Fiſci indemnis ſit.* Meminit Guther. *de offic. dom. Aug.lib.*3.*cap.*28.Proſper. Randel. *de Paſc.*3.*p.de defeſ.&paſc.vniu.cap.*9.*fol.* 206.tenet apud Neapolitanos Greges illorumque cuſtodes degere ſub cuſtodia Regiæ Ditionis Moleſ.*deciſ. Neap. q.*21.*de Dohan.Manepec.*

Quæ cura commendata fuit æquali- 14
ter, ijsdemque verbis à Regibus noſtris,*en las leyes de la Meſta priuileg.*20. *Otroſi vimos otra carta de priuilegio del dicho Rey Don Alonſo, dada en Villa Real à diez y ſiete dias de Enero era de mil y*

trecientos y ochenta y cinco, por la qual tomaua y tomò à todos los ganados assi vacas, como yeguas, potros, y potrancas, puercos, y puercas, ouejas, y carneros, cabras, y cabrones del su Señorio, en nuestra guarda, encomienda y defendimiento, assi que fuessen su Cabaña, &c. L. 11. tit. 27. lib. 9. Saluo que todos los ganados de mis Reynos sean de mi Cabaña, y anden saluos y seguros, y en mi guarda, y defendimiento, y en mi encomienda, por las partes de mis Reynos.

15 Ad defensionem gregum, ac tuitionem præter Regiam iurisdictionem constituti fuere nostri Iudices, quos diximus, *Alcaldes mayores entregadores, vt patet in l. 2. c. 1. hoc tit. Que los dichos Alcaldes entregadores anden por las Prouincias, y Cañadas, por donde van, y vienen los ganados de las Sierras a los Estremos, y de los Estremos, à las Sierras, assi de passò, como de assiento, para que cumpliendo con el principal instituto de sus oficios amparen y defiendan los dichos ganados, para que puedan andar seguros, sin que les quebranten sus priuilegios.*

16 Quod apud Neapolitanos ad certos Iudices pertinere notat Frechia *dicta Authoritate 46.* De quo videndus Prosper. Randel. *de Reg. Pasc. cap. 18. p. 1. fol. 43.* Moles *decis. Neapol. q. 21. de dohan. Manepecud. in princ. & §. 6.* Ponte *de potest. Proreg. tit. 4. de reg. impos. §. 8. ex num. 46.*

17 Apud Romanos hæc cura commissa erat Magistro Sepinatium Bobianorum, qui & Magister Pecoris, & Saltuarius dicebatur, de quo Virgil. 7. *Eneid.*

Cui Regia parent
Armenta, & late custodia credita
Campi

18 Sed quamuis dicant ex Ciceron. 2. *in Verrem.* Magistrum pecoris seruum esse, & Saltuarium, vt ex iure. C. *in l. quæsitum, §. Saltuarium, l. si ita testamento, §. mulier, de fund. instr. l. cum quæreretur, §. prædijs deleg. 3.* Guid. Pancirol. *var. lib. 2. cap. 111.* Prosper. Randel. *de Pasc. 3. p. de defens. & Pasc. vniuers. c. 6. fol. 180.* ex quo Magistrum pecoris, nec Saltuarium dicere possumus, *à los Alcaldes Entregadores.*

Fatendum tamen est, Saltuarium in dictis legibus accipi pro seruo constituto ad custodiam certi prædij; sed ad custodiam generalem limitum creabantur Saltuarij, vt idem Pancirol. *eod. lib. 2. cap. 256.*

Nam saltus nec tantum profundo 19
particulari accipitur, sed pro vniuersa hæreditate, termino, ac etiam Regno vt denotat Catullus.

Mëtula habet nostra triginta iugera prati
Quadraginta arui, cætera sût mariâ,
Cur non diuitijs Cresum superare potis sit
Vno qui saltu tot bona possideat.

Et sic Liuius *lib. 36.* Saltus Piræneus dixit, vt montes Piræneos significaret, de quo Adrian. Turneb. *lib. 3. aduers. cap. 22. & lib. 16. cap. 9.*

Quare sustinenda videtur notitia Gu 20
therij *d. lib. 3. cap. 28.* ad hoc, vt Regiũ officium creatum sit ad custodiam pecorum, ac Saltuum, quod Magistrum pecoris dicamus, quo conuenit Epist. Cosm. Imper. tradita á Frech. *d. lib. 2. Authoritate 46. ad finem.*

Ne dedignentur, *los Alcaldes Entrega* 21
dores, vt eis commendetur cura gregũ, ac conseruatio limitum, *de las Cañadas, y pastos comunes*, cum hæc sit sua præcipua functio vt *in l. 4. c. 24.* sicuti ad id creatus fuit Dohanarius apud Neapolitanos Moles *decis. Reg. Camer. Neap. q. 21. de dohan. manepecud. fol. 191.* & Caballarij qui curam ipsorum gregum agerent, Ponte *de Potest. Proreg. tit. 4. de Reg. Impos. §. 8. ex num. 53.*

Quod sic habitum apud antiquos fuit, vt cum fabulati essent Isolem eiũ greges habuisse, armentaque, illorum conseruatio, ac tutela cõmissa fuit Nimphis Principibus vt Homer. *in Odis.*

Insula Trinacria est quo perueniens, vbi Solis.
Per multa pascentur oues, armenta boumque.
Balantumque greges sunt septem, armenta boum tot.
Quinquaginta tenent, nam singu-

la

la, naſcitur ex his

Nil, nec obÿt: Paſcuntq; Deæ prę-pinguibus herbis

Formoſæ Nimphæ, Phaetuſaq; Lampetieque

Quas Hiperionidæ peperit diuina Nęra.

Meminit Proſper. Rendol. *de paſcuis p. 1. cap. 1.*

22 Hæc ouium cura gregumque quamuis apud cæteras nationes magna ſit, apud nos præcipua eſſe debet cum vt ex l. noſtra præcipuæ huius Regni diuitiæ ingregibus ouium, armentorumque cæterorum animalium conſiſtat, ibi: *Siendo la principal ſubſtancia de eſtos Reynos, y de nueſtros ſubditos, y vaſſallos la criança, y conſeruacion del ganado aſsi por lo que mira al conſumo de las carnes, como por lo que toca a las lanas.* Laudat Volateran. lib. 2. Geograph. Hiſpanas opes, his verbis. *Strabo tantæ eam fecunditatis dicit, vt pecudes pabuli copia ſit neceſſe ex creatione ſanguinis purgari: Cuius rei gratia ea finguntur quæ de Gerionis armentis dicuntur.* Marin. Sic. *de rebus Hiſp. lib. 1.* Pater Marian. Hiſtor. *Hiſp. lib. 1. capit. 1.* Solin. *Poleſter. cap. 25.* Iuſtin. *ad Trog. lib vlt.* Latin. Pacato *in panegiric.* Claudius *de Tertio. Cõſul.* Plin. *lib. 3. cap. 33.* Iordan. *de origine gent. Gotor.* Apian. Alex. *lib. 2. cap. 22.* Lucio Flor. *lib. 2.* Archiepiſc. Tolet. *1. p Hiſt. Hiſp. c. 1. 3. & 4.* Baſeo *in Cron. Hiſp. cap. 9.* Zamal *lib. 1.* Caſan. *cath. glor. mund p. 12. conſ. 17.* Ambroſ. Mor. *deſcript. Hiſpaniæ tom. 2.* D. Ioann. de Solorzan. *de Gubern. Indiar. lib. 1. cap. 7. num. 1.* Renat. Chop. *de priuileg. Ruſtic. lib. 2. cap. 1. num. 5.*

24 Ex quo Elyſeos Campos apud Hiſpaniam eſſe demonſtrauit Homerus propter fecunditatem Hiſpaniæ Prouintiæ.

Elyſeum in campum cæleſtia numina ducunt

Quem Radamantus habet, qua vita facilima multo

Ducitur. Haud operit Campos niue Iupiter iſtos

Hibernũ tempus neq; multo prorogat anno

Nulli imbres; ſpirat ſemper grata aura Faboni

Miſſaque ab Occeano nimios demitigat æſtus.

Quo ſenſu conueniunt Ludou. Viu. *anot. ad D. Auguſt. lib. 20. de ciuit. Dei c. 27.* Carol. Steph. *Verbo Elyſei Campi,* Celſo Rodig. & Ioann. Pente traditi à D. D. Ioann. de Solorz. *de Iur. Ind. lib. 1. cap. 11. num. 65.* Nauarret. *diſc. polit. 21.*

Sed quamuis plura dicere poſſemus de Hiſp. diuitijs ad noſtram l. deuenien- 25
dum eſt, alijs omiſsis, & dicendum tanto habitas ſemper fuiſſe opes gregum, ac armentorum apud Hiſpanos, vt eorum conquirendorum cauſa Herculem ad Hiſpanias veniſſe notant ſcriptores greges Gerionis quærentem, qui Paſtor Thartesius dicebatur vt Senec. *in Hercul. fur. act. 2.*

Paſtor triformis litoris Thartesij.

Natal Comeſ. *Mythol. lib. 8. cap. 1.*

Sed relictis fabuloſis narrationibus 26
notandum eſt, ſummam fuiſſe opum afluentiam, ſeu magnas diuitias Hiſpaniarum expinguidine terræ, exque gregibus, ac armentis; Claud.

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris

Vox humana valet? Primo lauat aquore ſolem

India: tu feſſos ex acta luce iugales

Proluis, inque tuo reſpirant ſydera fluctu

Diues equis, frugum parens, pratioſa metalis.

Et Latinus Pacat. ex tollens Hiſpanicam fecunditatem ſic fatur *in Panig. Nam primum ibi mater Hiſpania eſt, terris omnibus terra felicior, cui excolendæ atque adeo ditandæ impenſius, quam cæteris gentibus ſupremus ille rerum fabricator indulſit,* & poſtea: *Adde tot egregias Ciuitates, adde culta, in cultaq; omnia, vel fructib' plena, vel gregibus,* & poſtea: *Sint (vt ſcribitur) Gargara pro vẽtu Læta tritici: Meuiana memoretur armento. Campania cenſeatur monte Gaurano. Lydia prædicetur amne Pactolo: dum Hiſpaniæ vni quidquid laudatur aſſurgat.*

Eleganter Hiſpanam Regionem de-

deſcribens Iuſt. *lib.* 44. illius opes refert communes cæteris Prouincijs Europæ, vt noſtra lex, *In omnia frugum genera fecunda eſt adeò, vt non ipſis tantum incolis, verum etiam Italiæ vrbi quæ Romanæ cunctarum rerum adundantia ſufficiat. Hinc enim nõ frumenti tantum magna copia eſt, verum & vini, melis, oleique, nec ferri ſolum materia præcipua eſt, ſed equorum pernicies greges, &c.*

27 Renat. Chop. *de ruſt. priuileg. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. Regulos appellabit ob diuitiarum affluentiam Hiſpanos, quos communiter dicimus *Ganaderos.*

28 Et Martial. Hiſpanam lanam laudans, ſic ſcribit *lib.* 8. *Epigr.* 28.

Dic toga fecundi gratum mihi munus amici;
Eſſe velis cuius fama decuſque gregis,
Appula lædæi tibi floruit herba Palanthi
Quæ ſaturat Calabris culta geloſus aquis,
An Thartheſiacus ſtabuli nuſtritor Iberi
Betis in Heſperia, te quoque lauit aqua

Quem ſequitur ex ipſo Marciali ibi.

Betis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea, qui nitidis vellera tingis aquis.

Quare cum hæc pecudum, ouium, 29
boum, equorũ vtilitas magna ſit apud nos ad conſeruationem pecuariæ rei conſtituta fuit *la Cabaña Real*, de qua à tempore Regis Ildefonſi mentio eſt, vt patet *in priuilegio Regis*, 2. *die Septembris Era M. CCCXI. priuilegio* 1. *de la Meſta fol. m.* 49. de quo in hoc tit. noſtræ Recopilationis.

De qua materia ſcripſerunt Ioan. Gutierr. *conſ.* 21. Azeued. *hoc tit.* Hermoſ. *l.* 14. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 2. *ex n.* 70. Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 6. *per tot.* Doctiſsimus D. Capic. Galeot. *contr. lib.* 1. *contr.* 23. *per totam.* Proſper. Randel. *de Paſcuis*, Moles *deciſ. Reg. Gamer. Neap. q.* 21. *de Dohan. Manepecud. fol.* 185. *B.* Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de reg. Impoſ. §.* 8. *ex num.* 46. *cum ſeqq.* Sed cum mei inſtituti ſit ſcribere tantum ad ll. nouiſsimè Recopilatas, Deo auſpice, in id quod nouiter additum eſt à noſtro magno Philippo in hac l. ſcribere ſenſui, ideo incipiendum eſt *ex cap.* 5. cum parum, ſeu nihil ad caſum, ſeu practicam *in alio cap.* notata conducant.



L. 1. Cap. 5. Tit. 14. Lib. 3.

TOs del Nueſtro Conſejo que fueren à preſidir al Concejo de la Meſta, han de tener particular cuydado en que los Alcaldes entregadores no cõſientan à los Eſcriuanos de ſus Audiencias mas oficiales de los que ſe les permiten en ſu comiſsion: Y que los que aſsi fueren con los dichos entregadores, y ſus miniſtros, no puedan vſar oficios de Procuradores, ni otro alguno: Y ſi lo contrario hizieren, los dichos Alcaldes entregadores los embien preſos al Preſidente, para que ſean caſtigados; y para ello tendrà, y le damos la juriſdiccion neceſſaria, dentro y fuera deſta Corte, y tambien la ha de tener para la cobrança de los marauedis tocantes al dicho Concejo, y Reſultas, eſtando reſiſtidas por las Iuſticias ordinarias, en la forma que ſe ordena en la comiſsion de los dichos entregadores: y juntamente para dar comiſsiones, conocer, y ſentenciar cauſas de reuentas, guardando el capitulo ſiguiente. Y la miſma juriſdicion ha de tener para dar mandamientos, para que los Alcaldes de quadrilla vſen en virtud de ſu eleccion, y en el interin que ſe junta el Concejo, y para que las Iuſticias les dexen vſar: y incitatiuas, para que procedan conforme à ſu carta de Alcaldia, y compulſorios de las cauſas, con remiſsion al Concejo de la Meſta.

SAtis notum eſt apud nos conſtitutum fuiſſe vt vnus de ſupremis Conſiliarijs Conſilij ſupremi Præfectus ſit, *ò Preſidente del Concejo de la Meſta*, vt conſtituitur in hac l. cap. 3. *No ſe ha de poder hazer ninguno de eſtos Concejos, ni junta alguna de ellos, ſin aſsiſtencia de vno de nueſtro Conſejo, el qual a de ir à preſidir en ellos, por ſu turno, y antiguedad.*

Eadem conſtituta inueniens apud Neapolitanos, vbi conſtitutum eſt Tribunal Regiæ Dohanæ Manepecudum, in quo Præſes eſt vnus de Præſidentibus Regiæ Cameræ alternis annis Mut. Surgenſ. in addit. ad Marc. Ant. Surg. *Neapol. illuſtr. fol. 422. verſ. eſſet præterea*, Randel. *de Paſc. p. 1. de Reg. paſc. cap. 14. fol. 32.* Ponte *de Poteſt. pro reg. tit. 4. de reg. impoſ. §. 8. num. 57.*

Ex quo recte conſtituitur in noſtra lege quod cura bonæ gubernationis pertineat, *à los del Conſejo que fueren a preſidir*, cum vere ſecundum Randel.

apud

apud Neapolitanos omnis poteſtas ac iuriſdictio penes Regium Dohanariũ ſit, *d. cap.* 14.

Et Ponte *d. §.* 8. notat ſub poteſtate huius Regij Dohanarij eſſe Caballarios, quos credo aſsimilandos eſſe *a los Alcaldes entregadores*, cum cura Dohanę ac conſeruatio paſcuorum ad eos pertineat *num.* 53 Randel. *d. cap.* 14. Moles *deciſ. Neapol. q.* 21. *de Dohan. Manepecud.*

Sed medius dicendos eſſe credo *los Alcaldes entregadores*; Regios commiſſarios ſolitos mitti à Regio Dohanario Manepecudum Apuliæ ad tuitionem gregum, paſtorum, diuiſioneque terrarum, vt Frech. notat *de ſubfeud. author.* 46 *num.* 15. Randel. *d. cap.* 14. *fol.* 31. *verſ. & vltra.*

Ex quibus notandum venit legitime cõſtitutum; *Que el preſidente de la Meſta*, cognitionem habeat, ac iuriſdictionem inter omnes fratres Meſtæ, ac in cauſis concernentibus conſeruationem *de la Cabaña R al*, quam & etiam omnimodam tam in cauſa ciuili, quam in criminali inter ſubiectos Regio Dohanario apud Neapolitanos teſtatur latè Ponte, *d. tract.* 4. *§.* 8. *ex num.* 46. *&* 48.

Taliter quod Randel. *d p.* 1 *cap.* 14. ex Andr. de Georg. allegat. 14. tenet ad Tribunal Regiæ Dohanæ pertinere cognitionem inter fiſcum cęteroſq; priuatos, ac vniuerſitates, in hisque ad Regiam Dohanam, illiuſque iuribus pertinent.

Et ſicuti in cap. 7. huius noſtræ legis omnium caularum appellatio admittitur tãtum ad ſupremum Conſiliũ, pariter conceditur ad Regium Tribunal apud Neapolitanos, Randel. *d. cap.* 14. *verſ. quia vero, & verſ. cuius*, Moles *d. deciſ. Neapol. q.* 21.

Sed nunc, an iuriſdictio conceſſa *al Preſidente de la Meſta*, priuatiua, aut cumulatiua ſit cẽſenda, vel an à fratribus Meſtę renuntiari valeat. Vide quę dixi mus *ad l.* 2. *tit.* 13. *hoc lib.* 3. *pene per tot.*

L. 1. Cap. 6.

NVestra intencion, y voluntad es, que ninguno que no tenga ganado, no arriende, ni pueda arrendar yerbas, ni pastos algunos, pena de perdimiento de la mitad de sus bienes, y no teniendo bienes de cien azotes: Y que el arrendamiento no valga: y que el que tuuiere ganados pueda arrendar los pastos que huuiere menester, hasta la cantidad del ganado que tuuiere suyo proprio, y vn tercio mas: y si el dicho tercio le sobrare, no lo ha de poder repassar à quien no tenga ganado: y repassandole à quien le tuuiere, ha de ser por el mismo precio que le costare, lo qual se ha de entender quedándole ganado proprio para pastar las otras dos partes de la dehesa, ò pastos que tuuiere arrendados, pena de pagar con el doblo lo que importare el exceſſo, en que desde luego le condenamos, y de perdimiento del ganado: Y las condenaciones que en razon de lo susodicho se hizieren, queremos se diuidan en tres partes, vna para nuestra Camara, y las otras dos, para el denunciador, y Concejo de la Mesta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Locatori antiquo, an cõferatur prælatio in noua locatione prædij.*
2 *Locatio, vt certis tantum personis fiat mero iure constitui non potest, secus de æquitate, & ratione beni publici.*
3 *Vicini in locatione pascuorum exteris præferendi sunt.*
4 *Venditor compelli non potest vendere, cum in contractu venditionis voluntas necessaria sit.*
5 *Venditor quo casu compelli potest, vt certis personis vendat.*
6 *Qualiter agnato.*
7 *Aut Socio,*
8 *Aut domino fundi fructus illius.*
9 *Locator cogendus non est locare prædia inuitus.*
10 *Quod in locatione pascuorum limitatur ratione publicæ vtilitatis, 11. & 21.*
12 *Sal vendere particulares, non est licitum.*
13 *L. 1. C. de metal. lib. 11. refertur, constituens vt metala tantum fisco vendantur causa publicæ vtilitatis, & 17.*
14 *L. curiales 30. C. Locati.*
15 *L. 1. C. non licere habitorib. Metro com. lib. 11. exponitur.*

16 *Et l. quoties, C. de agr. & manc. dom. lib.* 11.

18 *L. nulli, C. de fund. Patr. lib.* 11.

19 *Pascua possunt in pascuis publicis certo tempore statuto prohiberi.*

20 *Bobicibus datur prælatio in emptione bombicis.*

21 *Locator an maiori pretio suæ locationis rem locatam relocare valeat.*

22 *Potest ius sibi competens in locatione alteri cedere.*

23 *Propoli an res vendere valeant plusquam legitimo pretio.*

24 *Dardanariorum prohibitio in pascuis, ac illorum locatione locum habet.*

25 *Dardanarij à Republica summouendi boni publici causa, & num.* 28 *qui fuerunt reiecti a Republica Romanorum.*

26 *Dardanariorum pœna extraordinaria est.*

27 *Revenditores incidunt in pœnas l. Iuliæ, de annona.*

29 *Et tenentur de crimine stellionatus.*

30 *Dardanarij Propoli vocantur, & qui sint num.* 33.

31 *Propoli qui dicantur.*

32 *Dardanariorum crimen in quo versetur.*

34 *Monopolia perniciosa sunt in Republica, ideo summouenda sunt ab ea.*

1 SAtis inter DD. controuersũ est, an prælatio locatori conteratur antiquo in noua locatione prædij, ex textu in *l. necui, C. locat. l.* 18. *tit.* 8 *p.* 5. *& in l. corgruit, C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. de quo in dd. ll. scriptores, Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 5. Corrac. *de locato p.* 3. Afflict. *decis.* 238. Fab. de Ann. *cons.* 77. *vol.* 1. Ioan. Frác. Ponte, *cons.* 23. *vol.* 1. Carthar. *decis.* 77 Monter. *decis.* 47. Barbos. *l. si alienã* 12. *num.* 33. *solut. matr.* Aluar. Valasc. *cõs.* 157. Azor. *p.* 3. *inst. mor. lib.* 8. *cap.* 15. Molin. *de iust. & iur. disp.* 498. *num.* 3. Stephan. Grac. *disceptat. cap.* 357. Ceuall. *comm. q.* 756. *à num.* 61. Brito *de locato, p.* 1. *§* 4. *num.* 48. Augustin. Barb. *in l. necui, C. locati per totam*, & ne repetã, vide DD. adductos à D. Ioseph. Vela, *dissertat. ciuil.* 12. & 13. per tot. vbi latè de hac prælatione Nicol. Anton. Gizarel. *decis.* 5. *ex num.* 13. *cum seqq.* D. Valenz. *cons.* 75. *num.* 17. 18. & 19. Caualc. *decis.* 44. *num.* 36. *p.* 1. Paul. de Castr. *cons.* 1. *num.* 6. *p.* 1. Sarmient. *lib.* 3. *select. cap.* 7. *num.* 1. Garc. *de expensis, cap.* 14. *num.* 18. Pinel. *l.* 1. *C. de bon. matern.* 2. *p. num.* 72. *ampl.* 10. Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. q.* 17. *num.* 27.

Horum equidem Doctorum resolutio ad nostri textus explicationem nos adducit: nam absolutè fatentur in puncto vero iuris non posse dominos prædiorũ adstringi certis personis locare prædia, cum speciem seruitutis contineat: tamen ex æquitate, vel fauore, aut priuilegio aliquarum personarum permissum est, vt certis personis fiat locatio, veluti Scholaribus, vt *in cap.* 1. *de locato*, Anton. Gom. *d. numer.* 5. 2

Hæc cõclusio motiuum præbuit Doctoribus, vt dicerent in locatione pascuorũ iuris æquitate suadente præferé dos esse vicinos exteris, vt ex *l. venditor, §. si constit. comm. prædiorum* Abb. *c. dilecti, de arbitr. n.* 7. Afflict. *decis.* 290. *n.* 78. Paris. *cons* 27. *n.* 34. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 11. Auend. *cap.* 4. *num.* 27. Plot. *de in litem iur. §.* 49. *numer.* 27. Sese *decis.* 74. *num.* 27. *tom.* 1. 3

Nam licet regulariter in contractibus locationis, ac venditionis voluntas venditoris necessaria sit, nec valeat venditor cogi vendere, ex principio *l.* 69. *& 156. de reg. iur. l. dudum, C. de contrahend. empt.* Moz. *de contr. tract. de empt. & vendit. tit. de personis quæ possunt emer. num.* 3. Carroz. *decis.* 26. *num.* 4. Tiraq. *in præfat. retr. lign. num.* 22. Aug. Barbos. *in d. l. dudum. num.* 2. *C. de contr. empt.* Surd. *cons.* 205. *num.* 10. Barbos. *in l. diuortio, § si vir, num.* 30. *solut. matrim.* 4

Nihilominus, vt ex Gloss. in *d. l. dudum* 5

dū deducitur, & ex Gotofredo quod vē ditor compelli poteſt, etiam inuitus, vt in caſu venditionis certis perſonis vendat, vt agnatis fundos familiæ, vt ex *d. l. dudum*, Tiraq. *in præfat. tract. lignag. ex principio*, de quo *l. 7. & 8. tit. 7. Recopil. l. 23. tit. 10. lib. 3. fori*, & ibi Azeued. & Matienç. *in d. l. 7.*

7 Socio eiuſdē fundi, vt Greg. Lop: *l. 55. tit. 5. p. 5.* Steph. Grac. *deciſ. 169. num. 8. & diſcept. cap. 526. n. 3. & 546. num. 4.* vel domino prædij fructus illius, vt ex *l. 1. C. de metallar. & metall.* vbi Luc. de Pen. & Plat. Boer. *deciſ. 107.* Valaſc. *de iur. emphyt. q. 24. num. 3.* Parlad. *diffin. 9. §. 1. num. 5.* Grat. *diſcept. for. cap. 149. à num. 1.* Narbon. *l. 25. gloſſ. 15. num. 8. tit. 21. lib. 8. Recop.* Auguſtin. Barboſ. *d. l. dudum num. 3. C. de contrah. empt.* Surd. *conſ. 205.* penè per totum.

9 Quæ ratio, ſeu concluſio ſic procedit vt etiam ad locationem extendatur ſcilicet, vt Dominus locet prædium, vel fundum, cogendus non ſit inuitus, certæ perſonæ, vt probat Surd. *conſ. 205. num. 11.* ex Tiraq. & alijs Petrus Gregor. *lib. 27. Syntag. cap. 1. num. 19.* eleganter Gizarel. *deciſ. 5. num. 17. 18. & 19.* & notat ex alijs Vela *d. diſſertat. 12. ex num. 57. cum ſeqq.*

10 Sed tamen adhuc dicendum eſt his non obſtantibus iuſtè fuiſſe an noſtro Catholico Rege cautum, vt paſcua tātum habentibus oues, ſeu pecudes locentur, prohibita cæteris greges non habentibus locatione, vt *l. 1. hoc tit. 6. 6.* noſtro cauetur.

Similis eſt huic diſpoſitioni textus in *l. 23. tit. 7. lib. 3. Recop.* in qua vide Azeued. Otero de Paſcuis *cap. 31. num. 17. verſ. vltra*, qui remiſsiuè tantum locuuntur.

11 Cuius conſtitutionis diſpoſitio ſuſtinenda videtur ratione publicæ vtilitatis cum ex cauſa publica conſtitutum ſit, vt etiam inuito Domino certis tantum perſonis res vendatur, aut locetur, vel etiā prohibiti ſint certa prædia locare D. Ioſeph. Vela, *diſſertat ciuil. 13. num. 55.* Gizarel. *deciſ. 5. num. 21: &*

12 *22.* Adeſt hæc conſtitutio in venditione ſalis: Nam particulares prohibiti ſunt, ſalem facere, ac vendere, niſi Principi tantum. Quæ conſtitutio cauſa publicæ vtilitatis iuſtinetur, vt comprobant ex Afflict *cap. 1. verb. Salinarum, num. 2. quæ ſint regaliæ*, Roxas *epitom. ſucceſſ. cap. 31. num. 31.* Petr. Barboſ. *in l. diuortio, 8. §. ſi vir. num. 29. ſolut. matr.* Gregor. Lop. *l. 11. gloſſ. 3. tit. 28. p. 3.* Auguſt. Barboſ. *in d. l. dudum, num. 6. C. de contrahend. emptione.*

Et ſic in *l. 1.* & ibi Gloſſ. Barth. & 13
Plat. *C. de metal. lib. 11.* conſtituitur, vt metallorum Dominus cogatur metalla fiſco vendere ob publicam vtilitatem, Surd. *conſ. 205. num. 5.* Frech. *de ſubfeud. lib. 2. verſ. 38.* Ratio enim ex Rebuff. *in d. l. 1. C. de metall. num. 2.* eſt quia tantum permiſſum erat fiſco monetas cudere, quæ & etiam ad prælationem habentium greges in locatione paſcuorum extendenda ſunt.

Hæc ratio inductiua fuit diſpoſi- 14
tionis *l. Curiales 30. C. locati*, & *l. 2. tit. 8. part. 5.* vbi Curialibus prædia ruſtica locare prohibitum eſt. Quam cōcluſionem defendit in *d. l.* Aug. Barb. adducens Moz. & Molin. Theolog. *l. & 4. tit. 5. lib. 7. Recopil. l. 13. tit. 6. l. 12. tit. 4. lib. 3. Recop.* Quæ leges Recopilationis ad iudices, ac Magiſtratus extenderunt prohibitionem locandi Petr. Gregor. *lib. 47. Syntag. cap. 1. num. 11. & 14.*

Sed vt magis noſtræ conſtitutionis diſpoſitioni adhæreamus, notandum eſt legibus fuiſſe antiquis conſtitutum, vt prædia ruſtica, qualiter paſcua apud nos tantum certis, ac intra certi generis perſonas locatio ſit permiſſa, prohibita cæteris admiſsione ad fruitionem illorum prædiorum.

Huius conſtitutionis norma eſt *l.* 15
1. Cod. non licere habit. Metrocom. lib. 11. in quo textu Plutea notat hanc prohibitionem licitam eſſe, ne res certo generi adſignatæ in alios alienatæ pereant, ideoque potuit iuſtè conſtitui à noſtro Rege, vt locatio paſcuorum tantum habentibus greges fiat, pro-

hibita cæteris, vt in *d. l. vnic.* patet, & notat Plat. & Luc. de Pen. Rebuff. *num.* 1 & Cuiac. & Sebaſt. Neu. in Syſtem. *ad d. l.* 1. *num.* 1. Quam conſtitutionem correctoriam *l. dudum, C. de contrahend. empt.* eſſe voluit Cuiac. cum libertatem venditionis præcludat Dominis, ni intra certas perſonas, quod fieri ob vtilitatem publicam poſſe, notant Angel. & Alciat.

16 Similis eſt huic diſpoſitioni, *l. quoties* 6. C. *de Agroc. & marc. domin. lib.* 11. vbi ratione vtilitatis Socierum, neque damnum conſortibus ſequatur, fiſco conſtituitur, vt certis perſonis, ſeu conſortibus prædia vendat, quod ſuſtinendum ob vtilitatem communem notant Plat. Rebuff. Cuiac. Neuio *ad d. l.* 6.

Sed tamen haud ſum ignarus reſolutione aliquorum dicentium hæc procedere in prædijs fiſcalibus, non vero in cæteris, in quibus libertas domino conferenda eſt, vt volenti prædia locet, *ex l. dudum, C. locati, & l. congruit. C. de locatione præd. ciuil. lib.* 11. deducunt traditi DD. ſuprà, & notat latè, D. Ioſeph. Vela, *d. diſſert.* 13. *ex n.* 28. vbi cumulat DD. eleganter Gizar. *deciſ.* 5. *ex num.* 13.

17 Nam dicendum eſt, vt ex doctrina Rebuff *in l.* 1. *num.* 2. C. *de metall. lib.* 11. quod cum magna ſit vtilitas ex cõſeruatione ouium apud nos, & hæc ſequatur ex conſeruatione paſcuorum vt ex volaterran, diximus ſuprà num. ſicuti priuilegium prælationis in emptione metalli collatum fuit fiſco, cum alius monetam cudere non poſsit, iuſte potuit etiam lex noſtra conferre priuilegium habentibus greges in prælatione paſcuorum, prohibita alijs locatione.

Hæc concluſio, ſeu conſtitutio, aut lex, vt certis perſonis tantum res, prædium vendi, aut locari valeat defenditur, plurimis iuribus, ac Doctoribus adductis à Tiraq. *in præfat. retract. lign. ex num.* 15. vbi vide.

18 In quo notandum eſt ex diſpoſitione *l. nulli* 13. *C. de fund. Patrim. lib.* 11. prohibitam eſſe prædiorum limitrophorum alienationem, & ſi ſecundum, *l. poſſeſſores* 12. eiuſdem tituli, permiſſa ſit quod probat Platea, & Neuio adducens Bart. Afflict. & Borrel. Ratio enim huius prohibitionis ex gloſſ. *in d. l. nulli*, & ex Rebuff. ob paſcuorum conſeruationem fuit inducta, ne prædia, ſeu ſaltus alienata, paſcuorum ius, ſeu paſcua amitterentur, in animalium, ac pecorum detrimentum.

Eadem ratio inductiua fuit noſtræ legis, & ne locata à non habentibus greges paſcuis pruentur habentes, hincque redundet præiudicium dominorum gregis, hoc eſt, *de los hermanos de la Meſta.*

Vltimo videtur dicendum, quod ſi 19
iure, aut lege, ac ſtatuto poteſt paſcuorum vſus prohiberi certo tempore abſolutè, etiam habentibus greges, vt Franc. Marc *tom.* 1. *q.* 223. *n.* 4. quare non denegandam non habentibus greges illorũ locationem, vt in noſtra l. & in *d. l.* 23. *tit.* 7. *lib.* 7. de quo latè Seſe *deciſ. Arag.* 74. *tom.* 1. Hermoſ. *ad l.* 15. *tit* 5 *p.* 5 *gloſſ per totam.*

Nec deuiat ab hoc conſtitutio *l.* 20. 20
tit 12. *lib.* 5 *Recop.* vbi bombicibus cõfertur prælatio in emptione bombicis, dum bombicem emptum texere obligantur, Matienç. *in d l.* 20. cumque paſcua ad gregum, ouium, armẽtorumq; nutritionem locentur ab habentibus quid mirum, quod non habentibus præferantur habentes, vt noſtra lex diſponit.

De quo & etiam eſt Nauarræ Reg- 21
ni conſtitutio ſimilis noſtræ legis, vt *in l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 3. *Recopil. Nauarr.* vbi Armend.

Hæc vtilitas, ſeu pecorum priuile- 22
gium vt tantum habentibus greges, liceat paſcua locare, *ex d. l.* 23. & noſtra l. deducta, & ex diſpoſitione *d. l.* 2. *Regn. Nauarr.* illud inducit, vt locans paſcua relocare non valeat maiori pretio ſuæ locationis, ibi: *Ha de ſer por el miſmo precio que le coſtare*, quod ſic diſpoſitum *in d. l.* 2. *Regn. Nauarr.* ibi:

Tam-

Tampoco las puedan vender si no por el tanto q̃ les cueſtã à otra perſona ganadero.

Satis enim notum eſt in iure licere locatori ius ſuæ locationis alteri cedere, ſeu locare, *l. ſi tibi, la. 2. l. ſi cui locauerõ, l. eſt in plures, l. qui vniuerſas, §. fin. C. locati, l. nemo, C. locati*, Anton. Gomez, *tom. 2. var. cap. 3. num. 11.* Conan. *lib. 7. com. cap. 11. num. 17.* Afflict. *deciſ. 401. num. 2.* Mozio *de contract. tract. de locat. tit. de nat. loc. num. 4.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. num. 44.* Cancer. *variar. p. 1. cap. 14. num. 2.* Molin. *de iuſt. & iur. diſput. 489. num. 1.* Auguſt. Barboſ. *l. nemo. C. locati, ex num. 2.*

23 Sed tamen leges indiſpoſitum haud reliquerunt, vt res ad vtilitatem publicam neceſſariæ non reuendantur pœnis ad id conſtitutis, cum & etiam in foro conſcientiæ Theologi teneant nõ licere propolis reuendere pluſquam iuſto ac legitimo pretio, vt notat ex D. Thom. 2. 2. q. 77. Soto *de iuſt. & iur. li. 6. q. 2. art. 3.* Couarr. *lib. 2. var. c. 3. n. 4.* Matienç. *in l. 1. gloſ. 1. n. 5. & 6. tit. 14. lib. 5. Rec.* Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 9. q. 18. ſect. 3. n. 38.* Dian. *reſ. mor. 1. p. tract. 8. reſol. 27.* Bonac. *de contr. tom. 2. diſp. 3. q. 2. p. 5. num. 5.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 345.* Machad. *del Perfect. Confeſſ. lib. 6. p. 8. tract. 5. doc. 1. num. 2.*

24 Ad hoc verò quod legitimè, conſtitutum ſit Dardanariorum prohibitio in paſcuis, ſicuti in cæteris rebus ad Remp. neceſſarijs videndaſunt *l. 19. tit. 11. l. 1. & tot. tit. 14. lib. 5. Rec.* Azeu. *d. l. 19.* & Matienz. *in l. 1. tit. 14.* textus eſt in *d. l. in Dardanarios.* Bob. *lib. 3. Polit. cap. 3. ex num. 74.* Tib. Decian. *tract. criminal. lib. 7. cap. 22. n. 7.* Petr. Gregor. *lib. 36. Syntag. cap. 1. n. 10.* His omiſsis Amaya *in l. ſeniũ 6. n. 12. C. de delat. lib. 10.* Menoch. *de arbit. caſ. 384.* Strac. *de merc. tit. de decoctor p. 7. à n. 19.* Luc. de Pen. *l. maximũ, C. de excuſ. mun. lib. 10.* Collant. *in pragm. reifrum lib. 3. c. 14. ex n. 1.* Mant. *de tacit. & ambig. conu. lib. 4. tit. 20. n. 66.* Fab. Cap. Gal. *reſp fiſcal. 10. num. 56. verſ. Banna.*

25 Teſtatur ex Iul. Poluc. Petr. Greg. hos Dardanarios, ſeu reuẽditores à Republica ſummouẽdos eſſe, quare iuſtè, a noſtra lege diuerſis puniuntur pœnis, ſcilicet, *pena de pagar con el doblo lo que importare el exceſſo, en que deſde luego les condenamos, y de perdimiẽto del ganado, d. l. 2. tit 11. lib. 3. Recop. Nauarr.* Nã ex 26 mente Dec. *d. c. 22. n. 7.* Dardanariorũ pœna extraordinaria eſt. De quo textus eſt expreſſus *l. in Dardanarios, de pœnis*, Menoch. *d. caſu 384.*

Petr. Greg. *d. cap. 5. n. 10.* tenet re- 27 uenditores ob commune damnum incidere in pœnam, *l. Iuliæ, de annona, l. 2. & 3. ad l. Iuliam, de Annona.* De qua pœna ac executione videndi ſunt Azeued. Matienz. Cuiac. Petr. Eugen. Tiber. Decian. Bob. d. d. in locis, & etiam D. Ioann. Machad. *d. tract. 5. doc. 1.* Menoch. *d. caſu 384.* Ripa *de peſte tit. de rem. d. reſeru. contra peſtem num. 198. & 202.* Mantic. *d. tit. 20. num. 66.*

EN los Arrendamientos que ſe hizieren de deheſas no puedan los ganaderos renunciar el derecho de la poſſeſsiõ que adquieren, por ſer como es eſte priuilegio en fauor del ganado, ni ſobre ello ſe imponga juramento, pena de priuacion de oficio al Eſcriuano ante quien ſe otorgare la eſcritura, y de cinquenta mil marauedis, para la nueſtra Camara al que hiziere el juramento, y le admitiere.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio iuris paſcendi præſcriptione quæritur.*

2 *Seruitus præſcribi non poteſt, niſi per tempus immemoriale ratione diſcontinuæ poſſeſsionis, & num. 9. ſi domini conſenſus interuenit.*

3 *Seruitutes ruſticas præſcribi nõ poſſe ratione diſcontinuæ poſſeſsionis tenuerunt aliqui, & alij contrarium, num. 4.*

5 *Ius Digeſtorũ, & ius Codicis diuerſe ſe habent circa præſcriptionem ſeruitutum: nam iure Digeſtorum non admittitur præſcriptio, ex num. 6. quod ſecus eſt iure Codicis.*

7 *L. ſi diuturno ſi ſeruitus vindicetur, declaratur.*

8 *Præſcriptio ſeruitutis diſcontinuæ non admittitur iure Digeſtorum, cõtinuæ vero ſecus eſt.*

10 *Quod ſecus eſt attento Partitarum iure.*

11 *Seruitutum negatiuarũ præſcriptio, an admittatur.*

12 El derecho de poſſeſsion que gana el ganado de los hermanos de la Meſta no ſe debe tener por de ſeruidumbre, y porque, & 16.

13 *Seruitus realis non debetur animali, niſi ratione predij ad cuius cultum conſtituitur.*

14 *Seruitus realis, vt conſtituatur, requiritur predium dominans directe vel indirecte.*

15 *Otero reijciendus inquiens abſolutè ſeruitutem iuris paſcendi realem eſſe.*

17 *Priuilegia quando renuntiari non poſsint, quia perſonalia non ſunt.*

18 *Princeps an poſsit prohibere in cõtractibus iuramenta.*

INquit enim lex noſtra, poſſeſsionem iuris paſcendi præſcriptione quæri, quo conueniunt *l.* 1. C. *de ſeruit. & aqua, l. ſeruitutes prædiorum de ſeruit. l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua quot. & æſtiu.* Cepol. *de ſeruit. ruſtic. præd. de ſeruit. iuris paſc. num.* 24. Bertrand. *conſ.* 75. *volum.* 6. Surd. *deciſ.* 236. *ex num.* 1. Conan. *lib.* 4. *com. cap.* 10. *num.* 11. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 11. *& in reg. poſſeſor.* 2. *p. §.* 3. *numer.* 2. Minſing. *cẽt.* 4. *obſeru.* 35. Otero

ro *de paſc. cap.* 18. *per totum.*

Ex quibus ex verbis ſequentibus no ſtræ l. ſcilicet, *En los arrendamientos que ſe hizieren de dehesas no puedan los ganaderos renunciar el derecho de la poſſeſsion que adquieren*; Scire deſcendit hoc ius paſcendi in agro alieno, quo tempore præſcribatur.

2 Iure communi attento ex textu *in l. fin. C. de præſcr. long. tempor. & l. ſi ego, §. 1. de public.* ratione diſcontinuæ poſſeſſionis, cum ſeruitus ſemper poſsideri non poſsit poſſeſsione continua, ſed diſcontinua tantum, notant D. D. tempus immemoriale requiri ad præſcriptionem ſeruitutis, vt latè Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 15. num. 24. & ſeqq.* O-

3 tero *de paſc. cap. 18. ex num. 15.* Conan. *lib. 4. comm. cap. 13. num. 10.* ratione in corporalis iuris ſeruitutum ruſticarum denegat in eis præſcriptionem, & etiã ex eo quod cum ad præſcriptionem neceſſaria ſit continua poſſeſsio ſine interruptione, & ſeruitutum nulla ſit vera poſſeſsio, nulla ſeruitutum poterit eſſe præſcriptio.

4 Ex *l. tamen 1. §. fin. de aqua pluu. arc. l. ſi quis diuturno 10. ſi ſeruit. vindic.* præſcribi poſſe ſeruitutes, notat I. C. dum immemoriale tẽpus ad præſcriptionẽ interuenit, in qua quæſtione videndi ſunt latè Conan. *d. cap. 12. ex n. 10.* Parlador. *lib. 1. rer. quot. c. 1. §. 8. per totum*, Anton. Gomez *d. cap. 15. ex num. 24.* Oter. *de paſc. d. cap. 18. ex num. 15.* D. Ioan. del Caſtill. *de vſufruct. lib. 1. cap. 68. num. 18.* Ganc. *var. cap. 4. de ſeruit. a num. 49. tom. 3.* Hermoſill. *ad d. l. 15. tit. 5. p. 5. num. 100.* Morl. *in empor. p. 1. tit. 6. de ſeruit. ex num. 28. cum ſequentibus*, Surd. *deciſion. 136. per totam*, Cepol. *de ſeruit. ruſtic. præd. de ſeruit. iur. paſc. num. 24.* Duaren. *ad l. ſeruitutes 14. de ſeruit.* Roſental. *de feud. cap. 5. concluſ. 1. & addit.* Renat. Chop. *de conſuet. Pariſ. lib. 2. tit. 8.* Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. vol. 2. deciſ. 177. n. 10.* Mand. Albenſ. *conſ. 35. num. 1.* Boſius *de aquis, & flumin. num. 9.* Ioan. Petr. Bym. *conſ. 238. num. 5. & 6.* vide latè Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 17. ex num. 61.* cum multis ſequentibus, vbi hanc diſputat quæſtionem Caſanat. *cõſ. 41.* vbi de præſcriptione libertatis cõ- 5 tra ſeruitutem agit latè.

Sed notandum diuerſe ſe habere ius Digeſtorum, ac ius Codicis, nã ex textu in *l. ſeruitut. 14. de ſeruit.* ratione incorporalitatis diſcontinuæque poſſeſſionis in vſucapibiles eſſe ſeruitutes, nõtat Paul. *& in l. 4. §. fin. & l. ſi aliena 10. §. 1. de vſu cap.* quod ſequitur Duar. *ad d. l. ſeruitutes 14. & lib. 1. diſp. cap. 24.* latè Bart. *in hac lege*, & ibi Alban. Felin. *in cap. de quarta num. 45. de præſcription.* Petrus Gregor. *lib. 4. Syntagm.* 6 *cap. 5. num. 2.*

Iure Codicis admiſſam eſſe ſeruitutum præſcriptionem, notat Imperator *in l. fin. C. de præſcript. long. temp. l. 2. C. de ſeruit. & aqua*, quam concluſionem defendit Duar. *ad d. l. ſeruitutes*, Pet. Greg. *d. cap. 5. num. 2.* & notant DD. adducti 7 num.

Sed effugere non poſſumus I. Conſulti reſponſum *in l. ſi quis diuturno, ſi ſeruitus vindicetur*, vbi vſucapione quæri ſeruitutem, inquit Vlp. in quo cum Duaren. *ad d. l. ſeruitutes 14. de ſeruit.* dicendum eſt: non eſſe veram vſucapionem, ſed pro vſucapione habendum cauſa publicæ vtilitatis ius proveniens ex diuturno vſu ſeruitutis. Secundò, admittenda eſt præſcriptio ſeruitutis, quia & ſi iure communi attento titulus ſit neceſſarius ad adquiſitionẽ ſeruitutis, patientia domini pro titulo habetur, præſertim, cum conſtitutio ſeruitutis domi nij amiſsionem non inducat, quo caſu facilius admittenda eſt præſcriptio, vt ad *d. l. ſeruitut. & l. ſi diuturno*, notat Felin. *in cap. de quarta numero 40. & 41. de præſcriptionibus*, etiamſi aliàs ad adqui ſitionem ſeruitutis titulus neceſſarius ſit, Paulus de Caſtro *in d. l. ſi diuturno,* 8 *ſi ſeruitus vindic.*

Vel aliter dic, quod iure Digeſtorum non admittitur præſcriptio ſeruitutis diſcontinuę, vt *in d. l. ſeruitutes*: Continuæ vero ſeruitutis ſecus procedit, vt *in d. l. ſi diuturno*, quam ſic intellexit Paulus de Caſtro, Felin. *in d. cap. ſi de quar-*

ta num. 40. & 41. Veronenſ. *de ſeruit. ruſtic. præd. cap.* 4. *n.* 56. Natta *conſ.* 431. *num.* 7. Martin. Laud. *conſ.* 3. *numer.* 8. Hipol. Rimin. *conſ.* 86. *num.* 2. Azon. *in ſum. C. de ſeruit. & aqua, num.* 29. Balb. *de præſcription.* 2. *p.* 4. *p princ. q.* 1. *num.* 2. Surd. *conſ.* 231. *num.* 10. & 11. Mand. Albenſ. *conſ.* 35. *num.* 1.

9 Vel dic intelligendas eſſe dd. ll. ſecũ dũ Fel. Paul. de Caſtr. Bart. Neuio, & DD. quod præſcriptio ſeruitutis admittitur, dum immemoriale tẽpus interuenit, & ſciente domino, ac patiente inducitur ſeruitus, quod procedit attenta ſeriè *d. l. ſi diuturno*, de qua vide Doctores adductos n. . Iacob. Menoch. *conſ.* 447. *num.* 20. & *ſeqq.* Surd. *d. conſ.* 231. *num.* 15.

10 Iure verò Partitæ ſeruitutes præſcriptibiles eſſe patet, ſiuè diſcõtinuam poſſeſsionem habeant, ſiuè continuam, vt patet ex *l.* 15. *tit.* 31. *p.* 3. vbi latè Gregor. Lopez notat, quæ neceſſaria ſint ad præſcriptionem ſeruitutis, qua-

11 liter verò ſeruitutes negatiuę præſcribantur. Vide ex *l.* 1. & 2. *C. de ſeruitut. & aqua*, & Bald. *in l.* 1. *C. eod. numer.* 54. Stephan. Grat. *diſceptat. cap.* 89. *num.* 20. Surd. *d. conſ.* 231. *num.* 13.

12 Quibus ſic prælibatis dicendum eſt hoc ius poſſeſsionis paſcendi quæſitum gregibus fructuum Meſtę, ad hoc vt amitti non poſsit, nec renuntiari ſeruitutis ius cenſendum nõ eſt expluribus. Primó, ex his quę diximus ſuprá, ſcilicet quod ſeruitutes licet præſcribi poſſint neceſſarium ſit immemoriale tempus ad illarum præſcriptionem, quod ſecus in hoc caſu procedit, cum ex *l.* 1. *tit.* 6. *de las leyes de la Meſta*, cauetur, ibi: *Si algunos ganados pacieren en qualquier deheſa, è paſto de inuernadero, en paz, y no ſe les fuere contradicho haſta el primer Conejo que ſe hiziere en las fierras; ganen la poſſeſſion de ella los dichos ganados en lo que cada cabeça huuiere meneſter, y vn tercio mas, y no gane poſſeſſion en lo que de eſto excediere.*

Ex hac enim diſpoſitione deducitur ius paſcendi defeſas quæſitum gregibus, haud cenſendum ius ſeruitutis, ſed ius poſſeſsionis ex breuitate tempotis, quod ſex menſium regulatur, vt ex conſtitutione *l.* 1. *cap.* 1. & 2. huius tituli cauetur, quod ad adquiſitionem ſeruitutis iuris paſcendi non ſufficit, vt diximus, & notat ex Pariſ. Zaſ. Couar. & Meneſes, Morl. *in emper. tit. de ſeruitut. q.* 4. *num.* 28.

Secundò ex eo quod ſeruitus realis 13
non debetur animali, ni contemplatione fundi, ſeu agri certi, cuius contemplatione ſeruitus conſtituta ſit, potius quam ratione animalium, vt ex *l. pecoris, l. lucius, de ſeruitut. ruſtic. præd. l. vt pomum, de ſeruit.* Cepol. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.* 9. *num.* 2. Corraſ. *l.* 1. *num.* 123. *de ſeruit. & in Rubr. num.* 28. latè D. Ioan. del Caſt. *lib.* 1. *de vſufruct. cap.* 49. *num.* 21. & 22. Caſanat. *conſ.* 42. *num.* 14.

Tertiò deducitur ex doctrina *l.* 1. 14
commun. præd. vbi ad conſtitututionem ſeruitutis realis neceſſaria eſt qualitas prędij dominantis, vel directè, vel ratione ipſius, vt in ſeruitute paſcendi animalia conſtituta ad culturam prędij deducitur ex *d. l. pecoris*, quod compro bat Corneo *conſ.* 188. *numer.* 2. *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 236. *num.* 6. Aymon Publicius *in conſuet. Alberin. tit.* 28. *art.* 2. *n.* 5. Paul. de Caſtr. *conſ.* 3. *num.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 444. *num.* 3. *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 4. *num.* 5. Proſper. Rand. *de Paſc. Baron.* 2. *p. cap.* 10. *fol.* 118.

Quare reijcienda eſt Oteri reſolu- 15
tio *de iur. paſcendi, cap.* 18. *num.* 8. dicentis, ius paſcendi abſolutè nec attenta alicuius prędij dominantis ratione ſeruitutem realem eſſe, ductus authoritate Zaſij Pariſij, Couarr. Meneſes, & Morl. nam illorum reſolutio, aut intelligenda eſt caſu quo ius paſcendi quæritur, attẽta tantum vtilitate animaliũ, ſed dum ſeruitus paſcendi conſtituitur, attenta ratione ad prędium dominans vt contra Zaſium, & cęteros eloquentiſsimè intelligens Couarr. reſolutionem, notat Caſanate *conſ.* 42. *numer.* 24. & ſequentibus Caſaneo *conſuetud. Burgund. Rubr.* 13. *de fores, §.* 3. *num.* 2. Calcan. *conſil.* 84. Tuſchus *lit. P.*

con-

concluſion. 112. *per totam.*

16 Quare dicendũ eſt hoc ius verè poſſeſſorium eſſe, nec ſeruitutem eſſe cenſendam, quamuis voluntate domini per illud tempus tacentis, & conſentiẽtis conſtituatur ratione boni publici, & animalia habentium in hoc Regno, ob idq; ſeruandum, vt latè notat Otero *de paſ. cap.* 18. & latius Hermoſill. *d. l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 2. *per totam.*

17 Quod verò inquit lex, quod priuilegiũ paſcendi nõ valeat renuntiari a domino, cum perſonale domini non ſit, ſed armentorum, vide quando priuilegium renuntiari non valeat, quia non perſonæ conceſſum, ſed ordini, aut cõmunitati, quæ diximus *de lege Politic. lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 1. *num.* 118. 119. & 120.

An verò iuramentum in contractibus apponi poſsit à Principe conſtitui, aut prohiberi diximus *l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 1. *ex n.* 95. cum ſequentibus, adde Hermoſ. latè *l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſſ.* 11. & 12. *num.* 105. *& ſequentibus.*

L. 4. Cap. 1. 2. 3. 9. & 10.

AD explicationem horum iurium, ſeruandamque conſtitutionem huius legis circa nominationẽ locũtenentiũ, vide quæ diximus *l.* 26. *tit.* 5. *lib.* 3.

Circa verò ſportularum exactionem qualiter faciendam, vide etiam latè à nobis ſcripta ad *l.* 34. *tit.* 16. *l.* 25. *tit.* 17. *l.* 19. *tit.* 19. *lib.* 2.

L. 4. Cap. 20.

YCumpliendo con lo contenido, y ordenado en los capitulos precedentes, los dichos Alcaldes mayores, entregadores conoceràn, y procederàn, primeramente contra todas las perſonas, Concejos, ò Comunidades de qualquier eſtado, calidad, ò condicion que ſean, ſobre nueuas impoſiciones, ò derechos, recibiendo informacion de pedimento del Procurador, Fiſcal de ſu Audiencia de todos los Montazgos, Caſtillerias, Rodas, Borras, Aſſaduras, Peages, Pontages, Varcages, y de otros qualeſquier derechos que ſe lleuaren à los paſtores, ò dueños de ganados de nueſtra Cabaña Real contra razon, y ſus priuilegios, y les haràn reſtituir lo que les huuiere ſido lleuado injuſtamente, y ſuſpenderàn el lleuar en adelante los dichos derechos, hallando ſer nueuamente impueſtos, ò acrecentados, y lleuarſe ſin tener priuilegio, o titulo de Nos, o de los Reyes de donde Nos venimos, que ſea baſtante, conforme à las leyes

de

de nueſtros Reynos, haziendo en todo ſe guarde la ley quinze del titulo veinte y ſiete del libro nono deſta nueſtra Recopilacion. Y los que tuuieren los dichos priuilegios, y no los huuieren preſentado en el nueſtro Conſejo con relacion jurada de la cantidad que lleuan, dentro de los ſeſenta dias que les concedimos por nueſtra ley, y prematica promulgada en la Villa de Madrid à cinco de Março del año paſſado de ſeiſcientos y treinta y tres, haràn no ſe lleuen los dichos derechos, ni vſe de los dichos priuilegios, ſo las penas de la dicha ley quinze. Y ſin embargo de qualeſquier priuilegios procederàn contra todos los que ſobre la cobrança de qualquier derecho que puedan cobrar quebrantaren, hato, ò Cauaña, ò tomaren morueco, ò Carnero, ò Oueja encencerrados, aunque ſea nueſtro ſeruiciador, y haràn ſe reſtituya todo lo que aſsi ſe huuiere lleuado indeuidamente, y contra lo diſpueſto en eſte capitulo, con las coſtas y daños, y demas penas contenidas en la dicha nueſtra ley quinze, aunque ſean juſticias, las quales incurran en la miſma pena, ſi por via de arbitrio, ò en otra forma echa en algun impueſto, ſobre el ganado que paſſa de vnos terminos à otros, guardando en la execucion de las penas lo que en eſta ley tenemos ordenado: y las peſquiſas, y aueriguaciones que ſobre ello hizieren las remitiràn originales ante los del nueſtro Conſejo: mandando a las perſonas, Concejos, ò Comunidades que pidieron, ò lleuaron los dichos derechos, parezcan ante Nos, y no en otro Tribunal alguno, en ſeguimiento de la dicha cauſa, dentro de quinze dias.

SVMMARIVM.

1 *Tributa requirunt in imponente ſupremam authoritatem.*
2 *Et illorum impoſitio adhæret poteſtati, ac cum ipſis Regibus orta fuit hæc authoritas.*
3 *Tributa imponere competit ſupremis Principibus, ac ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem.*
4 *Domini particulares ea indicere, aut imponere non valent.*
5 *Quod limita niſi interueniat facultas Regia.*
6 *Ciuitas particularis tributa impone re ſine facultate non valet.*
7 *Tributorum imponendorum ius de regalibus eſt, & 87.*
8 *Tributa Imperij alimenta cenſenda, & quare regibus ſoluta.*
9 *Ciuitates, ac communitates particulares poſſunt pro ſuis neceſſitatibus collectas inter ſe imponere.*
10 *L. fin. tit. 7. part. 5. remouens à ciuitatibus particularibus ius collectandi refertur, & explicatur, num.*

num. 12. 14. & 15.

11 *Ciuitas particularis an possit inter se non extensa ad alios contributione tributa imponere.*

13 *L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *declaratur.*

16 Tributos que se vsan en España remissiuamente, segun la *l.* 4. *c.* 20. *tit.* 14. *lib.* 3.

17 Seruicio, y montazgo que tributo es, y qual era antiguamenre, *num.* 22. & 28.

18 *Vectigal transitus antiquitus impositum.*

19 *Bulenger. refertur explicans ius quoddam pro animalibus solutum.*

20 *Vectigalia pecudum qualiter soluta meminerint Sacræ litteræ.*

21 *Scriptura erat tributum, quod pro pecudibus, gregibus, ac armentis soluebatur.*

23 *Scriptura antiquitus pro pastu pascuorum publicorum soluebatur.*

24 *Pascua publica libera fuerunt ante agrarias leges, posteaq; prohibita, ni certa soluta pensione.*

25 *Lex Thoria lata fuit ad curam pascuorum publicorum.*

26 *Vectigalia à Romanis gregibus imposita non fuerunt ratione protectionis illorum, sed pascuorum.*

27 *L.* 2. *C. de pasc. publicis lata ad conseruationem Apameni Prati declaratur.*

29 *Pascua olim dicta omnia ex quibus vectigalia percipiebantur.*

30 *Tributum transitus cognitum antiquitus ex Ouid.*

31 *L. vsurpationem* 9. *C. de vectig. & comm. explicatur latè.*

32 *Arabarchia quid sit, & an dicenda Alabarchia.*

33 Castilleria, y Roda, *quod tributum censeatur, constitutũque erat ad conseruationem gregum pascentium ad limites Regni, &* 49.

34 *Castella constituta ad limites Imperij ad reprimendos hostium ingressus, atque defensionem Prouinciæ.*

35 *Necessaria sunt, imò illorum conseruatio commendatur Principibus.*

36 Fortalezas, egidos, passo, la defensa del Reyno.

37 *Castra à limite Regni dicta limitropha.*

38 *Augustus ad defensionem limitum Imperij milites limitaneos constituit.*

39 *Castellorum conseruatio summa olim.*

40 *Militum limitaneorum leges loquentes referuntur.*

41 *Limitanei Duces, & limitanei milites ob defensionem limitum dicti, &* 42.

43 *Militaneis militibus alimenta conferebantur constitutis ad id fundis limitrophis,* 51.

44 *Fundi limitrophi, qui dicebantur.*

45 *Alimenta militibus necessario conferenda.*

46 *Stipendia militibus cõcessa olim quæ sint.*

47 *Et quamdiu conferri inceptum.*

48 *Castellanei fundi constituti ad annonam militum Castellanorum.*

50 *L* 1. *§. prò limitaneis, de offic. Præf. Afric. refertur.*

52 *Fundorum limitrophorum constitutio ad Principem pertinet.*

53 *Limitanea prædia à Principibus concessa ad tuitionem limitum Regni.*

54 Asadura, *quod ius dicatur.*

55 Borra, *quod genus tributi erat.*

56 *Edum loca, quæ sint.*

57 Arbores, *cæduæ, quæ dicantur.*

58 *Illarum fructus in scisione tantum consistit.*

59 *Ex arbore cædua licitum tantum est ramos secare.*

60 *Arbores cæduæ secari prohibitum ex quibus causis, ratione ædificiorum publicorum, & num.* 62.

Pro conseruatione artis nauticæ.

61 *Custos saltuum apud Israelitas creatus ne absque Regio placito arbores scindantur.*

63 *Arbores cæduæ secare radicitus prohibitum apud nos ratione vtilitatis ex ramis gregibus secutæ tempore hiemali.* 65.

64 *Sylua Pascua, quæsit.*

Ca-

66 Caualleros de la Sierra, quales ſe dezian en Eſpaña.

67 Peege, y Portazgo, *ſoluitur pro tranſitu mercium.*

68 *Portorium, ſeu portarium quid ſit ſolutum pro tranſitu, num. 70.*

69 *Portoria tanquam odioſa a ſua Republica a Platone ſubmota.*

72 *L. 1. C. de Alexand. Primat. refertur.*

73 *Dinumũ vectigal pro tranſitu conſtitutum.*

74 *Portorium pro tranſitu pontium conſtitutum.*

75 Pontazgo es el derecho que ſe paga por paſſar las Puentes.

76 *De quo meminit l. cum plures, §. vehiculum, locat.*

77 *Portorium ſolutum pro tranſitu põtium.*

78 *Pontium refectio pertinet ad omnes de populo tam ſæculari, quam Eccleſiaſtici.*

79 *Portorium olim etiam telonium dictum.*

80 *Telonium ſolutum pro tranſitu põtium.*

81 *Telonium ſignificat genus machinæ adhauriendam aquam conſtructum.*

82 *Telonium in ſexu Saxanico ſignificat certum genus tributi.*

83 *Telonium genus tributi eſt ſolutum pro tranſitu, & 85.*

84 *Telonium locus eſt vbi tributa exigebantur.*

86 *Telonia inter regalia regibus competentia numerantur.*

88 *Exactiones illicitæ a receptoribus reſtitui debent in duplum, & 95.*

86 *Exactores illiciti tenentur actione ciuili, & criminali.*

90 *Dominus particularis a ſubditis nõ poteſt recipere iniuſtas exactiones, neque vltra Regia priuilegia imponere tributa.*

91 *Subditi officium ſuperioris implorare valent ad reprimendam dominorũ auaritiam.*

92 *Princeps ex officio tenetur procedere ad ſummouenda iniuſta tributa, ac ad faciendum vt ſubditi iniuſtis exactionibus non opprimantur.*

93 *Vectigalia recipiens ſine legitima authoritate punitur pœna exilij ſecundum Iuſtiniani conſtitutionem.*

94 *Et etiam tenetur actione furti, & 102.*

96 *Tributa imponens ſine Regia authoritate punitur officio iudicis.*

97 *Et tenetur de lege de vi publica.*

98 *Et pœna ambitus.*

99 *Galeasus Vicecomes Mediolanus damnatus crimine maieſtatis, ex quo ſine Imperatoria authoritate tributa impoſuit.*

100 *Tributa antiqua augens ſine Regia authoritate, tenetur pœnis conſtitutis contra imponentes noua tributa. Cũ idem ſit augere ac conſtituere.*

101 *Hiſpanico iure priuatur dominus oppido vbi tributa vltra Regiam facultatem exhaurit.*

103 *Canonice excommunicatur, ac incidit in canones Bullæ Cœnæ,* 104.

105 *Tributorum indicendorum ius an præſcriptione quæri valeat.*

106 *Quod ſic tenent aliqui, quos remiſsiuè referimus.*

107 *Contrariam ſententiam qui tenẽt.*

108 *Tributa inſignum ſubiectionis Regibus conferuntur.*

109 *Regalia competentia Regibus inſignum recognitionis impræſcriptibilia ſunt.*

110 *Contrarium, qui teneant.*

111 *Prima oppinio tenenda eſt iure Hiſpano ex l. 2. tit. 15. lib. 4. & l. 1. tit. 18. lib. 9. quæ referuntur, & DD. in his Scribentes remiſſiuè.*

112 *Præſcriptione quæri poſſunt iure Hiſpano omnia quæ priuilegio.*

113 *Quod limita* en las Alcaualas, *ratio adducitur, num. 114.*

115 *Quia ad imponenda tributa deſideratur ſuprema authoritas, quæ impræſcriptibilis eſt, & ſine qua impoſi tributa non poſſunt.*

116 *Ius percipiendi tributa præſcribi poteſt licet indicẽdi impræſcriptibile ſit.*

117 *Reſponſio remiſſiuè ex Caſtill. & Amay.*

Tri-

118 *Tributorum poſſeſsio titulum conferre non poteſt ad præſcriptionem, quando à legali diſpoſitione præſcriptio illorum prohibita eſt.*

119 *Præſcriptio contra legem admittenda non eſt, quia lex irſtuit in præſcribente malam fidem.*

120 *Tolerantia Principis an ſit neceſſaria ad præſcriptionem iurium regalium.*

121 *Præſcriptio non ſufficit ad adquirendum ius imponendi tributa fratribus Meſtæ, illorumque gregibus.*

122 *Tituli Regij conceſsi particulari Domino, aut communitati ad exactionem tributorum ex gregibus exhibendi ſunt, ſecundum diſpoſitionem legum Regiarum.*

123 *Priuilegia Regia neceſſario adſcribenda in libro dicto*, de lo ſaluado.

124 *Libri beneficiorum erant, vbi adnotabantur principales donationes, ac conceſsiones.*

125 *Calculatores Regios, beneficiarios olim dictos.*

126 *Quamuis* D. Ioan. de Solorz. *diſcuſores eſſe dicat.*

127 Libro de lo ſaluado *olim Polypticus dicebatur.*

128 Caſiodor. *verba referuntur, ad demonſtrandum liber Polypticus, quis ſit.*

129 *Præſcriptio non ſupplet qualitatem inſcriptionis* del libro de lo ſaluado.

130 Seruicio, y Montazgo, *præſcriptione quæri non poteſt.*

131 *Priuilegia conceſſa ad percipiendum ius*, del ſeruicio, y Montazgo, *debent apud ſupremos Conſiliarios exhiberi.*

132 *Princeps an poſsit compellere ſubditos, vt exhibeant titulos rerum ab eis poſſeſſarum. Quod intellige ſecundum diſtinctionem traditam, num.* 133. 135. & 136.

134 *Inobedientes priuare poſſeſsione rei.*

137 *Poſſeſſor non tenetur oſtendere titulos ſuæ poſſeſsionis, &* 136.

138 *Quod limita agente fiſco pro conſeruatione iurium fiſcalium, & quãdo ſecus num.* 140.

139 *Princeps non cenſetur dominus Rerum ſuorum vaſſallorum, niſi quoad protectionem tantum.*

SVmmo iure gaudet noſtra lex, ſummaq; valatur iuſtitia, cõtutio ſanè legitima quæ incommune bonum ſubditorum tẽdit. Pariterque pro conſeruatione Regiæ, ac ſupremæ maieſtatis fertur: conſtituunt enim noſtri Principes, vt gregibus noua non imponantur vectigalia, ſeu collecte pro tranſitu, via, paſtu, &c. Sed antiqua tantum, ac à legitima poteſtate conſtituta.

Satis eſt notum quod inter cæteras 1
qualitates requiſitas omni iure ad legitimationem, ac iuſtitiam tributi, eſt imponẽtis authoritas *cap. ſuper quibuſdam, de verb ſign.* D. Thom. *lib. 3. de reg. Princip. cap.* 11. Soto *de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 7.* Luis de Torr. *de iuſtit. & iur. diſp. 44. dub. 1. n. 1. & ſeqq.* Suar. *de legib. lib. 5. cap. 14. n. 1. & 2.* Marquez *Gubern. Chriſt. lib. 1. cap. 16.* Molin. *de iuſt. & iur. d. cap. 666. num. 1. & 2.* Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 8. difficult. 13. ex num. 3.* Vazquez *opuſc. de reſtit. cap. 5. §. 1. & 2. & cap. 6. §. 1.* Azor *inſtit. moral. 2. p. lib. 11. cap. 4. verſ. vectigalia*, Sanch. *conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 2.* Ledeſm. *in ſum. 2. p. tract. 7.* Bonac. *de contract. diſp. 2. q. 9. punct. 1.* Nauarr. *de reſtit. lib. 3. c. 1. n. 137.* Leſio *de iuſt. & iur. cap. 33. de tributis dub. 1.* Dian. *reſol. mor. p. 1. tract. 3. reſol. 1. & ſeqq.* Noſtri Doctores hanc tenuerunt doctrinam *ex c. 1. quæ ſint regaliæ*, Afflict. ibi, & in Rubr. *ex n. 55. l. 1. C. de ſuperindicto*, & ibi Luc. de Pen. & Rebuff. ac Sebaſt. Neuio *in Syſtem. ad illam l.* Bald. *l. etiã, C. de execut. rei iudic.* Beroio *conſ. 81. n. 7. vol. 1. & conſ. 150. vol. 3.* Auend. *2. p. de exeq. cap. 14. ex n. 1.* Petr. Bellin. *de re milit. 2. p. q. 7.* Corſeto *de poteſtate Regia p. 4. q. 48.* Alciat. *l. placet n. 11. C.*

de ſacroſ. Eccleſ. Roland. à Vall. *conſ.* 91.*num.*5.*& ſeqq. vol.*2. Roiental. *de feud cap.*5.*concl.*31.*&* 43.*cum ſeqq.* Sixtin.*de regalib.lib.*1.*cap.*2.*lib.*2.*cap.*6. Cancer.*lib.*3.*var.cap.*3.*num.*119. Cephal.*conſ.*53.*lib.*1. Nata *conſ.*447.*&* 515. Hipol. Rimin.*conſ.*21. Mancin.*de iur. Principis lib.*6.*cap.*13. Purpurat. *conſ.*495.*num.*4. Farinac. *in pract. de homicid.q.*123.*num* 90. Sapientiſsim. Epiſc. Valenz.*conſ.*99.*per totum*, Ioan. Franc. Ponte *conſ.*131 *num.*79.*&* 80. *tom.*2.*&de poteſtat. Proreg.tit.de regal. impoſit.* Alfar.*de offic. fiſc. gloſſ.*20.*§.*7. Conrad. *templ.Iudic.cap.*1.*§.*4.*verſ.* 11. Petr.*de poteſt.Princip.cap.*4.*in principio.num.*30. Caued. *deciſ.*49.*p.*2. Bobadill.*lib.*5. *Politic cap.*5.*num.*2. alios referens, & ex his plurimos D. Ioan. del Caſtillo *tom.*7.*cap.*41.*num.*29. D. Franc. de Amaya *l.*3.*num.*5.*&* 27. *C. de ann.&tribut.lib.*10. poſt hæc ſcripta doctiſsim. D. D. Ioan. Baptiſta Larrea *allegat fiſc.alleg.*59 *per totam, præcipue num.*1.*&ſeqq.* Paul. Chriſtian. *deciſ. Belg. volum.*3.*deciſ.*105. Adam Contz.*lib.*8. *Polit.c.*7.*§.*2.*&* 18. Moles *dec. Neap.de iur. Dohanæ.fol.mihi* 112

2 Quod tributorum imponendorum ius adhærere poteſtati verũ eſt, vt Buleng. *de Imperat.lib.*9.*cap.*1. inquit, cum ipſis Regibus ortum fuiſſe D. Franc. Amaya *ad l.*4.*num.*1. *C. de annon.& tribut.lib.*10. Renat. Chopin. *Deman. Franc.lib.*10.*per totum.*

3 Ex quo omnes ſupradicti DD. fatentur ab omnibus Principibus, poteſtatibus, ſuperioribus conſtitui poſſe vectigalia, aut tributa, eoque iure illorum imponendorum ius pertinere ad ciuitates ſuperiores non recognoſcẽtes, tenent, ſiuè ad illos, ad quos hoc ius priuilegio, aut præſcriptione competit, de quo vide omnes traditi DD.

Quo principio cognito ſcire deſcendit quid cautum ſit à noſtris Regibus, ibi: *Procederàn primeramente contra todas las perſonas, Cõſejos, o comunidades de qualquier eſtado, calidad, o condicion que ſean ſobre nueuas impoſiciones, o derechos*, & an hæc verba iure legitimo nitãtur.

Quæ vt cognoſcamus ſciendum eſt, 4
quod ſicuti iure ipſo Regio, ſeu iure Regaliæ pertinet ad Reges tributorũ exactio, aut impoſitio, ſic prohibitum eſt inferioribus dominis ea indicere, aut imponere, *l.*1.*&*2. *C. noua vectigal. gloſſ. verbo imperatorũ, in cap. ſuper quibuſdã, de verb ſign.* Molin *de iuſtic.& iur. diſp.* 666.*n.*2. Turrian. *de iuſtit.& iur. diſp.* 44.*num.*1. Sanch. *conſ. mor. lib.*2.*cap.*4. *dub.*2. Suar. *de leg. lib.*5.*cap.*14.*num.*2. Quam cluſionem defendunt ex textu, *in cap. quæ ſint regal.* Afflict. *verb. argariæ, n.*3.*& verbo Plauſtrorum n fin.* latè Roland. à Vall. *conſ.*91.*per totum, lib.* 2. Roſent. *de feud.cap.*5.*concl.*76.*&*77. 5
ni priuilegio interueniente, aut facultate ſuprema *d.l.*1. *C. vectig. nou.* Alex. Trentac. *var. lib.*1.*tit. de iur. fiſc. reſol.* 5. Farina. *pract. crimin. de furt. q.*72.*n.* 83.*&* 84. Roſent. *d. cap.*5.*concluſ.*31. Ioan. Gutierr. *de gabell. q.*4 *n.*4.*&* 5. latè Auguſtin. Barboſ. *in d. l.*1. *C. noua vectigal.* Bobadill. *lib.*2. *Politic cap.*16. *num.*116. Flores de Mena *variar. lib.*2. *q.*21 *num.*50. Camil. Borrel. *de præſt. Reg. Catholic cap.*20.*n.*28. Farinac. *in pract. q.*173.*n.*77. D. Franc. de Amay. *l.*3.*n.*26. *C. de ann.& trib. lib.*10. D. Hier. de Leõ *dec. Valent.*82.*ii.*1.*per tot.* Paul. Chriſt. *deciſ. Belg. vol.*3.*deciſ.*105. Renat. Chop. *d. tit.*10.*n.*2.*&ſeqq.* Põte *de poteſt. Proregis tit.*4.*§.*8.*n.*42. Tapia *dec. Sicil.*23.*n.*44.*&* 47. Nouar. *de grauam. vaſſal grauam.*1. *per tot.&ſeqq.*

Et ſicuti à domino inferiori collecta, aut tributum ſine Regia facultate imponi non valet, neque etiam à ciuitate particulari, vt *ex l.*2. *C. vectig. nou. inſtit. non poſſe l. fin. tit.*7.*p.*5. vbi Greg. Lop. *gloſſ.*1.*&* 7. Molin. *de inſt.& iur. d. diſp.*666. *verſ. ciuitates*, Farin. *de furt. q.*172. Salicet. *d. l.*2. *C. noua vectigal.* Capic. *deciſ.*148.*n.*2. Bertachin. ab eo adductus *de gabell. part.*1. *numer.*15. Tob. Nonio. *conſ.*47.*num.*6. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*43.*n.*1. Camill. Borrel. *Sum deciſ.*3.*p. tit.*15.*a n.*44. Auguſtin. Barboſ. *d. l.*2. *C. vectigal. noua*, Afflict. *capit.*1. *quæ ſint Regaliæ, verbo Plauſtorum, num. fin.* Roſental. *de feud. cap.* 5.

con-

concl. 65. latè Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 21. *ex num.* 12. *cum seqq.* Azeued. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recop* Camil. Borr. *d. cap.* 20. *num.* 18. Calist. Ram. *de lege Regia*, §. 26. *lit. B.* Amaya *ad d. l.* 3. *C. de annon. & tribut. n.* 11. *lib.* 10. Cancer. *var.* 3. *p. cap.* 3. *n.* 130. D. Hieron. de Leon *decis. Valent.* 82. *lib.* 1. *per totam*, Paul. Christian. *d. decis.* 105. Chop. *d. tit.* 10. Capiblanc. *de Baron. Pragm.* 14. *num.* 19. Prosper. Randel. *de Baron. pascuis, cap.* 4. *p.* 2. *fol.* 70. Ratio ea est, quod cum tributorum imponendorum ius de Regalibus sit, vt suprà traditi DD. & refert post hæc scripta latè D. D. Ioan. Bapt. Larrea *allegat. fisc. alleg.* 10. *n.* 5. & *allegat.* 59. *per tot.* Et vt ex Bart. in *l. rescripto*, § *fin. de muner. & honor. l.* 1. *C. de mulier. qui in loco lib.* 10. Socin. *cons.* 187. *vol.* 7. notat Mãdel. Albens. *cons.* 38. *n.* 2. necessaria sit illa superioritatis corelatio, & subiectionis, vt tributa indici, aut imponi valeant, & in communitate, quoad ciues, ac oppidaneos suos hæc deficiat, cum supremæ maiestatis sit, idèque inueniatur in Domino inferiori. 7

Sequitur tributa, aut collectas imponere non posse, neque hoc ius habere, nisi hi, qui ius Imperij, aut summam potestatem habeant, *cap.* 1. & ibi Afflict. & Scrib. *quæ sint Regal. l. vectigal. de publican. l. fin. C. quemadmodum ciuilia muner. lib.* 10. *d. l.* 1. & 2. *C. vectigal. nou.* Bald. *l.* 3. *C. de iur. fisc. lib.* 10. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. Bobadill. *Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 13. Flores de Mena *lib.* 2. *var. q.* 21. *num.* 11. Amaya *d. l.* 3. *num.* 6. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Castill. *tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 78. Auendan. *de exeq. d.* 2. *p. cap.* 14. *n.* 1. Petrus Greg. *lib.* 3. *de Syntagm. c.* 7. *n.* 9. Ponte *d.* §. 8. *n.* 42. Tapia. *d. decis.* 25. *n.* 44. & 47. Leon *d. decis.* 82. *lib.* 1. *ex n.* 11. Ex quo rectè constituitur à nostro Rege, vt contra imponentes nouas collectas procedatur, ne in præiudiciũ iuris Regij constituantur, & in subditorum graue detrimentum.

Sed inquis hoc ius Regibus etsi cõpetat Regali iure ad subuentionem, ac defensionem subditorum constitutum dicendũ est, seu tributa Regni, aut Imperij alimenta censenda, vt notat Mol. *de iust. & iure disp* 607. Soto *lib.* 3. *de iust. & iur. q.* 6. *art.* 7. Lesio *eodem tract. cap.* 33. *dub.* 6. *num.* 48. Torr. *ead. disp.* 44. *dub.* 1. Sanch. *cons. moral. lib.* 1. *cap.* 4 *dub.* 2. testatur post hæc scripta D. Ioan. de Larrea *allegat fisc.* 59. *n.* 12. & 17. Castill. *tom.* 7. *cap* 41. *n.* 79. Ergo dicendum est, etiam posse cõmunitates, seu ciuitates inferiores tributa, aut collectas imponere ad subuentionem sui, suarumque necessitatum. Guid. Pap. *decis.* 87. *n.* 1. & 9. & *decis.* 631. *n.* 17. Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 5. *n.* 13. Auend. *c.* 14. *Prætor. n.* 2. Girond. *de Gabel.* 1. *p. n.* 31. Ioseph. Lud. *decis. Perus.* 43. Cãcer. *d.* 3. *p. c.* 3. *n.* 130. Leõ *d. dec.* 82. *n.* 2. & 3. 8

Quibus prælibatis ad nostrum casum deueniendum est, ex Bart. *in l.* 1. *C. de superindict. & in l.* 1. *C. de mun. in quo loco, lib.* 10. notat Auend. *de exequend.* 2. *p. cap.* 14. *num.* 2. ciuitates, oppida, aut villæ posse pro suis necessitatibus collectas imponere, quam cõclusionem ex Barthol. Paul. Alber. Eguid. Guid. Pap. Burs. Ossasc. Thes. & Rimin. probat Flor. de Men. *d. lib.* 2. *q.* 21. *ex n.* 12. neque cõtra sentit Rosent. de feud. *d. cap.* 5. *concl.* 75. 9

Sed contra facit *l. fin. tit.* 7. *p.* 5. vbi cauetur, etiam in casu necessitatis non posse à Dominis inferioribus, aut oppidis collectas, aut tributa imponi, sed necessariam esse Regiam facultatem ad inductionem. Quæ constitutio corroborata fuit Regia *l.* 16. *tit.* 8. *lib.* 9. Statuente Rege Catholico, vt collecta, aut tributa à nemine absque Regia facultate consensu, aut licentia imponantur. 10

Videbatur tamen dicendum collectas, talia, vectigalia; aut tributa a ciuitate, oppido, aut cõmunitate imponi posse in casu necessitatis inter ipsos, nõ extensa ad exteros cõtributione, vt deducit Guid. Pap. *q.* 424. Pet. Greg. *lib.* 3. *Syntagm. c.* 7. *n.* 10. Et Rebuff. *in l. vnic. n.* 3. *C. de superindict.* tenet collectas generales imponere Principi tãtũ 11

aut non recognoſcenti ſuperiorem licere, particulares vero pro conſeruatione propria ipſis cõmunitatibus, vt ex *l.1.§.1. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.* quo adſentit expreſſe Ruin. *conſ.116. n.13. vol.4.* inquiens, ius ſummũ Principis eſſe, collectatio generalis, ſed impoſitio collectæ particularis fieri ab vniuerſitate, aut cõmunitate poſſe, Sic tenet Luc. de Pen. *in l. fin. C. de quibus mun. lib.* 10. Pariſ. *conſ.25. n.71. vol.1.* Nata *conſ.105. n.6.* Angel. *l.4.§. actor. de re iud.* Vveſembech. *conſ.27. n.26.* Iacob. Omphal. *de officio, & poteſt. Princip. cap.22.* Roſent. *de feud. cap.5. concl. 75. n.2. lit. C. & D.* Bart. *l.1. §. quod ſi nemo, quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Alex. *conſ.78. col.1. lib.6.* Maud. Albenſ. *conſ. 34. n.1. & conſ.407. per tot.* Boer. *deciſ. 260. num.11.* Hieron. de Leon *deciſ. 82. Valent. lib.1. per totum,* Alexand. Trentacinq. *var. lib.1. reſolut.5. ex num.6.*

12 Quæ reſolutio congruit diſpoſitioni *d.l. fin. tit.7. p.5. & l.16. tit.8. lib. 9.* Nam ibi tantum ſtatuitur, quod generale tributum, aut collecta abſque ſuperioris permiſſu, aut Regia licentia non imponantur, ergo dũ collecta non generalis, ſed particularis eſt, etiam deficiente permiſſu Regio imponi poterit ſecundum ſupradictorum ſententiam.

13 In qua varietate opinionem noſtri Reges normam conſtituerunt per *l.1. tit.6. lib.7.* ſcilicet, vt particulares collectæ à communitatibus imponi poſsint vſque ad quantitatem trium millium marapetinorum tãtum, etiam abſque Regia facultate, vt in illa l. notant Azeued. Auendan. *de exequend. 2. p. cap.14. num.4.* Flores de Men. *var. lib.2 q.21. num.15.* Amay. *in l.3. num.13. & ſeqq.* C. *de annon. & tributis lib.* 10 quo ad generales vero ſeruetur conſtitutio *d.l. fin. & 16.*

14 Sed cum tributa, aut impoſitiones à noſtra lege prohibita non ſint particularia permiſſa per *d.l.1. tit.6. lib.7.* ſed loquatur de prohibitis per *d.l. fin. tit.7. p.5. & l.16. tit.8. lib.9.* ſeruãdam eſſe noſtram conſtitutionem ex dictis videtur.

Hæc præcipuè procedunt attenta 15
ſerie noſtræ legis, quæ conuenit conſtitutioni *d. l. fin. tit. 7. p. 5.* nam ibi generalis tributorum, aut collectarum impoſitio prohibetur quod à noſtro
Rege Catholico confirmatur, ibi: *So-* 16
bre nueuas impoſiciones, o derechos recibiendo informacion de pedimiento del Procurador Fiſcal de ſu Audiencia, de todos los Montazgos, Caſtillerias, Rodas, Borras, Aſſaduras, Peages, Pontages, Barcajes, y de otros qualeſquier derechos que ſe lleuaren à los Paſtores, o dueños de ganado de nueſtra Cabaña Real, contra razon, y ſus priuilegios. Quo conueniunt, quæ cauta, ac conceſſa ſunt *al Concejo de la Meſta, ex priuil.22. en el Quaderno de la Meſta, fol.50.* & in *l.15. tit.27. lib. 9. Recopil.*

Ex his verbis, candidè lector, videbis ſecundum omnium iuriũ placito, ac Doctorum aſſenſu latã noſtram legem, cum vere conſtitutum ſit, vt tributa generalia, vectigalia, aut collectę impoſita abſque Regio priuilegio non exhauriantur: ſequentes noſtri Reges Catholici conſtitutionem *d.l.15. & 16.* Seruato municipali iure populorum quoad ſubuentionem, aut exactionem triummillium marapetinorum conſtituto ex *l.1. tit.6. lib.7. Recopil.*

Quod patet ex verbis noſtrę legis: 17
Nam vectigal, quo dicimus (*ſeruicio, y Montazgo*) generale eſt licet diſtincte ſe habeat. Nam *ſeruicio*, eſt vectigal Principi, ſeu Regi noſtro ſolutum pro protectione, ac tutela gregum, vt in *l.1. tit.27. lib.9. Montazgo*, eſt ſolui conſtitutum ob tranſitum animalium de vno termino ad alium, ſecũdum qualitatem vnius cuiuſque generis animalium, vt patet in *l.1. 2. & 3. tit.27. lib.9.* Azeued. *in l.8. illo tit.* Molin. *de iuſt. & iur. diſput.662. num.9.* Girond. *de priuileg. num.258.* Otero *de paſcuis cap.34. num.2.* Amay. *l. ciues 7. num.132. C. de incol. lib.* 10.

Sic apud Neapolitanos cõſtitutum 18
ius

ius Dohanæ Manepeculum ex Moles *decis Reg. Camer. Neap. q. 21. fol. 189.*

18 Sed abs re non erit quærere an apud antiquos hoc ius, seu vectigal cognitũ sit. Sane Senec. notat pro transitu liminis vectigal impendi solitum, & de vectigali itineris, aut transitus meminit I. C. in *l. si quis 22. de donat. inter.* Sed hoc vectigal, quod portoriũ dicitur ad aliud munus pertinet, ideò transeundũ est quærere hoc ius, seu vectigal pro transitu animalium impositum, quale sit.

19 Sane illius exactionis meminit cõstitutio Andronici iunioris relata à Buleng. *lib. 9. vectig. Rom. cap. 88.* ibi: *aut quadrupedum negotiatione non distracti in petitionis Campanistici.* Quid verò sit campanisticum, vide Buleng. *d. lib. 9. cap. 86.*

20 Nec silent sacræ litteræ pecudum vectigalia 4. *Reg. c. 3. Machab. 1. c. 10.* sed tamen id genus non soluebatur Regi à subditis, sed Reges Regibus insignum recognitionis soluebant pecudũ vectigalia, sic factum Romanorum tẽpore notat Strab. *lib. 11. Geograph.* Nã Capadoces Persis quot annis M. D. equos, duomillia mulorum, ouium quinquaginta millia præstitebãt, & ipse Strab. notat Hispanias præstasse Romanis equos.

21 Quo omisso, nisallor, credo vectigal, *del seruicio, y montazgo*, succesisse loco illius, quod apud antiquos Scriptura dicebatur e pascuis perceptum, vt ex Marco Tulio deducitur pro Flacco. *Mirãdum est homines eos, quibus odio sunt nostræ secures nomen acerbitati scriptura,* & melius pro Lucio Manilio: *Nam cũ hostium copiæ non longè absint, etiam si irruptio facta nulla sit, tamẽ pecora relinquũtur: agricultura deseritur. Mercatorum nauigatio cõquescit: Itaque neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest.*

22 Hoc ius haud censendũ est pretium à locatore concessum pro locatione pascuorum domino particulari, vt apud Nos, *el precio del arrendamiento de las dehesas*, vt deduci poterat ex Iuuenali.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur.

Iudæis, quorum Cophinus, fœnumque supplex.

Omnis enim populo mercedem pendere iussa est.

Sed quod Reipublicæ impendebantur, vel ratione pascuorum publicorum festus traditus à Lips. *de magn. Roman. lib. 2. cap. 1. Scripturarius ager publicus appellatur, in quem vt pecora pascuntur certus est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore*, vel transitus vt ex Varron. notat Bulenger. *de vectigal. Roman. lib. 9. cap. 11. Quemadmodum inscriptæ merces, quas in portu insitor professas non esset apud publicanum incommissum cadebant. Ideo Pastores numerum capitum sui pecoris apud Scripturarium profitebantur, & in singula capita aliquid pendebant quæ scriptura dicta est.* De quo plura congerit Prosper. Randel. *de Regijs Pascuis, 1. part. cap. 16.* & antea *cap. 3.*

Nota rectè Bulenger. verba, & vide *l. 1. & sequentibus tit. 27. lib. 9.* & videbis constitutionem *del seruicio, y montazgo*, eandem, ac scripturam esse, quo sensu Bulenger. conuenit Lipsio *d. lib. 2. cap. 1.* Pancirol. *variar. lection. lib. 3. cap. 31. fol. 366. littera A.* Guter. *de officio Domus August. lib. 3. cap. 17. fol. 559.* Petrus Gregor. *lib. 3. Syntagm cap. 15. num. 13.* Adrianus Turneb. *lib. 1. aduersar. cap. 5.* Camil. Borrel. *de magistrat. lib. 4. cap. 6. num. 10. & sequentibus*, Prosper. Randel. *de pasc. 1. part. cap. 3.* Quamuis credat Otero *de pasc. cap. 34. num. 2.* hoc ius *del seruicio, y montazgo* succesisse loco tributi pascuorum quod generale erat, vt notat Plin. *lib. 18. cap. 3.* Carol. Sigonius *lib. 2. antiq. Roman. cap. 4.* Renat. Chopin. *de iurisd. andegau. lib. 1. capit. 2. num. 1.*

Sed tamen his omnibus reiectis dicendum est hoc ius, *del seruicio, y Montazgo*, municipale vectigal esse apud nos constitutum, sicut fuit nouiter constitutum ius Dohanæ Manepe- 23

cudum á Rege Alphonſo I. apud Neapolitanos vt Regens Moles *deciſ. Reg. Camar. Neap. q.* 21. *de dohan. manepecud. fol.* 188. *B. verſ. Rex vero.* Nam quidquid dicat Otero, & cæteri aſsimilandum non eſt tributo paſcuorum, quod antiquitus exigebatur: nam ſcriptura; quod erat vectigal paſcuis impoſitum non ratione dominij, nec tributi ſoluebatur, ſed ratione paſtionis paſcuorum publicorum, ac ex eo quod ad paſcendum locabantur, vt in tit. C. *de paſc. public. lib.* 11. patet, & ibi Luc. de Pen. Plat. Rebuff. Cuiac. & Neuio Proſper. Rand. *de paſc.* 1 *p. cap.* 2. quod denotat Roſin. *Rom. antiq. lib.* 10. *cap.* 22. ibi. *Scriptura quod ex paſtione paſcuorum publicorum.* Denotat hæc eleganter Apian. *lib.* 1. *Bel. ciuil.* in hæc verba: *Agri igitur, quod cultum erat Colonis fere adſignabant, quod in cultum (vt multa per bellum) id alijs cupientibus elocabant parte decima fructuum ſibi retenta in agris ſatiuis, in plantarijs, aut arboretis quinta: in paſtionibus autem certum pretium diffiniebant in capita minoris pecoris, maioriſque.*

24 Deduces hoc ius, ſi ad Agrarias leges recurreres: ſatis enim inuenies apud Scriptores paſcua publica libera fuiſſe, licitum quibuſque eadem paſcere, poſteaque in publicum redacta prohibitum, pœnas contra paſcentes conſtitutas, de quo Ouid. ſic fatur.

Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant.

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Hinc etiam locupletes, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Sed iam devetito quiſque parabat opes.

Venerat in morem pupulo depaſcere ſaltus

Idque diu licuit, pœnaque nulla fuit.

Vindice ſeruabat nullo ſua publica vulgus.

Iamque priuato paſcere inertis erat.

Plebis ad Ediles perducta licentia, talis.

Publicios, animus defuit ante viris.

Rem populus recipit, mulctamque ſubuiere nocentes.

Vincibus laudi publica cura fuit.

Mulcta data ex parte mihi magnoque fauore.

Victores ludos inſtituere nouos.

Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes.

Vtile nunc iter eſt, publiciumque vocant.

Ad curam paſcuorum publicorum 25
neque ad libitum paſcerentur, lata fuit lex Thoria à Sp. Thorio, quę duo capita habuit. Primum, nequis vectigal agrorum, quos poſsideret, ſolueret: Secundum, cauet de paſtione pecoris, vt notat Carol. Sigon. *lib.* 2. *antiq. iurium Ital. cap.* 2. Roſin. *lib.* 8. *antiquit. Rom. cap.* 10. in cuius legis pœnas incidiſſe Lucilium refert Cicero *lib.* 2. *de orat.* & de *Thoria, & præmeretur Lucilius ab his qui à pecore eius depaſci agros publicos diccerent*, de quo iudicio meminit Hotoman. *de leg. Roman. de l. Thor.* Hieron. Verrut. *eodem* Anton. Auguſt. *de l. Thoria fol.* 139. Petrus Gregor. Tholoſan. *lib.* 3. *Syntagmat. cap.* 15. *num.* 14. Roſin. & Sigon. dd. locis.

Huius legis prohibitio, vectigal- 26
que ex paſtione publicorum paſcuorũ impoſitum non erat ratione ſuperioritatis, ac protectionis animalium, ac ex eo quod ſub Regio patrocinio, ac tutela degunt, vt ex *l.* 11. *tit.* 27. *lib.* 9. deducitur ex Otero *de Paſc. d. cap.* 34. *n.* 3. & 17.

Sed ex eo quod Romæ paſcua publica erant, ex quibus vectigalia pertinebant ad Erarium publicum, vt notat Petrus Greg. *d. cap.* 16. *num.* 13. quæ ab ipſo fiſco locabantur, vt paſcerentur, *l.* 1. *& toto tit. C. de fund. limitroph. l.* 1. & 3. *C. de paſc. public. lib.* 11. vbi Luc. de Pen. Rebuff. *d. l.* 1. *C. de paſc. public. lib.* 11. Camil. Borrel. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. ad finem, Cuiac. *ad d. l.* 1. *C. de paſc. public.* Proſper. Randel.

de

de paſcuis 1. part. capitul. 2.

27 Quæ legis Thoriæ conſtitutio ab Imperatoribus Honorio, & Arcadio extẽſa fuit ad Prata Apamena Antiochenæ ciuitatis conſtituentibus in *l. 2. C. de paſc. public. lib.* 11. vt a publicis pratis Apamenis animalia militum arceantur, in quo videndus Cuiac. *lib. 1. obſeruat. cap.* 19. qui in illius legis, menda a communi lectione operam nauauit, Andr. Alciat. ad Rubr. eodem titul. Quamuis Rebuff. & Luc. de Pen. credant illius legis conſtitutionem latam fuiſſe ad conſeruationem locorum conſtitutorum ad ſolatium Principis, nec de prato communi intelligendum eſſe.

Quo ſenſu adhęrendum credo propter generalitatem conſtitutionis, pariterque ad ſemouendam Doctorum diſcordiam circa intelligentiam pratorũ Apamenſium: Nam cum hoc ius, ſeu priuilegium magnum ſit, videbatur intelligendum de Apamea Bythinia, quam coloniam Romanorum fuiſſe patet ex *l. 1. C. de cenſibus*, in ora Propontidis ſitam, vt teſtatur Volat. *lib. 10. geographi.* inter oſtia Rhindaci, & Aſcanij fluminis. Quamuis Cuiac. *d. l. 1. obſeru. cap.* 19. non de illa Apamea intelligendam eſſe voluit, ſed de Apamea Syriæ condita à Seleuco Nicanore, de qua inquit Volater. *lib.* 11. geograph. *quod huc milites Macedones conuenirent, vt equi alerentur.*

28 Ex quibus dicendum eſt, hoc ius municipale eſſe a noſtriſque Regibus cõſtitutũ ſicuti poſt Romanum Imperium inventum fuit vectigal cogendi ſubditos, vt alienos greges virtute locationis à Principe factę in ſuis pratis reciperent, Pancirol. *variar. lib. 3. cap. fin. fol. 179. verſiculo onerantur.*

Ex textu vero *in l. quod ad præſens, C. de murileg. lib.* 11. deducitur ſub Romanorum, & Græcorum Imperio conſtitutum fuiſſe, vt ſingulis annis quilibet ruſticus ſolueret de quinque animalibus vnum fiſco, pro reparatione gregis Dominici, Andr. Barul. & Luc. de Pen. *in d. l. & gloſſ. ac* DD. Proſp. Randel. *de Reg. paſcuis, cap. 16 num. 37.*

Neque a Romanis cognitum licèt 29
tanta paſcuorum cura fuerit taliter, vt Plinius *lib. 8. c. 3. cẽſeat omnia ex quibus* vectigalia recipiebantur, paſcua fuiſſe dicta à Buleng. *lib. 9. de vectigal. Rom. cap. 11.* Petr. Gregor. *d. lib. 3. Syntagm. cap. 15. ex num. 13.* Renat. Chop. *ad ll. And. lib. 1. cap. 21. num. 2. & de priuileg. ruſtic. lib. 2. cap. 1.* Otero *de Paſc. d. cap. 34. num. 2.* Petr. Fab. *Semeſtr. lib. 2. cap. 25. fol. 377.* Pancirol. *var. lect. lib. 3. cap. 31. fol. 374.*

Sed vtinam dices hoc ius tranſitus, aut pro tranſitu impoſitum, vt ex *d. l. 1. tit. 27. lib. 9.* deducitur, antiquitus etiam cognitum, vt denotant illi Ouidiani verſus.

Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes.

Vtile nunc iter eſt, publiciumque vocant.

De quo Varr. *de ruſtic. lib. 2. cap. 9.* 30
Adrian. Turneb. *lib. 3. aduerſ. cap. 22.* quod *de Montazgo*, intelligendum credo, conſtitutum ob tranſitum terminorum tantum, ſeu quod illi termini de quorum vtilitate dominus ratione domicilij non gaudet a pecoribus calcantur, ob quod tributum ſoluebatur, vt notat Adrian. Turneb. *d. l. 3. cap. 22.* Deducitur hæc intelligentia ex elegan ti doctrina Varron. *de ruſtic. lib. 2. cap. 1.* inquiens, ob tranſitum ſolutã ſcripturam, ibi: *Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerint, lege cenſoria commitant.* Et poſtea: *Quod accidit his, qui percales ſylueſtres longinquos ſolent comitari in æſtiua, & hiberna.* His conuenit Turneb. 12. *aduer. cap. 14.* Hoc ius *del ſeruicio y montazgo*, pro tranſitu ſolutũ, ſeu impoſitum cognitum, & conſtitutũ apud Neapolitanos teſtatur ex Frech. *de ſubfeud. auth. 46. num. 14.* Proſper. Randel. *de Paſcuis p. 1. cap. 2. fol. 9.* Moles *de Regal. Regn. Neapol.* Nam ad paſcendum nequaquam vtilis cliuis Laur. Vall. *lib. 4. eleg. cap. 43.* neque rupes, ſed ad tranſitum ac pro trãſitu gregis

vtile iter dicendum eſt, non habita paſcuorũ ratione niſi quatenus neceſſaria ſunt ratione tranſitus, vt ex Varrone deducitur.

31 Sed tamen his omnibus ſic dictis fatendum eſt, hoc vectigal *del ſeruicio, y Montazgo* pro tranſitu ouium conſtitutum, etiã olim cognitum, ac impoſitũ, vt deducitur ex diſpoſitione *l. vſurpationem 9. C. de vect. & commiſ.* vbi patet conſtitutum eſſe vectigal per Egyptum ſuper traductione animalium, quod Arabarchia nuncupatur.

32 Varia ſanè eſt DD. diſſentio ad intelligentiam huius vocis *Arabarchia*, cũ ſic dicendum notent aliqui, alij vero *Alabarchia*, Cuiac. *lib. 8. obſeruat. cap. 37.* quem ſequitur Gothofredus *Alabarchia*, quo adſentit Buleng. *lib. 9. Imper. Roman. cap. 21.* Adriani Turneb. *lib. 27. aduerſ. cap. 25.*

Alciatus autem *lib. 1. prætermiſſor. verb. Arabarches*, non eſſe mutandam lectionem legis, ſed dicendum *Arabarchia* tenet, quem ſequũtur Rebuff. *in l. eum qui 16. verb. publicanus ad fin. de verb. ſign.* Auguſt. Barboſ. in *d. l. vſurpationem 9. num. 3.* Pancirol. *lib. 2. variar. lect. cap. 204.* Hieron. Verrut. & Caluin. *in Legicon. verb. Arabarches.*

Nec tantum in lectione huius vocis diſſentiunt, ſed etiam in ſignificatu. Nam ex Iuuenal Satyra 1. ibi.

Neſcio quis titulos, Egyptius, aut Arabarches.

Deducitur tantum publicum munus eſſe Arabarchia, ſed qua functione gauderet non explicat: Sed ex Ioſeph. *antiq. Iudaic. lib. 20. cap. 5.* deducitur Alabarches Iudicem eſſe Iudęorum, ſeu poteſtatem inter Iudæos conſtitutam: *Eodem tempore etiam Mariame dedignata Archelaum migrauit in thalamum Demetrij primi inter Alexandrinos Iudæos, tam opibus, quam genere, & tum Alabarchiæ Magiſtratum gerẽtis.* Et Euſeb. Ceſar. *lib. 2. Eccleſ. Hiſtoricæ c. 5.* vt nobilitatem demõſtraret Philonis Iudæi legationem gerentis Iudæorum apud Caium Imperatorem inquit: *Philo qui legationem præcrat Iudæorum vir in omnibus magnificus Alexandri Alabarchæ frater.* Cui conuenit Adrian. Turneb. *d. lib. 27. cap. 25.* dicens, quod Alabarches erat Alexandriæ Magiſtratus, qui Iudæis præerat Alexandrinis, Pancirol. *d. lib. 2. cap. 104.* qui ſic intelligit Iuuenal d. Satyra 1.

Atque triumphales inter quos acceſſus habere.

Neſcio quis titulos Egyptius, aut Arabarches.

Aliter hoc munus intellexit Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 9. cap. 21.* dicens, Alabarchem eſſe Principem Salis, ſeu Præfectum Salinarum, ex eo quod *Alaba* lingua Egyptia Salem ſignificat, quod ex Euſeb. comprobare nititur, Pancirol. *d. capit. 104.* Alciat. *d. lib. 1. verbo Arabarches.*

Quibus omiſsis adhærendo noſtræ *l. 9.* dicendum eſt ex mente Imperatorum Gratian. Valentin. & Theodoſ. Arabarchiam eſſe vectigal conſtitutum apud Alexandriam pro tranſitu pecorum traductorum ex Arabia in Egyptum, vt in illa *l. vſurpationem 9.* notat Salicet. Neuio, Alciat. *d. lib. 1. prætermiſs. verbo Arabarches*, & Hieron. Verrut. & Caluin. *in Lexic. eodem verbo* Barboſ. *in d. l. 9. num. 3.* Rebuff. *in l. eum qui 16. de verb. ſignificat.* Pancirol. *notic. Imper. Oriental. cap. 120.* Gothofredus *ad d. l. 9.* Cuiacius *d. lib. 8. obſeruation. capitul. 37.*

Sed ipſe Pancirol. *lib. 2. variar. lect. capit. 104.* nec tantum voluit, vt Alabarchia pro tranſitu pecorum ſolueretur, ſed pro transvectione cæterarum rerum ex Arabia in Egyptum: ſed cum communis ſenſus illius legis ſit, vt pro tranſitu pecorum tantum ſoluatur hoc vectigal aſsimilandum, *al ſeruicio, y Montazgo*, credo cum ſicuti prohibitum eſt, quod pecora inſoluto hoc vectigal non tranſeant *in l. 1. & toto titul. 27. lib. 9.* æqualiter conſtitutum fuit *in d. l. vſurpationem 9. C. de vectigal.*

Nec omittendum eſt, quantum

in

in emendatione illius legis laborarunt ſcriptores in illo verbo, *quæ ſine prohibitione ſolita*. Nam Alciat. ſenſit dicto verbo Arabarches, *ſine prohibitione* legendum eſſe: nouiter Auguſt. Barboſ. *ſine præſcriptione* credit ex Adrian. Turneb. quamuis eam lectionem penes eum, neque penes Cuiac. inueni.

Elegantiſsime vero Cuiac. *d. lib. 8. obſeruat. cap.* 37. credit dicendum *ſine præbitione ſolita*, non prohibitione: nam ſi Arabarchia vectigal eſt pro tranſitu impenſum, non prohibitum tranſitum pecorum dicendum, ſed prohibitum abſque præbitione ſolita ideſt, nõ ſoluto vectigali Arabarchiæ, vt notat Cuiacius, Pancirolus, *d. lib. 2. cap.* 104. Quibus (ni fallor) adhærendum eſt reiecta cæterorum interpretatione, vt & etiam adhæret Gothofred. *ad d. l. 9.*

33 Secundò prohibitum eſt dominis particularibus, ſeu Ciuitatibus, aut oppidis conſtituere vectigal, quod dicitur *Caſtilleria, y Roda*: Hoc vectigal ſoluebatur militibus, ſeu dominis Caſtellorum pro defenſione ouium, aut gregum paſcentium circa limites hoſtium, cum degerent ſub tutela, aut defenſione illorum *l. 9. titul. 7. lib. 4. ordinam. l. 9. tit. 5. lib. 6.* Docti in illo præcepto tradito à D. Franciſc. de Amay. *in l. 1. n. 37. C. de ann. & tribut. lib.* 10. ex Incognito Authore: *Eſt præterea inter commoda Reipublicæ vtilis limitum iura ambientium vbique latus Imperij, quorum tutelæ aſsidua melius Caſtella proſpicient, ita vt millenis interiecta paſsibus ſtabili muro, & firmiſsimis turribus erigantur: quas quidem munitiones poſſeſſorum diſtributa ſolicitudo ſine publico ſumptu conſtituat, vigilijs in his, & agrarijs exercendis, vt Prouinciarum quies circumdata quodam præſidij cingulo in læſa requieſcat.*

34 Hoc ius deducitur ex antiqua conſtitutione Caſtellorum ac militum in eis metantium ad defenſionem limitum Imperij, aut Regni: Nam Caſtella ad reprimendos hoſtium impetus conſtituta fuiſſe patet, facto Imperatoris illius, qui ripas Eurimedontis fluminis oppidis, aut Caſtellis muniuit, ne Perſæ Bythiniam opprimerẽt. Referunt Hiſtorici Andronium Imperatorem decem & quinque Caſtella, quæ in cacumina montis Hemi conſtituta erant à fundamentis excitaſſe, alia ſuperædificata, vt auerteret aſsiduos Scytarum tranſitus, vt etiam factum à Cęſare refert Lucan.

Turritaque ſummis
Diſponit Caſtella iugis.

De quo Buleng. *lib. 3. Rom. Imper.* 35
cap. 8. & 9. quod ſic neceſſarium crediderunt ſcriptores, vt ea commendet ſuo Principi D. Thom. *lib. 2. de Regim. Princ. cap 11.* Gregor. Lopez *l. 1. verbo fortalezas tit. 18. part. 2.* Et vt patet apud Procop. *lib. 4. ædific. Iuſtin.* Imperatores Romani, vt barbaris tranſitum præcluderent vltra fluuium Iſtrum habitantibus, vniuerſam ripam illius caſtris, ac propugnaculis valarunt, quod de Adrian. Imperatore narrat Spartian. *Frequenter in plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis fundituſ iactis barbaros ſeparauit*, & Claudian. de defenſione limitum à limitaneis militibus facta ſic cecinit *de Bello Getico.*

Tutumque remotis
Excubijs, Rhenum ſolo terrore relinquunt.
Vlla nec poſteritas credit Germania quondam.
Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim,
Principibus, tota poterat cum mole teneri.
Iam ſeſe placidam præbet Stolicõnis habenis.
Vt nec præſidijs nudato limite tẽtet.
Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem.
Incuſtoditam metuens attingere Ripam.

Hæc

36 Hæc cura magna fuit omni tempore apud nos, vt videre licet *in l. 1. d. tit. 18. part. 2.* cum in eis consistat defensio populorum. *Otrosi, estas fortalezas sobredichas le dan esfuerzo, è poder para guarda, è amparamiento desi mismo, e de todos sus Pueblos, l. 2. & 3. tit 5. lib. 6.* Azeued. *l. 1. num. 3. eodem tit. & lib.*

37 Castra autem, aut Castella postea dicta, a limite vbi constituta fuerunt limitrophia dicta sunt, vt in *l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11.* Quorum vtilitas ad defensionem transeuntium summa fuit, vt Veget. *de re militar. lib. 3. capit. 8. Nam a Castris diminuto vocabulo sunt nuncupata Castella, intra quæ in angarijs aliquanti pedites, equitesq; de gentes tutum iter comeatibus præstant.* Quod sic comprobat Menand. *in method. laudand. verb. Vt per ciuitates ad fluuium à Romanis condita eaquæ dicuntur Castella, ne transeuntes barbari grassarentur*, & Socin. *lib. 2.* criminatur Constantinum, quod cum Diocletianus limites Burgis, & Castellis muniui esset, vt aditus occluderetur barbaris, Constantinus limitaneos milites a limitibus reuocauerit.

38 Hæc cura, ac defensio limitum primò susceptа videtur ab Augusto, qui rerum potitus Romani Imperij Prouincias diuisit, ad tuitionemque limitum infinibus Imperij milites legionarios constituit ex Dion. *lib.* 55. creatis ad id limitaneis militibus, ac Ducibus, qui erant 13. cum 48. legionibus, cuneis equitum 102. alijs equitum 105. cohortibus peditum 53. auxilijs militum 32. classibus fluuialibus 6. vt ex notitia Imperij deducunt Pancirolus, *in ea capit.* 156. Bulenger. *de Imper. lib. 3. cap. 8.*

39 Deducitur etiam ex *l. curæ 4. C. de offic. Magistr. offic.* ex qua patet quanta semper fuerit cura Principum in conseruatione castrorum limitrophorum, in qua videndus Cuiacius, *lib. 3. obseruat. cap. 24.* vbi notat plura nomina fuisse Castellis attributa, vt clausuræ, Burgi, &c. De quo D. Franc. de Amaya in *l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10.*

Meminit horum militum limitaneorum, ac castrorum Comites, Imperator *in l. 1. l. viros 8. C. de diuers. offic. lib. 12. l. 1. C. de offic. quæstor. l. quamuis 19. C. ad l. Iul. de adult. l. 14. C. de re militar.* 40

A limite enim cuius custodia concredita est, limitanei Duces, ac Comites dicti sunt, Lamprid. *in Alexand.* 2. Vvolfang. Laz. *lib. 1. Reipublic. Romanæ cap. 2.* Pancirol. *in not. Imperij Orientalis cap. 139. & var. lib. 2. capit. 189. & lib. 4. capit. 33.* Bulenger. *de Imper. lib. 2. capit. 8.* Et milites limitanei a tuitione, ac defensione limitis vt eleganter Alciat. *in rubr. C. de fund. limitroph. lib. 11.* Cuiac. *in l. 1. C. eodem*, & Bulenger. *in d. lib. 3. cap. 9* notat ex Suida, limitaneos milites constitutos aduersus Persarum irruptiones, sicuti erant apud Thermopilas ad custodiam fautium illarum Luc. de Pen. *in rubrica, C. de fund. limitroph.* & Plat. & Neuio, *in l. 1. C. eodem.* Ioan. Selden. *de Domin. Mar. cap. 6. lib. 2.* D. Franc. de Amay. *in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. ex num. 5.* 41 42

Alimenta autem his limitaneis militibus conferuntur, constitutis ad id fundis limitrophis, vt in *l. 1. Cod. de fund. limitroph. lib. 11. l. nulli, C. de fund. patrim. eodem lib. 11.* vbi Cuiac. *& lib. 3. obseruat. cap. 24.* Amaya *lib. 1. obseruat. cap. 1. numer. 61.* Petrus Fab. *lib. 2. semestr. cap. 4. vers. Ea colonia*, Carol. Sign. *lib. 1. antiq. iur. Ital. cap. 15.* Fundi enim limitrophi, siuè limitanei dicebantur qui expulsis hostibus manu capti sunt, vt notat Cuiac. *lib. 2. obseruat. cap. 9.* Petrus Fab. *lib. 2. semestr. cap. 4.* Forcatul. *dial. 18.* Donel. *lib. 4. cõm. capit. 27.* & ibi Oſuald. *littera A.* Et Aluarus Valasc. *de iur. emphyt. q. 16. num. 10.* notat, limitrophos fundos dicendos ab hostibus captos militibus censos 43

pro

pro meritò bellicæ virtutis, & ex Budeo, Celio, Beroald. & Pyrrho *numer.* 11. Ioann. Garc. *de expens. capit.* 22. *numer.* 43. & Andr. *in rubr. Cod. de fundis Limitroph.* tenet Limitrophos fundos dici ex eo, quod illorum possessores tenerentur limitaneis militibus annonam offerre: Quanta verò sit hæc alimenti conferē di militibus necessitas, notat Veget. *de re militar. capit.* 3. Amaya *d. l.* 1. *ex num.* .Quanta sanè sit quantitas, seu stipendium limitaneis militibus assignatum, notat Cassiodorus, Cuiacius *dict. lib.* 3. *capit.* 24. Panciro. *var. dict. capit.* 189. Si tamen volueris scire à quo tempore inceptum stipendia conferre militibus, vide Posth. *lib.* 16. ex Lips. Demster. ad Rosin. *lib.* 10. *capit.* 4. *fol.* 751. *littera C.*

Erant etiam Castellarijs militibus fundi ad annonam assignati, qui Castellani appellantur, *in l.* 2. C. *defund. Limitroph. lib.* 12. vbi Cuiac. *in rubr.* de quo meminit Amaya *dict. l.* 1. *C. de ann. & tribut. num.* 37. Ex quo, & ex eo quod Platea notat *in l.* 1. C. *eod. ex textu in l. Lucius, de euict.* scilicet militibus conferri stipendia, seu annonas debere ab his, in quorum tutela, aut defensione metantur, in cuius legis Lucius de euictionibus intelligentiam latè D. Franc. de Amaya *in dict. l.* 1. *& num.* 14. *& seqq.* laborauit.

Sed cum hoc nostrum non sit ad materiam redeundum est, & dicēdum recte constitutum apud nos hoc ius, quòd dicimus *Castilleria, y Roda*, vt è Castellis greges ab hostium in cursu de populatione, aut inuasione defenderentur, vt patet ex dictis, quo conuenit Sebastian. Neuio *in Syst. ad l.* 1. *num.* 4. C. *defund Limitroph* vbi videndi Rebuf. *in Rubr.* & Luc. de Penna.

Deduces hęc omnia ex textu *in l.* 2. *C. de offic. Præf. Afric. in §. pro limitaneis*, vbi hæc ad nostrum in casum extant verba: *Pro limitaneis vero ordinandis, necessarium nobis esse videtur, vt extra Comitatenses milites, qui per castra sunt milites limitanei constituantur, qui possint, & castra, & ciuitates limitis defendere, & terras colere:* Et postea: *Limitaneorum constituas numero in vnoquoque limite, vt si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei, sine Comitatensibus militibus vna cum Ducibus suis adiubare loca, &c.* Ex quo deducunt Scribentes, limitaneis militibus constituta esse certa stipendia, quę secundum consuetudinem tribuantur, vt in *l.* 2. notat Augustin. Barbos. quo conuenit dispositio *dict. l.* 9. *Ordin. & Recop.* circa constitutionem iuris, quòd dicimus *Castilleria.* Cùm illæ leges id seruare statuant, quod iure, ac consuetudine receptum est, quod etiam commendatur in *d. §. pro limitaneis.*

Sed cum ad adquisitionem huius iuris potestas necessaria sit, aut principalis authoritas, vt infra dicemus, rectè illius ex actio illegitima a nostra lege prohibetur, sicuti cæterorum iurium in ea contentorum.

Nam potestatis principalis erat tantum hæc constitutio, aut assignatio fundorum Limitrophorum, vt in *l.* 1. *&* 3. *Cod. de fund. Limitroph. lib.* 11. deducitur *l. omnes* 8. *l. nulli* 13. *Cod. de fund. patrim. eodem lib.* eleganter Cassiodor. *lib.* 2. *epist.* 5. Sidon. Apolin. *lib.* 2. *epist.* 3.

Huius quidem potestatis virtute voluit D. Francisc. de Amaya *lib.* 1. *obseruat. capit.* 1. *ex num.* 58. *& in l.* 1. *ex numer.* 14. *Cod. de annon. & tribut. lib.* 10. quòd posset Princeps conferre, militibus limitaneis prædia, ad limites Rheni constituta, partim pro tuitione limitum Imperij, pro qua, & eis alimenta conferre erat necesse, partimque vt ardentiori animo pro conseruatione proprij iuris prospicerent, vt eleganter ex Quintilian. notat Amaya *d. l.* 1. *numer.* 20. Ex quo

etiam

etiam potuit à Principe permitti exactio illius iuris de *Caſtilleria*, & vt etiam Regnum ab hoſtium inuaſione defenderent, attenta vtilitate propria, quæ in milite ſumma eſt, vt notauit Alexander Magnus, dum ſpolia exercitus darij ſuis refert militibus, a quo nec diſſentit Diuinus Spiritus Iſraelitis opimos fructus terræ promiſsionis exponens, & etiam Princeps potuit dum bono Reipublicæ cõuenit prohibere ſimiles exactiones, vt in noſtra lege.

54 *Aſſadura*, etiam dicitur ius, quod ob tranſitum pecudum, & armentorum ſoluitur aliquibus in locis, quod ius eſt tradere vnam pecudem de certo numero ad electionem receptoris tributi, dummodo non eligat tintinabulum deferentem, vt Molin. *d. tract. diſp.* 662. *num.* 8. de quo meminit Otalor. *de nobilit.* 1. *part. capit.* 2. *numer.* 26. Guirand. *de priuileg. numer.* 233.

55 Prohibitum etiam eſt fratribus Meſtæ indicere tributum, quod dicitur *Borra*, ſcilicet, quod habens centum oues, aut plures ſoluat, quot annis agnum vnam anniculam, quæ dicitur *Borra*, vt Pater Molina *de iuſtic. & iur. diſp.* 661. *num.* 9. Meminit Otalor. *de nobilit.* 1. *p. cap.* 2. *num.* 26.

56 Hoc ius conſtituitur, & ſoluitur certis perſonis quæ ſeruare tenentur loca cædua, & ne contra præſcriptas leges ligna ſcindantur.

Sed ſciendum venit, quæ ſint hæc loca cædua, ſanè ſylua cędua, & arbores cęduæ dicuntur, quæ in hoc habentur, vt ſcindantur, vt deducitur ex *l. ſilua cædua, de verb. ſignific. l. ex ſilua, de vſufruct.* & quarum fructus inſciſsione tantum conſiſtit, vt ex *l. diuortio*, §. *quod in anno, ſolut. matrim. l.* 27. *tit.* 11. *part.* 4. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. *& ſequentib.* Ioan. Gutierr. *de tutell. p.* 3. *cap.* 27. *num.* 2. Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *numer.* 31. *&* 32. Mieres *de maior.* 4. *part. queſtion.* 39. *num.* 5. Barboſ. *l. diuortio* 8. §. *ſi fundum num.* 2. *ſolut. matrim.* D. Ioan. del Caſtill. *de vſufr. cap.* 25. *num.* 42. Otero *de paſc. cap.* 1. *ex num.* 4. Proſper. Randel *de paſcuis* 3. *part. de defenſ. & paſc. vniuerſ. capit.* 5.

Sed notandum eſt hoc ius, quod dicimus *Borra*, fuiſſe inſtitutum pro conſeruatione arborum cæduarum, quarũ cura eſſe debet, vt ſcindantur ſecũdum præſcriptionem legis, vt ex ſtirpitibus aliæ naſcãtur. Ex hoc credidit Alciat. *in d. l. ſilua cædua, de verb. ſign.* cæduas arbores dicendas, quæ excidſſæ repullularent de hisque locutum fuiſſe l. C. de quibus cura fuit commiſſa his, quibus aſsignatum fuit hoc ius *Borra*, ſcilicet, vt curarent, ne arbores ſcinderẽtur radicitus, ſed ſtipites remanerent, vt renaſcerentur, quo conuenit Neuio in Syſtem *ad l. ſilua cædua, de verb. ſign.* Ioan. Gutier. *d. cap.* 27. *num.* 2. *& ſeqq.* Petr. Rebuff. *in d. l ſilua, de verb. ſignif.* Conan. *lib.* 4. *comment. cap.* 1. *ex num.* 4. qui notat ex ſilua cædua, licitum tantum eſſe ramos arborum ſecare, Petrus Barboſ. *l. diuortio* 8. §. *ſi fundum ex num.* 2. *ſolut. matr.* 57 58

Taliter vt Pinelus *in l.* 1. C. *de bon. mater.* 2. *part. numer.* 59. credat neceſſario vt ſilua cædua dicatur eſſe, quod arbor cæſa breui renaſci poſſit. 59

Hæc prohibitio ſciſsionis arborum potuit induci plurimis ex cauſis, ratione ipſarum arborum, ac vt ex eis vtilitas ædificijs ſequatur, ac bono publico, vt Lamprid. in Alexand. qui vſum ſiluarũ deſtinauit ad opus Thermarum, Pancirol. *var. lib.* 1. *cap.* 62. Cuiacius *lib.* 10. *obſeruationum, cap.* 15. 60

Ex quo inductum, ac creatum officium cuſtodis ſaltus patet ex ſacris litteris 2. *Eſdr. cap.* 2. ne abſque Regio placito ligna ſcinderentur, & ſic ad reædificationem Templi Ieruſalem fuit Epiſtola ſcripta Aſaph, cuſtodem ſaltus Regis, vt daret Iudæis ligna ad ædificationem Templi, &c. Petrus Gregor. *d. lib.* 3. *Syntagm. cap.* 16. *num.* 3. 61

Pro

62 Pro conseruatione artis nauticę constitutam prohibitionem scissionis arborum diximus ad *l.* 34. *tit.* 7. *lib.* 1. *ex numer.* 71. *cum seqq.* quo adde Veneticam constitutionem relatam a Petro Gregor. *lib.* 3. *Syntagm. cap.* 16 *num.* 2. Prosper. Randel. *de Regijs Pascuis, cap.* 15. *fol.* 34. De hoc genere, ac munere conseruatorio arborũ intellexit illud Virgilij.

Si canimus syluas, syluæ sunt consule dignæ.

Petr. Rebuf. in *l. sylua* 30. *de verbor. signific. fol.* 176. *vers. Inde saltuarium,* Marc. Anton. Surgens, *Neapol. illustrat. cap.* 24. *num.* 28.

63 Sed semota vtilitate, quæ ex arboribus cæduis prouenit, de qua latè Scribentes ad intelligentiam, *l. ex sylua, de vsufruct. l. diuortio, §. si fundum, fol. matrimon.* & quæ congerunt Molin. Ioan. Gutierr. Barbos. Castill. Otero, Ioan. Garc. traditi suprà, dicendum est apud nos constitutum in *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 7. vt arbores cæduæ non scindantur radicitus, imò conseruentur permissa illarum scissione, *No los cortando por pie, saluo por rama, y dexando en ellos horca, y pendon por donde puedan tornar à criar*, Barbos. *d. §. si fundum, numer.* 7. De quo Gallicas constitutiones refert Petr. Gregor. *d. lib.* 3. *Syntagmat. cap.* 16. *numer.* 2.

64 Sed vndè ex his arboribus vtilitas gregibus, vt ex inde hoc ius *de borra*, constitutum pro custodia, seu cura, ne scindantur loca cædua? nam sylua quę gregibus vtilis videtur, non cædua, sed pascua dicitur, *d. l. sylva cædua, §. fin. de verbor. signific.* vbi Alciat. & Rebuf. *l.* 8. *tit.* 33. *part.* 7. Otero *de Pascuis cap.* 1. *num.* 7.

65 Credo tamen dicendum vtilem esse gregibus conseruationem arborum cæduarum, etsi non ratione pascui ratione tamen tradita, à *d. l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 7. *Para guarecer los ganados de Ibierno*, & melius in *l.* 15. *eiusd. tit. Y que ay mucha desorden de los disipar, de que resulta que no ay abrigo para los ganados en tiempo de fortuna.* Ob idque commendatur hæc cura ciuitatibus oppidis, &c. à *d. l.* 7. *&* 15.

Quæ prius concredita fuit, *a los Caualieros de la Sierra*, quorũ munus erat, conseruatio arborum cæduarum, ob idque soluebatur eis illud ius *borra*, vt Molin. *de iustit. & iur. d. disp.* 661. *num.* 9. quod denuo induci, aut constitui prohibitum est fauore fratrum Mestæ à nostra, l. quam seruandam censeo. 66

Aliud genus vectigalis prohibitum est indicere gregibus fratrum Mestę, scilicèt, *Peage*, quod Latinè *Pedagium* dicitur, & etiam apud nos appellatur *Portazgo*. Hoc ius soluitur Principi pro transitu rerum, mercium, onium, &c. vt deducitur ex *l. in lege censoria* 20. *de verbor. signific. l.* 3. *C. de vectigal. & cõm. ex l.* 5. *tit.* 7. *part.* 5. Bald. *in cap.* 1. *quæ sint regalia, num.* 1. *in vsib. feudor.* Alciat. *l. ad institutiones, num.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Garc. *de nobilitat. g'oss.* 1. *§.* 1. *num.* 29. Rebuf. *in l. eum qui* 16. *vers. Pedagium, de verbor. signific.* Petr. Antibol. *de muner. §.* 4. *num.* 42. Bertachin. *de gabell. in prælud. numer.* 4. Petr. Gregor. *lib.* 3. *Syntagm. cap.* 9. *num.* 10. Molin. *de iustit, & iur. d. disp.* 661. *num.* 8. Ioan. Gutierr. *de gabell. lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 9. repetit *in quæst.* 5. *num.* 14. & 15. Otalora *de nobilit. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 24. Tusch. *lit. P. cõcl.* 203. *&* 204. Bald. *cons.* 243. *lib.* 5. Mãd. Albens. *cons.* 322. *num.* 5. *& num.* 9. Cephal. *cons.* 559. *ex num.* 19. latè Octauian. Cacher. *consil.* 31. *per totum*, Brunior à Sole, *loc. com. verb. Pedagium*, Fulu. Pacian. *cons.* 100. *per totum*, Mieres *ad constitut. Cathalon. collat.* 6. *cap.* 28. *part.* 2. *& collat.* 4. *cap.* 11. *part.* 1. *fol.* 143. *& collat.* 4. *cap.* 36. *num.* 5. *fol.* 121. Francisc. Marc. *part.* 1. *decision. Delfin. quæstion.* 285. Tapia, *decision. Senat. Ital.* 8. *numer.* 12. Montan. *de regal. verb. viæ publicæ, numer.* 5. Qui omnes à subdito, aut inferiore potestatem indicendi hoc ius auferunt, vt ex supradictis Doctoribus, præcipuè vide Portol. ad Molin. *verb. Pedagium*, Sese *decision. Aragon.* 337. *ex numer.* 1. & tenent DD. tam Theologi, quàm Iuristę, adducti num. 1. & seqq. 67

68 Alij hoc ius *Portorium*, ſeu *Portarium* dicunt, vt ex Senec. & Herodian. notat Lipſ. *de magn. Rom. lib. 2. cap. 1.* Pancirol. *var. lect. lib. 3. capit. 31.* quod ex Sueton. in Cæſar. *cap. 43.* patet, vbi teſtatur, portorium pro tranſitu rerum conſtitutum á Iulio
69 Cæſare fuiſſe: Plato autem *8. de legibus* portoria à ſua Republica ſuſtulit, tamquám odioſa, quod patet ex Dionif. *lib. 37. Et quoniam portoria graviter vrbem, & reliquam Italiam offendebant*, meminit ad Roſin. Demſter. *Rom. antiquit. lib. 10. cap. 22.* Buleng. *de vectigal. Popul. Rom. lib. 9. cap. 6.* Guillelm. Beyerl. *theatr. vitæ human. verb. vectigal.* Adrian. Turneb. *aduerſar. lib. 1. cap. 5.*

70 Ad hoc ius pertinet, quod ſupra diximus, ex *l. ſi quis pro vxore, de donat. inter.* antiquitus ſolutum eſſe, ſeu conſtitutum vectigal pro tranſitu, de quo meminit Alfenus in *l. in lege cenſoria 203. de verbor. ſignificat.* vbi Rebuf. Hieronym. Verrut. *de verbor. ſignificat. lib. 14. verb. Portorium*, & Hotom. *de verb. iur. eod verb.* Portel. ad Molin. *verb. Pedagium ante numer. 6.*

71 Conſtitutum habemus hoc ius ob recognitionem maieſtatis, ac dominij apud nos in *l. 5. titul. 7. part 5.* vbi Gregor. Lopez, *verb. Portazgo*, adducens Luſitanam ordinationem, Auguſtin. Barboſ. in *l. 3. C. de vectigal. & commiſſ.*

72 Olim enim, & receptum, & conſtitutum portorium deducunt Doctores *ex l. 1. C. de Alexandriæ Primatib. lib. 11.* vbi conſtituit Imperator, quod ad repugnandum Nilum quadringétos ſolidos EDinumo vectigali præcommodarentur, hoc enim ex eo, quod ab Imperatore conceſſa fuit immunitas Corporatis à
73 purgatione fluminis. Sed in illa l. Cuiac. & Luc. de Pen. ex Acurſ. notant Dinumum eſſe vectigal, quod Principi ſoluebatur pro tranſitu mercium. Hoc ius ex ipſa *l. voluit*, Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 3. Syntagm. capit. 9. numer. 1.* quod portorium diceretur, ac inter vectigalia portorij adſcriberetur, Pancirol. *notit. Imper. Oriental. cap. 121.*

Sed notandum eſt, hoc ius por 74
torij pro tranſitu conſtitutum, nec pro limine tantum ſolui, ſed etiam pro tranſitu pontium, ac fluminum, vt notat ex Senec. Lipſ. *d. lib. 2. capit. 1. Et in pontibus quibuſdam pro tranſitu dari.* Ex quo à noſtra lege diſtinctè fuit diſpoſitum cognito diuerſa iura eſſe, quæ pro tranſitu itineris exiguntur, ac quæ pro tranſitu pontis, ideò inquit: *Portazgo, y Pontazgo*, cum *Portazgo* ſit, quod 75
pro tranſitu itineris ſoluitur, *Pontazgo*, pro tranſitu pontium. Sic diſtinxit hæc iura Alciat. *in l. ad inſtitutiones, num. 1. C de Sacroſanct. Eccleſijs*, Hieronym. Verrut. *de verbor. ſignification. libr. 14. verbo Portorium*, & Hotoman. *de verb. iur. eod. verbo.*

Meminit huius vectigalis I. C. 76
in *l. cum in plures annos, §. vehiculum locati*, ibi: *Et cum pontem tranſiret redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat*, vbi Bartol. & Bald. & Alban.

Ex quo portorium pontium dici- 77
tur à Pancirol. *var. lect. lib. 3. capit. 31. fol. 369.* Bulenger. *de vectigalibus Rom. lib. 9. cap. 6.* ex Paponio *ad conſuetudinem Barbon. §. 363.* Sebaſtian. Neuio, *in Syſtem. add. §. vehiculum*, Hotoman. *de feud. lib. 2. tit. Quæ ſint Regalia, verb. Portus, fol. 330.* Qui ſic ex Gunthero refert, *vectigal Portus, &c.* Renat. Chopin. *lib. 1.* Doman. Franc. *tit. 19. numer. 2.* Sixtin. *de regalibus, lib. 2. cap. 4. num. 13. & ſequentibus.*

Deducitur hoc ius ex diſpoſitione 78
l. ad inſtructiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ex quo textu deducitur, teneri omnes ad refectiones pontium, etiam ſi Eccleſiaſtici ſint, ſed hoc an ſoluto Portorio in tranſitu ſit, an verò per indictionē, aut collectā, vide Alciat. in *d. l. ad inſtructiones, l. 54. tit. 6. p. 1. l. 20. tit.*

tit. 32 part. 3 l. 11 tit. 3. lib. 1. Panciro. *var. lect. lib. 3. cap. 31. fol. 379. verſ. Vltima erat*, Auguſtin. Barboſ. *in d. l.* refert Bald. Rip. Bertachin. Cacheran. Guillelm. Benedictũ Siluan. Gail. Tiraquel. Auil. Baeç. Auendan. Pech. Alſen. Perez, Rebuf. Vivald. Xuar. Menoch. Mexia, Gutierr. Tolet. Sahag. Ceball. Rodriguez, Enriq. Peregrin. Aldouin. Flor. de Men. Quaranta, Azor, Marta, Pradil, Molin. Graueo, Thom. Valaſc. Garc. Cardin. Surd. Bonacin. Sanch. & Caſtill.

77 Portorium pontium olim conſtitutum, Tholoniumque appellatum, patet ex Carolo Magno, *titul. de pace, cap. 13. de Tholoneis, Vt antiqua, & iuſta Tholonea à negotiatoribus exigantur, tàm de pontibus, quàm de nauigijs, &c.*

80 Comprobatur ex alia conſtitutione tradita in *l. vt nulli 7. de Epiſcop. & Cleric. l. Longobard.* cuius hæc ſunt verba: *Vt nulli cogantur ad pontem ire ad fluuium tranſeundam, propter Tholonei cauſam, quando illi in alio loco compendioſius illum fluuium tranſire poſſunt.*

81 Sed nec deſunt dicentes, hoc ius Tholonij neutiquam portorium dicendum, cum in verò ſuo ſignificatu Tholonium ſignificet certum genus machinæ ad hauriendam aquam à flumine aptum, hoc enim, ſiue cum H. ſcribatur, vt Calepin. ſiue abſque ea, vt Pompeius Feſtus, quo conueniunt quæ de hoc verb. Refert. Adrian. Turneb. *aduerſariorum, lib. 6. cap. 15.*

82 Quo omiſſo fatendum eſt, hoc ius Tholonij, ius Portorium, ſeu vectigal Portorij eſſe, pro eoque habendum cum hoc verbum Latinum originem non habeat, ſed Saxonicum, nam vox, *Thol*, tributum ſignificat in ſenſu Saxonico, à quo Carolus Magnus, cæteriquè Imperatores Germani, hoc ius deriuarunt, illamque ediderunt conſtitutionem, vt ſenſit Petr. Gregor. Tholoſ. *d. lib. 3. Syntagm. cap. 9. num. 7.*

83 Sed reiecta interpretatione Petr. Gregor. dicendum eſt, *Tholoneum* tributi genus eſſe olim in dictum pro trã ſitu rerum; corrigenda tamen ſunt verba, *d. l. nulli, & d. cap. 13.* & vbi dicitur *Tholonei*, legendum eſt *Telonei*, mutata, o, in e: nam Telonium vectigal erat olim pro tranſitu conſtitutum, ſiue in portu, ſiue in pontibus, vt *ex cap. ſi quis Romipetas 24. quæſt. 3.* ibi: *Et mercatores nobis Teloneorum, & pedagiorum exactionibus moleſtare tentauerit.* Comprobatur hæc intelligentia ex illo D. Matth *cap. 9. Vidit hominem ſedentem in Telonio*, quod explicans *Gloſſ. Ordin.* inquit: *Telonos, Græcè: Latinè vectigal*, quo conuenit D. Nazianzen. *Carmin. de ſuis calamitatibus.*

Tres ſacrã commemorat claros doctrina Telonas.
Matthæum, Zacheum.

Conuenit etiam huic intelligentiæ, quòd de hoc genere vectigalis commemorat, auth. *de ſanctiſſim. Epiſc. §. ſi autem œconomi*, ibi: *Cùm etiam conductionem Teloniorum, &c.* vbi Gloſſ. *Tu dic. Teloniorum, id eſt, vectigalium*, meminit Alberic. *in Dictionario, verb. Telonium*, & Caſiodor. *lib. 5. epiſtol. 3.* inquit: *Telonei, quin etiã canonem nullã faciatis vſurpatione confundi: ſed modum rebus vtilimum, quem præſtare debeat imponentes comerciandi licentiam æquabili ratione reuocare:* Adſentiunt ſanè huic intelligentiæ conſtitutiones Caroli Magni, *titul. de Teloneis*, ibi: *Placet nobis, vt antiqua, & iuſta Telonea à negotiatoribus exigantur, addit. ad Caſiodor. lib. 1. epiſt. 10. num. 4.* Guther. *de offic. dom. Auguſt lib. 2. cap. 17.*

Ex quibus videtur, dicendum reiecta interpretatione Petr. Gregor. antiquiſsimum vectigal eſſe Telonium, nec tantum à Saxonis vſitatum, ſed apud Iſraelitas, & Græcos, vt ex dictis locis deducitur.

Sed dicere valent ex dictis, 84
Telonium dici poſſe locum, vbi vectigal accipitur, vt ex dict. loco

Matth. *cap.* 9. deducitur, & patet *in l.* 3. *C. de indulg. debitor. in C. Theodos.* ibi: *Publicani etiam, & Telonarij*, Maldonad. *in Matth. d. cap.* 9. *verb. ad Telonium, fol.* 196. Bulenger. *de Roman. Imperator. lib.* 9. *cap.* 4.

85 Nihilominus dicendum eſt, Telonium tributum, ſeu vectigal eſſe, quod pro tranſitu pontium, aut riparum munitione penditur, vt Franciſc. Otomanus *de feud. lib.* 2. *tit.* 56. *num.* 5. *fol.* 331. & Hieron. Verrut. *de verbor. ſignific. lib.* 18. *verb. Telonarij*, Sixtin. *de regal. lib.* 2. *capit.* 6. *ex numer.* 6. *vſque ad* 13. Abulenſ. in Matth. *cap.* 9. *quæſtion.* 31. *verb. Sedentem in Teloxio*, Proſper. Randel. *de Paſc.* 1. *part. cap.* 2. Moles, *deciſion. Neapol. quæſt.* 21. *de Dohan. Manepecud. fol.* 197.

86 Ex quo inter regalia iura Regibus competentia Telonia inueniuntur *in cap. vnic. quæ ſint regalia. in vſibus feudor.* Hieron. Verrut. *d. verb. Thelonarij*, ex doctrin. Othon. Frigens, Calnin. *in Lexic. eod. verb.* Iuſtè, ergo legendum, ex his dico, in *d. l. nulli. Teloni*, non *Tholonei*, vt dixi: Et deducit ex ipſa, l. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. Afflict. *in cap.* 1. *quæ ſint regalia, verb. vectigalia, num.* 1. & ibi Albarot. Iſern. & omnes feudiſtæ, Roſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 39. *num.* 1. & comprobat ex Nonio Bulenger. *d. l.* 69. *cap.* 4. *verſ. à Telonis*, ibi: *Telonarios interpretatur eos, qui portum obſidentes portoria exigunt*, Otalor. *de nobilit. cap.* 2. *num.* 19 *part.* 1. Proſper. Randel. *de Paſcuis* 1. *part. cap.* 2. Moles, *deciſ. Regi Camar. quæſt.* 21. *de Dohan. Manepecud. fol.* 192. Et Cuiac. *lib.* 5. *de feud. titul. de iur. fiſc.* Telonea eſſe dixit pedagia, quæ pro tranſitu fluminum exiguntur.

Ex quo omittendum eſt, quæ ad hæc genera tributorum, ac vectigaliũ pertinet, tranſeundumque ad ea, quæ pertinent ad aliam diſpoſitionem noſtræ legis.

87 Quæ omnia iura, illorumque indictionem maieſtatis, ac Imperij eſſe, ad ſummumque Principem pertinere planum eſt, ob idque recte a noſtra lege prohibitum, iuſtèque conceſſam iuriſdictionem contra talia indicentes á noſtra lege videtur, cum ex ſuprema authoritate hoc ius prohibitum ſit, vt diximus *num.* 1. *& ſeqq.* & in caſu notauit eleganter Otauian. Chacheran. *conſ.* 31. *per totum*, Portoles ad Molin. *verb. Pedagium ex num.* 1. Card. Thuſc. *lit. P. concl.* 203. Menoch. *conſ.* 5. *per totum*, prohibentes particulari domino vectigalia indicere, quod apud Hiſpanos procedere præcipuè notauimus, & ex legibus Regni, ac Hiſpanorũ Doctorum doctrina, latè *num.* 1. & 2. huius legis.

Ex quibus rectè adijcitur in noſtra 88
lege: *Y les haràn reſtituir lo que les huuieren lleuado injuſtamente.* Nam ex mente Doctorum illicitæ exactiones reſtitui in duplum debent, vt ex Bald. notat Mieres *ad conſtitution. Cathalon.* 2. *part. collat.* 6. *cap.* 28. *numer.* 4. *fol.* 113.

Deſumi quidem potuit hæc noſtra 89
conſtitutio ex diſpoſitione *l. licitatio* 9. *§. quod illicitè, de publican. & vectigalib.* Ex quo textu datur contra illicites exactores actio ciuilis, & criminalis, ratione, vt ex ipſa lege, publicæ vtilitatis, & particularis commodi, ob idque illicitus exactor ad duplum tenetur, & etiam extraordinaria pœna punitur, in quo textu videndi Alban. ad Bartol. *d. §. quod illicitè*, Sebaſtian. Neuio *in Syſt. ad eum*; D. Franciſcus de Amaya, *in l.* 1. *numer.* 18. *C. de exactor. tribut. lib.* 10.

Nam ex recepta concluſione Do- 90
ctorum iniquum, ac prohibitum eſt domino, iniuſtas recipere à ſubditis exactiones, ac imponere indebita ſeruitia, vltraque priuilegia, vt ex Ioann. Andr. *cap.* 1. *de præſcript. lib.* 6. notat Roland. à Valle, *conſil.* 18. *numer.* 9. *volumin.* 3. & ex Bald. *capit.* 1. *qualiter vaſſall. iurar. debet conſil.* 40. *numer.* 20. *volumin.* 4. Marin. Frec. *lib.* 2. *de ſubfeud. Baren. auth.* 8. *num.* 1. Capic. *de inueſtitur. feudal.*

cap.

cap. feud amittuntur. casu 47 pag 46. §. de Varone, Boer. *decis. 304. num. 4.* And. Gail. *lib. 1. obseruat. obseru. 17. num. 1.* Rosent. *de feud. cap. 5. quæst. 71. & 76. lit. B. & cap. 10. concl. 33. num. 77. & add. lit. ZZ. & cap. 12. conclus. 12. num. 139.*

91 Iniustum sanè esse subditos seruitijs indebitis opprimere, notant Doctores, ob idque iuste credit, Bald. *in cap. Imperialem, §. præterea, de prohibit. feud. alien.* posse subditos implorare officium superioris ad reprimendã dominorum auaritiam, quo conuenit Specul. *tit. de exactor. num 3.* Boer. *decis. 132.* Grammat. *decis. 104.* Mising. *singul. obseru. centur. 5. obseru. 8. num. 4.* Andr. Gail. *dicta obseruatione 17. numer. 3.*

92 Sed tamen concessum est Principi ratione publicæ vtilitatis, ex officio, vt in nostra l. procedere ad defensionem, & subventionem subditorum, vt etsi non conquærantur vassalli, iniustæ exactiones submoueantur, iniustæ non recipiantur, nec alias ni superioris laudatæ authoritate, *vt ex l. illicitas, §. Ne potentiores, de offic. Præsid.* Grammatic. *d. decision. 104. num. 5.* notat Gail. *d. obseruat. 17. num. 7.* Misinger *d. obseruation. 8. num. 13.* Rosental. *d. capit. 10. conclus. 33. ex num. 77. vsque ad 84.* Roland. à Valle, *d. consil. 4. volumin. 4. & consil. 18. volumin. 3.* Menchac. *controuers. lib. 1. cap. 18. ex num. 8. cum sequentibus.*

Hanc conclusionem deducunt aliqui ex dispositione textus *in l. prohibitum 5. C. de iur. fisc. lib. 10.* vbi vide Amaya, & Scribentes, late Rosental. *de feud. cap. 10. conclus. 33. vbi add. lit. A. A. A.*

93 Quibus omissis dicendum est ad similitudinem nostræ legis, seu potius nostram legem posse deduci ex dispositione *l. vltim. C. nou. vectigal. instit. non posse*, in quo textu Imperator Constantinus constituit, vt pœna exilij puniantur exigentes vectigalia, sine legitima authoritate, videndus Sebastian. Neuius *in Syst. gloss. verb. Commutare*; *in cap. innouamus, de censibus*, Francisc. Marc. *decision. 421. part. 2.* Baiard. ad Clarum, *§. furtum, num. 9.* Iul. Ferret. *de gabell. num. 251.* Molin. *de iustit. & iur. disput. 666. num. 2.* Augustin. Barbos. *collectan. ad d. l. vltim. num. 2. & sequentibus*, Farinac. *in practic. part. 7. quæstion. 172. num. 57.*

Ex textu *in l. etiam, C. de furt.* datur 94
actio furti contra exactores indebita tributa, aut iniustas exactiones percipientes, *l. 2. C. ex quibus caus. infam. irrog. l. 1. C. de superexactor. lib. 10. l. placet, de excusat. muner. l. per æquatores, C. de censibus, lib. 11.*

Ex quibus iuribus omissis, Docto 95
rum difficultatibus datur actio furti, ac condemnatur in duplum exactor mala fide percipiens iniustas exactiones, ac tributa in quibus iur. Videnda Glossa, & Doctores, Bart. Bald. Salicet. Nenio, Decio, & Augustin. Barbos. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 498. num. 51.* Papon. *ad consuetudinẽ Barbon. §. 358.*

Notandum est, illa omnia iura lo- 96
qui in exactoribus tributorum: in nostro vero casu, scilicèt imponentis tributa, absque facultate Principis, quod à iudice inhiberi debeat, atque ad restitutionem teneatur, videnda est dispositio *l. non solent 3.* ibi: *Non solent noua vectigalia in consultis Principibus instituí, ergo & exigi aliquid, quod illicitè poscatur competens iudex vtabit; & id quod exactum videtur si contra rationem iuris exortum est, restituí iubebit*, Mazol. *consil. 56. numer. 1. & 2.* Ludouic. *commun. allegation. conclusion. 15.* Sebastian. Neuio *in Syst. ad d. l. non solent*, Salicet. ibidem, Capic. *decis. 148. num. 2.* Roland. à Valle, *cons. 92. num. 21. lib. 2.* Misinger. *centur. 5. obseru. 29. num. 5.*

Sed nec tantum ciuili pœna puniebantur institutores nouorum vectiga- 97
lium, sed etiam de lege Iulia de vi publica, vt *in l. vlt. de vi publica*, notat Bartol. *in l. vnic. §. 1. ad l. Iul. de ambit.* Gerard. Mazol. *consil. 56. numer. 1. 2.*

& 3. Sebastian. Neuio *in Syſtem. ad d. l. fin.* Miſinger. *obſeruat. cent. 5. obſeruat. 31. num. 2.*

98 Pariter etiam pœna ambitus punie bantur, *vt in l. vnic. ad l. Iul. de ambitu*, Miſinger. *d. obſeru. 31. n. 2.* Sebastian. Neuio, & Bart. *d. l. vnic.* Tiber. Decian. *tract. criminum, lib. 8. cap. 23. n. 5.* Petr. Greg. *lib. 36. Syntagm. cap. 29. num. 22.* & Guid. Pap. *quæſt. 144.* Caſan. *ad conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 6. verb. de Poetæ.*

99 Notat Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic. vol. 3. deciſ. 105.* Galeatium primum Mediolanum Vicecomitem damnatum fuiſſe maieſtatis, ab Imperatore, quia noua vectigalia in iuſſu eius inſtituiſſet.

Quare iure conſtitutum videtur à noſtris Regibus in noſtra lege, *les haran reſtituir lo que les huuiere ſido lleuado injuſtamente*, hoc enim, *vt d. l. non ſolet*, dum illicite poſcitur. Sed cum proſequatur lex noſtra, *hallando ſer nueuamẽte impueſtos*, & diximus ſupra, prohibitũ eſſe particulari, abſque Regia facultate, aut conceſsione tributa indicere, aut imponere.

100 Sciendum eſt, an idem ſit imponere tributa noua, aut augere, cum æqualiter ſit prohibitum á lege ibi: *O acrecentados*: Omnes ſanè Doctores ſupra adducti, *num. 1.* tenentes particulares communitates, aut domini non valentes noua indicere tributa, tenent æqualiter conſtituta antiquitus eis cõceſſa augeri non poſſe, vt expreſſe tenuit Capic. *deciſ. 148. per totam*, Torres *de iuſtit. & iur. diſp. 44. dub. 1. num. 9.* cum ſi eis exactio cõpetat priuilegio ſolum fit, vt habeant ius exigẽdi antiquas gabellas, non tamen nouas imponendi, aut augendi, Molin. *de iuſtit. & iur. d. diſp. 666. num. 1. verſ. Alphonſus à Caſtro, & num. 2.* augmentum enim tributi, aut poteſtatem augendi à ſuprema poteſtate pendere, ſicuti & ipſa indictio notat nouiſsimè D. Ioan. Bapt. Larrea *allegat. Fiſc. 13. num. 20.* videndus Menoch. *conſ. 1105. per totũ præcipuè num. 16.*

Sic etiam iure communi cautum habemus in *l. vectigalia de publican. & vectigal.* ibi: *Neque præcedentia reformare, & his, vel addere, vel diminuere licèt*, vbi videndus Neuius *in Syſtem.* ex quo textu Doctores adducti, *num. 1. & ſeqq.* hanc concluſionem deducunt, ſcilicèt indictionem, augmentumque tributi maieſtatis, ac Imperij ius eſſe ob id à particularibus fieri non valet, cum ſicuti indictio ad ſummum Imperium pertinet, ſic & augmẽtum, quia pro nouo tributo iudicatur Vveſembech. *cõſ. 45. num. 45.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. capit. 6. num. 21. 23. & 24.* Curt. Iun. *cõſ. 124. num. 9.* Roland. à Valle *conſ. 91. num. 33. vol. 2. & conſ. 42. vol. 4.* Roſent. *de feud. cap. 5. concl. 44. num. 8. & addit. litera H. & I.* Maſtrill. *de Magiſtratibus lib. 3. cap. 10. num. 219.* Farin. *in pract. quæſt. 173. num. 66.* Don Franciſc. Amay. *in l. 3. num. 7. C. de annon. & tribut. lib. 10.* his omiſsis alijsvè adductis D. Ioan. Bapt. Larrea, *allegat. fiſc. 13. num. 20.*

De quo apud nos conſtitutum habe 101
mus in *l. 15. tit. 27. lib. 9.* vbi nec tantum ciuilis pœna imponitur augẽti vectigalia, aut tributa; ſed etiam crimina lis, vt amiſsio oppidi, vbi tributa extorſit, quo conueniunt conſtitutiones, *d. l. fin ad l. Iul. de vi public. & l. vnic. §. 1. ad l. Iul. de ambit.* & quæ notant Bartol. Magon. Neuio, Miſing. Decian. Petr. Gregor. & Paulus Chriſtian.

In *l. 2. tit. 11. lib. 6.* Pœna pecunia- 102
ria punitur augens noua vectigalia, de quo vide Scribentes.

Et in *l. 14. cod. tit. & lib.* exactori, aut 103
imponenti nouas exactiones, aut augẽti antiquas, pœna punitur furti, vt cõſtitutum fuerat in *l. etiam, C. de furtis*, de quo videnda, quæ adduximus *n. 94.*

Iure Canonico conſtituta eſt excõmunicationis pœna, vt in *cap. ſi quis Romipetas 24. quæſt. 3. cap. innouamus, de cẽſibus*, vbi latè DD.

In Canon Bullæ Cœnæ excom- 104
municantur, qui in terris ſuis noua pedagia, aut gabellas ſine authoritate conſtituunt, vt deducit Pater Molin.

de

de iuſtit. & iur. diſput. 666. num. 2. & 670. num. 3. verſ. Nau. cap. 27. Tolet. *in Sum. lib. 5. cap. 73. num. 3.* Duard. *in Bull. Cœnæ, lib. 5. can. 5 quæſt. 5.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 9. num. 15.* Xuar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 36.* Bonac. *de cenſur. in Bull. Cœnæ quæſt. 6. pũcto 3. num. 2.* Auguſtin. Barboſ. *cap. innouamus 10. num. 3. de cenſibus.*

Y lleuare, ſin tener priuilegio, ò titulo de Nos, ò de los Reyes donde Nos venimos que ſea baſtante, conforme a las leyes de nueſtros Reinos.

105 Ex his ſanè verbis in illam incidimus quæſtionem ſatis controuerſam, an ſcilicèt præſcriptione quæri valeat hoc ius inducendi tributum, aut vectigal, taliter, vt ſine Regio titulo indicere, atque recipere valeant.

De his pascuis loquitur nostra lex, nec de pascuis viridibus, ac vacuis cũ alio in loco de his loquatur, de quibus Casaneo *consuet. Burgund. Rubr. 13. §. 4. n. 4.* & 5. Petr. Greg. *lib. Syntagm. 3. cap. 15. num. 10.*

3 Incommodum vero gregum via cõstituta fuit, ac pascua designata, quę *Cañadas, veredas, abreuaderos, majadas, pastos*, dicuntur, *d. l. 10. §. 1.* In his enim pascua communia sunt, vt nostra lex, *En que el dicho Concejo de la Mesta, y sus pastores, y ganado tuuieren passo, pasto, y comum aprouechamiẽto*, Sicut apud Neapolitanos concessum pecudibus à tempore Regis Ildefonsi I. refert Moles *decis. Neapol. q. 21. de Dohan. manepec. §. 6. fol. 194.*

Sed parum prospicientes aliqui cõmune bonum, attenta potius vtilitate propria, naturam pascuorum mutant in præiudicium iuris communis gregibus quæsiti: contra sic facientes, ac vsurpantes communia iura à nostra lege iurisdictio confertur, *A los Alcaldes Entregadores*, ad cognitionem mutationis pascuorum, vtque pascua reducant ad pristinam naturam.

4 Secundo, à nostra lege *cap. 27.* & 28. prohibetur omnibus incolis huis Regni, aut ciuitatibus, communitatibus, &c. ne defesas ad culturam reducant in præiudicium pascuorum. Pro quo notandum est, primo prædiorum seruientium dominium, vel pertinere ad communitatem, vel ad aliquem particularem dominum, vtroque casu procedit dispositio nostræ legis.

5 Nam regula generalis est, quod dominus prædij in præiudicium seruitutis mutare non valet naturam illius, vt ex eo deterior fiat conditio seruitutis *l. locus, §. 1. de vsufruct. l. vsusfructus, §. rescripto. de aqua pluuia arcenda l. si eo, si seruitus vindicetur l. præses, l. manifestè*, Cod. *de seruit.* & *aqua, l. 2. C. ad l. Aquil.* Barthol. *l. sicuti, §. sed si quæratur, si seruitus vindicetur*, Sebastianus Neu: *Systemm. ad l. si in ædibus 9. C. de seruitut.* & *aqua* Bertrand. *consil. 228. num. 1. volum. 6.* Cepol.

de

de ſeruitut. prædior. cap. 9. num. 18. Galuan. *conſ. 4.* Morla *in empor. tit. de ſeruit. q. vltim. num. 28.* Ioan. Baptiſt. Coſt. *de ration. ratæ quæſt. 159. num. 9.* Surd. *conſ. 27. num. 9. & 10. volum. 1.* Couarruuias *lib. 1. variar. cap. 17. num. 11.* Rodr. Xuar. *alleg. 15. num. 10.*

6 Hæc concluſio ſic recepta motum præbuit Doctoribus, vt dicerent, quod in præiudicium ſeruitutis iuris paſcendi prata, aut apud nos *las dehesas*, non poſsint reduci ad culturam plantando vites, aut ſeminando, taliter quod ex eo prohibeatur ſeruitutis vſus, Cœpol. *de ſeruit. ruſticor. prædior. cap. de ſeruit. iuris paſc. c. 9. colum. 13.* Bertrand. *d. conſ. 228. num. 1. volum. 6.* Morla *d. quæſt. vltim. num. 28.* Couuarr. *d. cap. 17. num. 11.* quam concluſionem probat Surd. *conſ. 27. num. 10. & 11.* & latè *conſ. 65. num. 12. & 13.*

7 Ex quo deducitur quod ſiuè prata, aut deſeſſæ particularia ſint, ſiuè communia alicuius communitatis in præiudicium iuris paſcendi quæſiti gregibus, *de la Cabaña Real*, non poſsunt mutari, nec ſeminari, vel apud nos, *acotarſe*, cum ex eo vſus prohibeatur paſcuorum, vt ex *l. 1. C. de paſc. public. lib. 11.* deducitur, & ibi Scribentes Surd. *dict. conſ. 65. n. 14.* Auend. *de exequend. 1. p. cap. 4. num. 22. verſ. & ſemel.* Otero *de paſc. cap. 16. ex num. 14.* D. Franc. de Amaya *l. cines num. 120. & 121. C. de incol. lib. 10.* Rodr. Xuar. *allegat. 15. num. 10.* Caſaneo *in conſuet. Burg. rub. 13. §. 2. verb. viage, num. 29.* Portol. *ad Molin. verb. ganatum n. 12.* Crauet. *conſ. 292. num. 4.* Corneo *conſ. 188. num. 1. volum. 4.*

8 Et quamuis Ioan. Bapt. Coſta *de ration. rat. q. 159. num. 9. & 10.* teneat hanc doctrinam procedere dũ ſeruitus conſtituitur ex pacto, non ex tollerantia, nam ſi ex tollerantia conſtituitur poteſt dominus prædij ſeruientis mutare naturam prædij, etiam in præiudicium ſeruitutis, quam doctrinam defendit ex pluribus Caſanate *conſ. 44. numer. 10.* Iacob. Cancer. *var. 3. part. cap. 4. de ſeruitut. ex num. 81.*

Dum tamen præſcriptione legitima 9
conſtituta eſt ſeruitus, mutari non poſ ſunt paſcua, nec natura prædij ſeruientis mutationem recipit, ex iuris prohibitione, hæc concluſio defenditur latè a Bertrand. Auendan. Caſaneo, & alijs adductis a Portol. *d. verb ganatũ num. 11.* cum præſcriptione legitimè 10
ſeruitus conſtitui valeat, vt Rodr. Xuar. *allegat. 10. per totam*, Balb. *de præſcript. 2. part. num. 3.* Cępol. *de ſernitut. vrban. cap. 19. num. 4.* Ant. Gomez *tom. 2. variar. cap. fin. num. 26.* Couarr. *reg. poſſeſſor, p. 2. §. 3. num. 3.* Corraſ. *lib. 5. miſcel. cap. 5.* Duar. *lib. 1. diſp. cap. 34.* Gouean. *lib. 1. var cap. 14.* Menchaca *contr. lib. 1. cap. 84. num. 7.* de quo videndus latè Auguſt. Barboſa *in l. 2. Cod. de ſeruitut. & aqua.*

Sed omiſſa, quæ notant Doctores, 11
an titulus ad præſcriptionem neceſſarius ſit, an ſufficiat præſcriptio, notandum eſt in caſu noſtræ legis, *las veredas, exidos, y paſtos comunes*, ad culturam reduci non poſſe, quia communia ſunt, & gaudent qualitate, ac natura iuris publici, quarum rerum qualitas immutabilis eſt, vt in *l. 7. tit. 29. p. 7.* ibi: *Ni camino, ni dehesa, ni exido, ni otro lugar qualquiera ſemejante de eſtos, que ſea vſo comunalmente del pueblo de alguna Ciudad, Villa, o Caſtillo, o de otro lugar, no lo pueda hombre ganar por tiempo*, Rodr. Xuar. *d. allegat. 15. numer. 5.*

Cuius reſolutionis virtute notauit 12
Portol. *d. verb. ganatum, num. 17. & 18.* ex plurium Authorum ſententia, quod ſi via, aut tranſitus competit gregibus per prædium alicuius natura prædij non poteſt mutari in præiudicium ſeruitutis tranſitus competentis gregibus, taliter quod ſi ędificium eſt conſtructum debet moliri, ſi foſata facta, aut tranſitus, & via plantata deſtruenda ſunt, vt tenet Rodrig. Xuar. *d. allegat. 15. numer. 10.*

Ber-

Bertrand. *conſ.* 4. *num.* 2. & 3. *volum.* 3.

13 Ex quibus dicendum eſt, quod ſiuè pacto, ſiuè tollerantia ſeruitus paſcendi conſtituta ſit, non poteſt mutari natura prædij in præiudicium ſeruituris, abſque voluntate illorum, quibus ſeruitus, aut ius paſcendi quæſitum eſt, vt ex Cepol. *de ſeruit. ruſtic. cap.* 9. *num.* 14. Couarr. *pract. cap.* 37. *num.* 7. & *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 11. Aymon. Public. *cõſuet. Albern. tit.* 28. *art.* 6. *num.* 3. Barbat. *conſ.* 51. *volum.* 2. Porthol. ad Molin. *verb. ganatum num.* 68. Caſanat. *d. conſil.* 44. *num.* 10.

Cumque conſuetudine, ac præſcriptione quæſitum ſit gregibus ius paſcendi, *en los exidos, abreuaderos, &c.* Sequitur mutari non poſſe natura illorum in præiudicium huius iuris, vt notat Camil. Borrel. *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 6. *ex num.* 13. cum ſequentibus.

14 Quod ſic procedit, vt etiam ſi paſcua ad culturam reducantur, taliter, quod inde meliora reddãtur, cum hæc mutatio in præiudicium paſcuorum, ac gregum ſit, fieri non poteſt, argumento legis *vſusfructuarius* 51. & 68. *de vſufruct.* ex quibus iuribus deducunt Doctores, quod ſi vſufructus competat alicui in meliorarẽ ſtatum prædiũ reducere non poteſt, cum ius in ea re ad melioratione non habeat, ſed ad conſeruationem tantum, vt latè ex dictis ll. Arias Pinelus *l.* 1. *p.* 2. *numer.* 52. *C. de bon. matern.* Cuiacius *lib.* 1. *obſeru. cap.* 36. Iaſſon *in l. cui iuriſdictio* 2. *numer.* 24. *de iur. omn. iudic.*

15 Contra veró facit Iulian. reſponſum in *l. æquiſſimum*, §. *pro inde. de vſufruct.* vbi fructuario permittitur prædij mutatio ſi proprietatis melioratio redundat in vtilè domini proprietatis, de quo Baldus, Alber. Fulg. & Doctores.

Ad declarationem huius l. videndi ſunt Cepol. *de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap.* 22. *q.* 5. *num.* 10. Schrad. *de feudis p.* 9. *p.* 2. *ſect.* 5. *concl.* 9 *num.* 40. Bald. & Iaſſon. in *l.* 1. *num.* 12. & 99. *C. de iur. emph* Borcolt. *de feud. cap.* 3. *num.* 33. latè Roſent. *de feud. cap.* 10. *concl.* 33. *ex num.* 18. *vbi add. litt. S.* & ſequentibus.

Qui fatentur mutationem prædij in 16
præiudicium domini directi, & ſi proprietatis vtilitas interueniat fieri non poſſe: & ſi admittatur in *d. l. æquiſſimũ*, ex voluntate domini directi fuiſſe, vt ſentit ex Bald. Roſent. *d. concl.* 33. *num.* 23. Proſper. Randel. *de paſc.* 4. *p. de paſc. & defeſ. ſingul. capit.* 1. *fol.* 228. *verſ. vbi vero*, ex Andr. Gail, & Veronenſ.

Ex quo cum hoc ius paſcendi & ſi 17
gregibus cõpetat, fulciatur iure, ac dominio protectorio Principis, ſeu Regis noſtri, cum ſub illius tutella, ac protectione degant, *Los ganados de la Cabaña Real*, ex quo ei ſoluitur ius *del ſeruicio, y Montazgo*, vt ſuprà num. . & cum mutatio paſcuorum tendat in præiudicium dominij Regij: ſequitur abſque Regia facultate mutationẽ fieri non poſſe; præcipuè quod paſcua communia ciuitatum, aut oppidorum, ſiuè particularium, ſi in eis ius habent tranſitus greges, ius ob id paſcendi nõ competit quoad proprietatem ciuitati, communitati, aut domino particulari, ſed proprietas ad Regem pertinet, quo caſu in præiudicium illius iuris mutari paſcua non poſſunt abſque Regia facultate, ad quod latæ ſunt diuerſæ leges à noſtris Regibus qualiter *l.* 6. 12. 13. 14. 22. 23. & 25. *tit.* 7. *lib.* 7. de quo Deo auſpice latius agemus ad *l.* 27. *eiuſdem tit.* 7.

Hæc reſolutio comprobatur ex no- 18
ſtræ legis verbis, ibi: *Y lo que hallaren rompido, ſin nueſtra licencia, y facultad, &c.* Quia ratione dominij, ac proprietatis admutationem paſcuorum neceſſaria eſt regia authoritas & aliter faciendam non eſſe credo, vt comprobant latè Seſe *deciſ.* 74. *per totam*, Mexia *ad l. Tolet. fund.* 9. 2. *part. ex numer.* 68. cum ſequentibus Hermoſill. *in l.* 15. *gloſſ.* 2. *ex num.*

44. cum multis ſequentibus *tit. 5. p. 5.* Proſper. Randel. *de Regijs paſcuis, cap. 4.* Carol. Tap. *iur. Regn. Neapol. lib. 2. rubr. 7. de magiſtr. foreſt. cap. 84.*

Eleganter Longobardorũ *lex vnic. vt Imper. foreſt. Cuſtod.* Eadem percipit in hæc verba, *de foreſtis noſtris, vt vbicumque fuerint, diligentiſsimè inquirantur, quemodo ſaltæ factæ ſunt, & defenſæ & Comitibus denuncietur ne vllam foreſtam nouiter inſtituant: & vbi nouiter inſtitutas ſine noſtra iuſione inuenerint, dimittere præcipiant.*

19 Ex quibus & attentis noſtræ legis verbis facultas Regia duobus in caſibus neceſſaria eſt. Primò, quando paſcua communia ad culturam reducuntur in præiudicium iuris paſcẽdi quæſiti gregibus, vel ipſius ciuitatis, vbi paſcua ſita ſunt, vel in noſtro caſu, *de los Hermanos de la Meſta*, quod fieri nõ poteſt, vt notant Couarr. Seſe, Mexia, Hermoſill. Surd. *d. conſ. 65.* Portol. ad Molin, *d. verb ganatum ex num. 29.* Cẽpol. *de ſeruit. ruſtic. cap. 9. num. 28. 40. & 41.* Caſan. *conſuet. Burg. rubr. 13. §. 2. num. 29.* Rodr. Iuar. *allegat. 15. n. 10.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 4. & 5.* Auendan. *l. 1. tit. 12. lib. 2. num. 9. Recopil. Nauarr.* Hoc caſu regia facultas neceſſaria eſt ad mutationem paſcuorum & aliter mutatio in præiudicium ſeruitutis illius fieri nõ poteſt, Auend. *de exeq. part. 1. cap. 12. numer. 29.*

20 Secundò vero caſu communitas, aut alius particularis vult claudere paſcua, & defenſas conſtruere, ad hoc etiã neceſſaria eſt regia facultas, & ni ea interueniat defeſſe fieri non poſſunt, cum Regiæ maieſtatis cenſeatur illarum conſtructio, Auend. *d. cap. 12. n. 30.* Couarr. *pract. cap. 37. num. 2. & 3.* Greg. Lop. *l. 9. tit. 28. p. 3.* Portol. ad Molin. *verb. Boalare, ex num. 1. & verb. ganatum ex num. 57. cum ſeqq.* Seſe *d. deciſ. 74. num. 3. & ſequentibus*, Azeu. *l. 6. tit. 7. lib. 7.*

Et cum ex recepta doctrina Bertr. *conſ. 1. vol. 3.* Auend. *d. cap. 12. num. 2.* paſcua communia in præiudicium dominorum mutari, aut alienari nõ poſſint, ſequitur legitime fuiſſe cautum à noſtra lege *cap. 26.* quod defeſſæ fieri non valeant, ſed paſcua omnibus communia ſunt, & ſi conceſſæ ſint facultates ad conſtruendas defeſas, aut ad paſcua prohibenda limitentur, ſeu reſtringantur: ratio enim ea eſt, quia ſi paſcua communia ſunt exteris ciuitatis illius, in cuius territorio paſcua ſita ſunt, in præiudicium iuris tertij à ciuibus paſcua mutari non poſſunt, vt latè defendit Seſe *d. deciſ. 74.* Portol. *d. verb. Boalare, & verb. ganatum*, Auend. *d. cap. 12. ex num. 30.* ex Capic. *deciſ. 152.* Surd. *conſ. 65. num. 17. & 18.* latè Hermoſill. *d. gloſſ. 2. ex num. 51. cum ſeqq.* Cẽpol. Caſan. Couar. Rodr. Iuar. & Amend. d. loco, Azeued. *d. 6. num. 5. tit. 7. lib. 7.*

Neque in præiudicium ciuium ipſius 21
oppidi mutari poſſunt paſcua defeſis conſtitutis, quia cum paſcua omnibus communia ſint in præiudicium iuris quæſiti ciuibus & ſi maior pars mutationem conſentiat, fieri non poſſunt *l. 2. tit. 1. p. 2.* & Gregor. Lop. *verb. lo ſuyo*, vt latè Capic. *deciſ. 152.* Mexia *ad l. Toled. fund. 9 p. 2. num. 66.* ratio eſt ex Surd. *conſ. 65. num. 17. & 18.* Proſper. Randel. *de paſc. de baron. paſcuis, cap. 3. p. 2. & 3. p. de defenſ. & paſc. ciuit. cap. 5. fol. 173. & ſeqq.* quod paſcua ciuibus 22
competunt, vt ſingulis illius communitatis quo caſu maior pars non præiudicat minori, Ceuall. *de cogn. per viam viol. 2. part. q. 11. numer. 53.* Hermoſill. *d. gloſſ. 2. num. 51.* & ita tenent Otero *de paſc. & iur. paſt. cap. 16. num. 1. & 2. cum ſequentibus*, D. Franciſc. de Amay. *in l. ciues 7. numer. 128.* C. *de incol. lib. 10.* Armend. *ad l. 1. tit. 12. lib. 2. Recopilat. Nauarr.* præcipuè in vſu paſcuorum, Capic. *deciſ. 152. num. 3.* Crauet. *conſ. 60. num. 3.* Calcan. *conſ. 34.* Franc. Marc. *deciſ. 593. p. 1.* quod qualiter intelligendum ac exequendum notat Randel. *d. 3. p. cap. 5. fol. 173. verſ. intelige.* cum diuiſio paſcuorum æqualiter fauenda ſit,

nec

23 nec vni præiudicandum, etiam à maiori parte, Burg. de Paz *l. 3. Taur. num. 189. verſ. Cæterorum, & ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 245. per totum.* Ex quibus principijs tenuit Sele *deciſ. Arag. 74. num. 18. & ſeqq.* Hanc doctrinam Camil. de Larrata *conſ. 63.* Nouar. *in practis. quæſt. 35. & quæſt. 38. num. 7. & 8.* Camil. de Curt. *diu. iur. feud. lib. 2. c. 3. n. 78.* Vincenc. de Frapch. *deciſ. 2. n. 4.* Brunior à Sole *in loc. commun. verb. Communitas fol. 41.* Apicell. *de Tutamin. Pauperit. de remiſ. debitor. num. 5. verſ. Nota aliæ*, Camil. de Medic. *conſ. 164. à num. 23.*

24 Quæ doctrina ſic recipienda eſt, vt abſolutè in omni acta in quo, vel vtilitas, aut præiudicium ſequitur communitati, vt ſingulis, omnium conſenſus neceſſarius eſt, taliter, vt maior pars non valeat quicquam diſponere in præiudiciũ minoris partis, *l. 3. de liber. homin. exhib. l. 1. 2. & 3. de liber. cauſ. l. ſi quis hac, § quoties, qui, & à quibus*, Roman. *Rubr. de arbitr. n. 41.* Iaſſon, *l. iuris gentium, § hodie, n. 8. de pact.* Felin. *cap. cum omnes, n. 18. de conſtitut.* Et in caſu alienationis dominij, quod maior pars non poſsit renuente minore, diuerſo domino, aut particulari ſubijci, Ludou. Gomez *in § item Seruiana, inſt. de action. n. 41.* vel quod maior pars non poſsit minori præiudicium adducere in detrimẽtum dominij, quia ſingulorum ius cenſetur vtilitas libertatis, aut dominij, Camil. Salernitan. *in addit. ad Neapodan. in proœm. conſt. Neap. verb. Magna eſt, num. 32.* Camil. de Curt. *diuerſ. iur. feud. 1. p. n. 70. fol. 10.* Capiblanc. *de Baron. pragm. 8. p. 3. n. 157.* Ioan. Bapt. Tor. *compẽd. deciſ. lit. D. verb. Domaniũ, an ſit concedendum*, Camil. de Medic. *conſ. 50. num. 1. & 118. n. 13.* Fab. de Anna, *conſ. 53. n. 26. lib. 1.* Nouar. *lib. 1. quæſt. for. q. 106. n. 7. & 10. & q. 120. n. 8. & 9.* Rouit. *ſuper pragm. Regni Neapol. pract. 63. de offic. procurat. Caſ. n. 20. & 21.* Camil. de Larrat. *conſ. 84. n. 8. & conſ. 86. n. 76.* Surd. *conſ. 390. n. 12.* Neuiz. *conſ. 12. n. 116.* Quod ſic procedere notat Dueñas *reg. 115. n. 3.* quòd minor pars in foro cõſcientiæ non tenetur ſequi maiorem partem, ex Philip. Dec. *conſ. 15. n. 18.* & Neuiz. Sed ad alienationem dominij, & vt ciuibus, vt ſingulis præiudicium fiat, neceſſarius eſt omnium conſenſus, nec maior pars præiudicat minori, Petr. Barboſ. *l. 2. p. 2. n. 45. ſolut. matr.* Roſent. *de feud. c. 9. membr. 1. n. 13. & addit. lit. H.* Gabr. com. opinion. *lib. 3. de iur. quæſit. nõ toll. concl. 8. n. 7.* Paſch. *de virib. patr. poteſt. cap. 1. num. 38.*

Taliter, vt ex Bald. *in c. 1. § in generali, ſi de feud fuer. cõtr.* Menoch. *cõſ. 32. n. 21.* dicat Paſch. *d. c. 1. n. 35.* quod in donatione à Cõſtãtino Eccleſiæ facta acceſsit totius populi Rom. cõſenſus.

Nec ex eo imminuitur Regia poteſtas, nã dũ ius tertio quæſitũ eſt virtute ordinariæ poteſtatis illud auferre Rex, & ſi poſsit, nõ debet, *l. ſi teſtamentũ, C. de teſtam. l. ſi donationem, C. de reuoc. donat. l. in ciuile, C. de reiuind. l. de contracta, C. de reſc. vend.* Ideòque cum a Doctoribus cõſtituatur vtilitas, in id quod ſubditi ſub dominio Regis degãt, nec in dominium particulariũ dominorum transferãtur, tenent omnes abſolutè in præiudiciũ huius iuris nõ poſſe ciuitates alienare Reges in particulares dominos, ni ipſarũ ciuitatum interueniat cõſenſus, vt pluribus adductis defendit Gabr. *cõm. opin. lib. 3. tit. de iur. quæſit. nõ toll. n. 1. & ſeqq.* latè Paſch. *de virib. patriæ poteſt. c. 1. ex n. 25.* vbi vide.

Ex qua doctrina deducitur reſolutio *d. c. 26.* ibi: *Y prohibimos, y mãdamos q̃ de aqui adelãte no ſe concedan arbitrios para arrẽdar el paſto q̃ tuuieren los ganados en las tierras, viñas, y oliuares, alçados los frutos, aunque ſea para beneficio del meſmo lugar:* & poſteà: *Haziendo ſean libres todos los paſtos, &c.* Ius paſcui, de quò loquitur hic noſtra lex vacui, & viridi dicitur, vidẽdi Caſan. & Petr. Greg. traditi, *n. 2.* An hoc ius poſsit prohiberi in præiudicium ſubditorum, Proſper. Rãdel. *de varon. paſc. p. 2. c. 5. fol. 73.*

Hæc cõcluſio, ſcilicèt, an Vniuerſitãtes ſuæ vtilitatis ratione poſsint paſcua interdicere ni certa penſione ſo-

luta,vel ea locare,diſputant Capic. *deciſ.*152.& Franch.*deciſ.*197.& quamuis Franch.teneat,*num.*7.deciſum fuiſſe fauore locationis, contraria opinio probabilior eſt,vt tenet ipſe & Capic. quos ſequuntur Couarruu.*lib.*1.*variar. cap.*17.*numer.*11.*verſicul. Si rector ciuitatis*, Ripa *conſil.* 93. Surd. *conſil.* 65.*num.*11.*& ſeqq.* Mexia *ad l. Tolet. part.*2.*num.*65.cum alijs, Auendan.*d. part.*1.*cap.*12.*n.*30. Hermoſill.*d gloſſ.* 2.*num.*48.*l.*15.*tit.*5.*part.*5.

29 Quod præcipuè procedit dum paſcendi ius competit exteris illius ciuitatis vbi paſcua ſita ſunt,& in cuius fauorem locatio facienda eſt. Hoc caſu cum ſatis dictum ſit ſupra hac *l. cap.*20. *ex num.*8.*&* 11. quod exterus ad collectam particularis ciuitatis, oppidi, aut villæ non tenetur,nec etiam in præiudicium iuris tertij exteri poterit ciuitas paſcua locare,nec mutare naturã paſcuorum,etiam conſentientibus omnibus illius ciuitatis:quia ſi defeſſæ fieri non poſſunt à maiori parte populi in præiudicium minoris,idẽ ex ipſis principijs in hoc caſu dicendum,taliter, vt Auend.*d.c.*12.*n.*31.teneat,quod prohibitio paſcuorum tantum ligabit conſentiẽtes, non in vim prohibitionis,ſed in vim pacti,Portol.*verb. Boalare,num.*2.

30 Et cum prohibitio paſcuorum,apud nos in commune detrimentum redundet,vt ex *l.*6.*tit.*7.*lib.*7.ſequitur defeſſas fieri non poſſe, nec mutari paſcua in præiudicium iuris communis,ac paſcuorum communium,vt *d.l.*12.13.14. 23.25.*&* 27.*d.tit.*7.*lib.*7. vbi videndus Azeued.latè.

31 Ex quibus prouenit, vt quæramus, an hæc paſcuorum mutatio fieri poſsit facultate Regia interueniente, taliter, vt ex ea fiat præiudicium omnibus ius paſcendi habentibus,virtuteque Regiæ facultatis paſcua ad culturam reduci poſsint, aut *hazerſe dehesas*, *ò acotarſe*. Sanè ex verbis noſtrarum legum dicendum videbatur,ad paſcuorum mutationem locum non eſſe, ſeu reſtrictã eſſe hanc poteſtatem,etiam virtute facultatis Regiæ,*cap.*26. ibi: *Y mandamos no ſe den licencias para romper las dichas dehesas por ningun Conſejo, Tribunal,ò Iunta de qualquier calidad que ſea, aunque ſe concedan por cauſa publica*, & *cap.*28. *Y prohibimos, y mandamos, que de aqui adelante no ſe concedan arbitrios para arrendar el paſto,&c.*

Horum iurium diſpoſitio contra conſtitutionem *l.*6.*&* 13.*til.*7.*lib.*7. videtur lata, vbi mutatio paſcuorum permiſſa videtur virtute Regiæ facultatis,& ita inſinuat Azeued. *ad d. l.*6. *num.*5.Auendan.*de exeq.d.*1.*part. cap.* 2.*num*25.Armendar.*l.*1.*tit.*12.*lib.*2. *num.*12. *Recopil. Nauarr.* 32

Sed reiectis plurimis Doctorum rationibus dicendum eſt, iuſtè cautum à noſtro Rege Catholico,*d.c.*26.*&* 28. ad hoc vt facultas Regia concedi non poſsit ad mutationem paſcuorum: Nã cum hoc ius vicinis alicuius oppidi iure,titulo,priuilegio, aut præſcriptione competit,ni interueniente illius cõſenſu auferri nõ poteſt,nec debet à Principe virtute ordinariæ poteſtatis,ex qua procedere ſemper credẽdum eſt. Et ſic tenuerunt in caſu Varonis, aut Domini oppidorũ, Burg.de Paz *in l.*3.*Tauri,n.*78.Et quamuis Auend.*d.n.*25. cõtrariam tenuit doctrinam,nõ fuit locutus generaliter,ſed limitatiue,&noſtrã defendit opinionẽ,ex Iſſern.*eod.c.*12.*n.* 31.*&c.*4.*n.*22.*verſ. Et ſemel.* 33

Ex quo tenent Doctores ad mutationem paſcuorum,voluntatem, ſeu conſenſum neceſſarium eſſe omnium habẽtium ius, & aliter fieri non poſſe, cum illud ius eis competat irreuocabiliter, & tolli abſque conſenſu non poſsit, vt defendunt in actu voluntario, Paul. Duar.Decio,Menoch. Cou.adducti à Seſe ad noſtrum caſum,*deciſ.*74.*n.*26. 34

Defendit hanc opinionẽ ex Bardarx. *fol.*2.*de paſc.n.*4.*verſ.Sed quia*,Cou.*lib.* 1.*var.c.*17.*n.*11.Crauet.*conſ.*4.Seſe *d. deciſ.*74.*num.*23.*&ſeqq.* vſque ad finẽ præcipuè *n.*47.*&* 67.ita tenuit in noſtro caſu contra Auend.Azeu.*in Rubr. hoc tit.verſ.in cap.*8.ex Mexia *ad l. Tolet.*2.*part.fund.*9.*num.*69. idem Azeued.*l.*14.*num.*3.*tit.*7.*lib.*7. Et quod

ad

ad mutationem pascuorum facultas Regia necessaria sit, ac simul consensus omnium habentium ius pascendi, Hermosill. *d.l.* 15 *gloss.* 2. *n.* 52. *tit.* 5. *p.* 5.

53 Quæ sic procedere notandum est ex nostra l. quod ad hoc vt pascuorum mutatio fieri possit, nec tantum regia authoritas necessaria est, sed & vtilitas publica, & illa non sic facilè concedenda, sed cum causa, prius interueniente legitima cognitione illius, ibi: *Y mandamos a los del nuestro Consejo no den semejantes licencias, sino es auiendo causa necessaria, y beneficio publico, y concurriendo para ello las dos partes del, auiendo oido primero al Procurador del Reyno, y consultadonos sobre ello.*

36 Nam cum mutatio pascuorũ in detrimentum tendat iuris quæsiti, vel gregibus fratrum Mestæ, vel vicinis oppidi, necessaria est causa, aut publica vtilitas ad hoc, vt Princeps disponere possit in præiudicium huius iuris, vt ex Salic. in *l.* 1 *num.* 2. *C. de nouat.* Alex. *l.* 2. *num.* 29. *solut. matrim.* Gabr. *d. concl.* 8. *de iur. quæs. nõ tol. num.* 12. tenet Pasch. *de viribus patr. potest. d. cap.* 1. *ex numer.* 63. cum seqq. quia publica hæc vtilitas facit, vt recedatur à regulis iuris communis, Bald. *l. vnic. in princip. C. de caduc. tollend.* Capic. *decis.* 166. *num.* 6. Iusque tertio quæsitum auferatur, vt latè diximus *de lege Politic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 33. adde Tap. *decis. Sicil.* 20. *num.* 16.

37 Quo conuenit dispositio *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. *l.* 13. *tit.* 12. *part.* 3. vbi causa publicæ vtilitatis permittitur domino, seu Regi ius quæsitum auferre subdito, & dum in publicum redundat commodum, etiam nõ dato bono cambio, Gregor. Lop *d.l.* 2. *verb. Buen cambio*, Bartul. *l. fin. num.* 2. *C. si contr. ius*, Felin. *cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 27. *de constitut.* Iasson, *l. Gallus, §. & quid si tantum*, 2. *lect. num.* 28. *de liber. & posth.* Paul. de Castr. *cons.* 178. *num.* 2. *volumin.* 1. Grauet. *cons.* 5. *num.* 4. *& cons.* 125. *num.* 21. *volum.* 1. Decio *cons.* 219. Fulgos. *cons.* 20. *num.* 5. Alciat. *resp.* 161. *num.* 12. Tusch. *lit. P. conclus.* 680. *numer.* 65. Ruin. *consil.* 108. *num.* 29. *volum.* 2. Tiber. Decian. *resp.* 25. *numer.* 52. *volum.* 1. Couarruu. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *num.* 6. *vers. Sexto*, Burg. de Paz, *proœm. leg. Taur. num.* 328. Matienç. *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *gloss.* 5. *num.* 4. *& gloss.* 7. *num.* 8. Molin *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. Mieres *de maiorat. in init.* 2. *part. num.* 46. Mench. *lib.* 1. *illustrium, cap.* 5. *num.* 22. Pinel. *in rubric. de rescind.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 19. Roman. *consil.* 24. *num.* 162. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 375. Paz de Tenut. *cap.* 34. *num.* 155. Bonif. Ruger. *consil.* 2. *lib.* 2. *à num.* 109. Rodolph. *de absol. Princ. potest. cap.* 6. *num.* 145. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 314. D. Fab. Capic. Galeot. *lib.* 1. *controu.* 51. *à num.* 56. Hug. Grot. *de iur. bell. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 7. D. Franc. Amaya, *l.* 7. *num.* 19. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Camil. de Larrat. *de feud. part.* 10. *dilucidat.* 6. *num.* 4. Fragos. *regim. Christ. Reip. disp.* 5. *§.* 4. *num.* 33. Vrsin. *de succes. feud. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4. *a num.* 60. Mart. *de succes. legal. part.* 4. *quæst.* 1. *artic.* 1. *num.* 31. *& quæst.* 4. *art.* 4. *num.* 16. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 444. Fusar. *de substitut. quæst.* 623. *num.* 7. Cutel. *de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 6. *num.* 44. 45. *& sequentibus.* Qui omnes indistinctè loquuntur, scilicet, Principem posse ratione publicæ vtilitatis ius tertio quæsitum auferre, siue ex testamento præscriptione, aliouè quocumque titulo, cum semper vtilitas publica particulari præferatur, anteponendaque sit cuicumque commodo, taliter, vt ea interueniente mutari pascua possint, etiam in præiudicium iuris pascẽdi quæsiti gregibus huius Regni.

Sed instat difficultas tradita supra, 38
ex Gabr. & Pasch. scilicèt, quod nec tãtum Regia authoritas necessaria est, ad hoc, vt in præiudicium alicuius procedatur, sed illius: & quod sicuti necessaria est voluntas ciuiũ, vt ciuitas alienari possit, necessarius etiã erit cõsensus omnium habentium ius pascendi, vt mutationi locus sit.

39 Quo dicendum eſt, quod nec omiſſum eſt a noſtris Regibus, nam cum vtilitas conſeruationis paſcuorum cõmunis ſit omnibus huius Regni, antequã facultas Regia concedatur, à noſtra lege conſtituitur, quod Regni Procurator audiatur: *Auiendo oìdo primero al Procurador del Reino*, qui cauſas exprimat, quare facultas deneganda ſit, aut concedenda: cuius ſolemnitatis interuentu ſatisfactum eſt a noſtro Rege verè Catholico illorum Doctorum aſſenſu dicentium, omnium regnicolarum conſenſum neceſſarium eſſe, cum nomine Regni ille Procurator conſtitutus ſit ſub obligatione, quod debeat exponere omnia, quæ conducere poſſunt, vel ad denegationem, aut conceſsionẽ facultatis.

40 Hęc reſolutio tenenda eſt in noſtro caſu, quamuis obijci poſsit, quod in ipſa noſtra *l. cap.* 27. prohibetur conceſsio facultatis ad mutationem paſcuorum, etiam interueniente cauſa publicæ vtilitatis, ibi: *Ordenamos, y mandamos no ſe den licencias para romper las dichas dehesas por ningun Conſejo, Tribunal, ò Iunta de qualquier calidad que ſea, aunque ſe concedan por cauſa publica.*

41 Quia dicendum eſt, quod hic denegatur cõceſsio harum facultatum, etiã interuentu cauſæ publicæ, quando cauſa comprobatur tantum aſſertione partis, aut ipſius Principis, abſque illius cognitione: Nam quamuis aliquorum ſit opinio cauſam in Principe præſumi ad diſponendum, vel ad illam probandam ſufficere ipſius Principis aſſertionem, vt latè diximus *de lege Politic. lib. 2. cap. 12. ex num. 80.* cum ſequentibus, adhùc à noſtris Catholicis Regibus, hæc doctrina recepta non fuit, ſed conſtitutum, vt ad conceſsionem ſimilium facultatum cauſa interueniat, hæcque comprobaretur à ſupremis iudicibus, ea cognita, auditoque Regni Procuratore, ac conſulto ipſo Rege, vt his ſolemnitatibus interuenientibus ſucurreretur læſis, cum ſatisfactio dato cambio eis conferri non poſſet: neque in ſui præiudicium conceſſam dicant, cũ illa adhibita cognitione fraudem ceſſare, ac iuſtè diſpoſitum dicendum ſit, iudiciumque ſupræmorum iudicum ſeruare debeamus pro eoque lex adſiſtat, vt notat Bald. in *l. iubemus, §. ſane num.* 11. *C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l.* 2. *C. vbi pup. educ. deq.* Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 75. *ex num.* 1. *cum ſeqq.*

Et attenta noſtræ legis diſtinctione, ſcilicèt, quod per aſſertionem Principis non poſsit cauſa probari ad derogationem iuris quęſiti tertio, ſed quod neceſſaria ſit partis citatio, ac conſequenter aſsiſtentia conſilij, & quod in caſu illo procedere Principes poſsint in derogationem iuris tertij, noſtræ legis comprobantes diſtinctionem, tenuerunt Andr. *cap.* 1. *ſub num.* 42. *quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* Capic. *deciſ.* 166. *num.* 8. Ioan. Franc. Ponte, *conſ.* 70. *num.* 36. Paſch. *de virib. Patr. poteſt. d. cap.* 1. *num.* 75. & 78. 42 43

Neque interuentu huius ſolemnitatis detrahitur Regiæ maieſtati, cum verum ſit ex recepta doctrina, ac iuris reſolutione, quod Princeps, aut Rex non poſsit donare, nec transferre, quicquam quod ad communitatem, aut publicum pertineat, abſque conſenſu habentium ius in illa re, vt patet ex *l. quod Principis, l. ſeruitutes, §. publico, de ſeruitut. l.* 3 *tit.* 32. *part.* 3. & ibi Greg. Lop. *verb. O del Conſejo.* Nec quicquam ex quo publico bono detrimentum ſequatur, *gloſſ. in d. §. publico, l.* 2. *§. ſi quis à Principe. nequid in loco publico*, de quo videndi Gabr. *d. lib.* 3. *de iur. quæſ. non. tol. concl.* 8. *per totam*, Paſchal. *de viribus patr. poteſtat. capit.* 1. *per totum.* 44

Ex quibus cum à noſtra lege conſtituatur pœna contra tranſgreſſores noſtrarum legum in *capit.* 24. ibi: *Y por cada media fanega condenaràn en quinientos marauedis, y al reſpeto crecerán en ella, y la dicha pena pecuniaria executaràn, ſin embargo de qualquier apelacion que interponga la parte que huuiere ſido condenada, haſta en cantidad de tres mil marauedis, &c. Y no en mas, ſi la dicha*

cha parte, auiendo apelado, depoſitare la demàs cantidad en el Depoſitario general de aquel lugar, ò en perſona abonada por la juſticia del, ò diere fianças de eſtar à derecho, y pagar juzgado, y ſentenciado, otorgarán la apelacion que en la cantidad excediere la condenacion à los dichos tres mil marauedis, en los quales ſe ha de executar, ſin embargo que ſe interponga la dicha apelacion.

45 Ex his verbis ad illam adducimur quæſtionem, an ſententia pro parte appellabilis eſſe poſsit, & pro parte inappellabilis: nam quamuis regulare ſit, quod appellatio denegari poſsit in aliquibus caſibus lege, aut ſtatuto, Federic. de Sen. *conſil.* 76. Tuſch. *lit. A. concluſ.* 376. *num.* 11. diuiſibiliter tamen appellabilis, & inappellabilis eſſe non poſſe dicendum videtur.

46 Primò, quia ſententia indiuiſibilis eſt, *l. in hoc iudicio famil. herciſcund.* Coſt. *de portion. rat. quæſt.* 26. *num.* 3. Bald. *l. certi conditio, 6. quoniam igitur. ſi certum petatur*, Afflict. *deciſ. Neapolit.* 218. *num.* 4. Stephan. Grat. *diſceptat. capit.* 370. *num.* 7. & *cap.* 852. *num.* 21. Azeued. *l.* 7. *num.* 14. *tit.* 13. *lib.* 4.

47 Ex quo ſequitur, quòd cum admiſſio appellationis vtilitatem contineat, ac fauorem, pars indiuidua, ex qua admittenda eſt appellatio confert priuilegium alteri parti, vt ex eo admittatur appellatio, neque procedatur ad executionem cauſæ; hoc ius in omni actu indiuiduo procedit ex recepta, ac communi regula, quòd vtile per inutile non debet vitiari, & in terminis comprobabit Doctiſs. Valenç. *conſ.* 187. *num.* 91. & 92. ex Bartol. Bald. Beroi. Alexand. Rimin. Bologn. Surd. Neuiz. Aſin. & Ancharran.

Et in exemplo *l. ſi communem fundi* 10. *quemadmodum ſeruit. amitt.* notant Doctores, de quo latè Surd. *conſ.* 231. *per totum*, Stephan. Grat in noſtro caſu *diſceptat. cap.* 115. *ex num.* 1. *cum ſeqq.* Hipol. de Marſil. *in l. fideiuſſor, quæſt.* 37. *ex num.* 336. *de fideiuſſorib.* Tiraq. *de retract. linag. §.* 16. *gloſſ.* 1. *num.* 33. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 10. Duaren. Oſſuald. Donel. & paſsim DD. in *d. l. ſi communem.*

Sed quod magis eſt Doctorum receptus aſſenſus, quod ſententia pro parte appellabilis in totum appellabilis cenſenda eſt, taliter, quod exequi pro parte inappellabili non poſsit: etſi in vna parte exequibilis eſt, & in alia appellabilis, executio fieri nequit, ſed in totum admittenda eſt appellatio, ita probant ex Nicell. *de concord. gloſſ. concord.* 55. Coſta *de rat. rat. quæſt.* 37. *numer.* 27. Riccio, *deciſ.* 325. *lib.* 1. & Turret *conſ.* 45. *num.* 15. *volum.* 2. Gabr. *conſ.* 56. *num.* 7. *volum.* 1. Mar. Giurb. *deciſ.* 101. *num.* 1. & *per totam*, Hipol. Rimin. *conſ.* 134. *præſertim n.* 30. & *ſeqq.* 48

Ratio enim ea eſt, quòd ſi ſententia contineat vnam ſummam inſeparabiliter cum indiuiſibilis ſit, aut in totũ debet eſſe appellabilis, aut in totum inappellabilis, & ſi quantitates ſeparatas non habeat exequi non poterit, etiam in illa quantitate, in qua alias non admitteretur appellatio, ſi diuiſibiliter contineretur à quantitate appellabili, ſic defendunt Bald *conſ.* 141. & 153. *vol.* 1. & *in l. poſt ſententiam, n.* 6. *C. de ſentent. interloc. omn. iudic.* Ludouiſ. *deciſ. Lucenſ.* 71. Fulu. Pac. *de probat. lib.* 1. *cap.* 16. Ruginel. *de appellat. §.* 2. *cap.* 3. *n.* 204 & 602. Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *membr.* 9. *n.* 84. ex Roland. à Valle, Conarrua. Afflict. Auſtr. notat Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem.* 9. *ex num.* 321. 49

Quod quando ſententia continet quantitates complicatas, licèt inadmiſsibilis ſit appellatio in vna quantitate, ratione tamen indiuiduitatis ſententiæ admittitur in totum, Tuſch. *lit. A. concl.* 407. *n.* 23. & ſic refert deciſum Giurb. *deciſ.* 101 Paz de Ten. *c.* 12. *n.* 12. 50

Taliter procedit hęc cõcluſio, quòd ſi alicui cõmittitur condemnatio, vſque ad certã quãtitatẽ appellatione remota, & cõdẽnatio excedat quãtitatẽ exequibilẽ, etiã interpoſita appellatione, adhùc ratione exceſſus ſententia ſit in totũ appellabilis, Rol. à Vall *conſ.* 43. *ex n.* 6. & *ex* Ceph. Surd. Turret. notat Mar. Giurb. *deciſ* 101. *n.* 6. 51

52 Nihilominus tamen ratione boni publici ſuſtinenda eſt noſtræ legis cõſtitutio, quia ſi ex pacto poteſt quis ſententiæ acquieſcere, & ex illa parte, ex ſequitur ſententia, etiam ſi appellatio, quoad aliam partem interpoſita, & admiſſa ſit, vt ex Socino deducere conatur Steph. Grat. *diſceptat. cap.* 183. *numer.* 30. eadem, & conſtitutione, lege, aut ſtatuto fieri poterunt.

53 Et in terminis hanc amplectitur reſolutionem in caſu ſtatuti particularis, Seſe, *deciſ. Arag.* 319. *n.* 22. quia cum per legem generalem ratione boni publici, denegata ſit appellatio in his cõdemnationibus non excedentibus quá titatem trium millium marapetinorũ fieri poſſe dicendum eſt, cum & voluntas ſubditorum, adſit ad ſuſtinendam ſententiam, & iuriſdictio paſsiua Principis non lædatur, quo caſu denegatio appellationis ſuſtinetur, vt Belug. *rubric* 41. *de mater. conſ. num.* 51. Leon *de ciſ. Valent. lib.* 2. 187. *num.* 7.

54 Hoc procedit præcipuè conceſſa appellatione deuolutiua, vt in noſtro caſu: nam quamuis appellatio in cauſis ſummarijs denegetur, nõ tamẽ quoad vtrumque effectum, ſed tantum quoad ſuſpenſiuum, vt in remedijs poſſeſſorijs, notat ex Bartol. *in l.* 2. *num.* 9. *de appellat. recep.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 828. Couarr. *pract. cap.* 23. *num.* 9. Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ.* 20. *num.* 16. Leon *d. deciſ. Valent.* 187. *num.* 7. vide infra, *num.*

55 Ex quo principio deſcendit rectè â noſtra lege denegatam appellationem ſuſpenſiuam, quoad reductionem paſcuorum in *cap.* 27. *Y reduzgan à paſto todas las que tuuieren rompidas contra nueſtras leyes, y prouiſiones, procediendo breue, y ſumariamente*: & poſteà: *Haziendo ſe reduzgan à paſto las dichas deheſas con efecto*: & poſteà. *Lo qual todo han de executar, ſin embargo de qualquier apelacion que ſe interponga, aſsi en quanto al reduzir al paſto, como en quanto a las dichas penas pecuniarias, &c.*

Sed antequam vltra progrediamur, Candidè Lector, nota, quòd in cauſis mutationis paſcuorum communiũ exe cutio pœnæ impoſitæ *in cap.* 24. tantũ locum habebit, vſque ad quantitatem trium millium marapetinorum, taliter, quod ſi appellatio interponatur, ſuſpenditur executio in exceſſu, ſed in caſu *cap.* 27. abſolutè denegatur appellatio ſuſpenſiua, etiam ſi condemnatio excedat quantitatem trium millium marapetinorum, vel intra terminos quinquaginta millium marapetinorum cõtineatur: nam quoad hæc, & quoad reductionem paſcuorum abſolutè denegatur appellatio.

56 Ratio enim ea eſt, quod hæc cognitio mutationis paſcuorũ ſummaria eſt, partimque proſpectiua, ac conſeruatiua boni communis, quo caſu appellatio legitimè deneganda eſt, ſicuti in cæteris iudicijs ſummarijs, vt probant latè ex textu in *l. vnic. C. ſi de momentan. poſſ. fuer. appellat.* in iudicio ſumario recuperandæ, Menoch. *de recuper. poſſ. rem.* 9. *ex numer.* 36. *cum ſeqq.* Stephan. Grat. *diſcept. cap.* 383. *ex n.* 5. in caſu *l. fin. C. de edict. D. Adrian.* quia conuenit bono publico, vt teſtantium voluntates exequantur. Et ſic in omni iudicio ſummario, dum ad mixtam qualitatem proprietatis non habeat, denegatur abſolutè, vel alia qualitas mutatiua iudicij non adſit, Petr. Gregor. *de iud. cauſ. feud. quæſt.* 45. *numer.* 2. & 3. probat ex Mario Mut. Maſtrill. *deciſ.* 134. *num.* 1. & 7. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 196. *ex num.* 1. & 16. Oſaſch. *deciſ.* 25. *num.* 10. Tuſch. *lit. A. concl.* 407. *num.* 27. Menoch. *d. rem.* 9. *num.* 319. Mar. Giurb. *deciſ.* 101. *num.* 3. Andr. Cail. *lib.* 1. *obſeru.* 6. *num.* 7. & *obſeru.* 147. *num.* 8. Honded. *deciſ.* 20. *num.* 4. *volum.* 2. Caualcan. *deciſ.* 19. *numer.* 4. Menchac. *illuſtr. quæſt. cap.* 40. *n.* 1. & 2. Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic.* 121. *per totam*, & *deciſ.* 132. *num.* 5. & 142. *num.* 9. *volumin.* 4. latè diſputat hanc quæſtionem Marc. Ant. Amat. *deciſ.* 15. *per totam*, & *deciſ.* 88. Couarr. *practic. cap.* 23. *num.* 8. Grat. *reg.* 413. Solis, *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. Gutierr. *Canonic. cap.* 34. *num.* 99. Ceball.

com-

*communi.quæst.*15.*ex numer.* 1. Molin. *de primogen. lib.*3.*cap.*13.*numer.* 17. vbi addit.adducit Molin.Paz, & Salgad.Duran.*decis.*210 *num.*1.

57 Hæc doctrina præcipuè procedit in duobus casibus: Primò, quando statuto prohibetur appellatio in causis summarijs,vt latè explurium Doctorum sententia defendit Menoch.*de recuperand.rem.*9.*num.*316.

58 Secundò,quando prohibita est suspensiua appellatio tantum,vt in nostro casu: Nam ratione communis vtilitatis exequenda est sententia admissa appellatione deuolutiua ad supremos iudices, vbi latius agendum de meritis causæ, & an iustè facta sit pascuorum mutatio,vt Gabriel *conf.*25.*lib.*1.notat Marc.Ant.Amat.*dec.*15.*ex num.* 16.cum sequentib latè Christian. *d.decis.Belgic.*121.*per totam*,Leon *d.decis.Valent.*187.*ex num.*7.*lib.*2. Couarruu *pract cap.*23.*num*9.Ceball. *comm.d.quæst.*15.*n.*5. *vers.Rursus*, Parlad.*lib.*2.*cap.*5.*num.*31.quo casu regulariter appellatio deuolutiua admittitur,vt Rodrig *de redditib.lib* 1. *quæst.* 17.*num.*51.Paz de Tenut.*cap.*12.*numer.*5.quod procedere in iudicijs summarijs notant DD.ratione executionis iudicij,pariterque vt prospiciatur pro actiua iurisdictione superioris, quæ conseruatur ex admissione appellationis deuolutiuæ.

59 Hęc conclusio procedere in hoc casu nostræ legis dicendum est: quia de momentanea restitutione agitur, vbi procedendum videtur attenta seriè, *l. vnic.*§.1.*C.de momentan.possess.* & quia de viribus tituli,ac mutationis pascuorum cognoscendum non est,sed tantum de mero facto restitutionis pascuorum: nam si cognitio hæc admixtam aliquá cognitionem proprietatis haberet,admittendam esse supplicationem dicendú erat,vt ex Bald. *cons.*330.*lib.*1.Tiraq.*de retract.tract demorte,*6.*p.declar.* 6.*num.*1.Molin.*de primogen. lib.*3.*cap.* 13.*num.*18.Menoch. *de recup. rem.*9. *ex num.*516.*cum sequentibus*,cum tunc maximi præiudicij censeatur sententia,ex eoq; appellabilis,Cacher. *decis. Pedam.*25. Petr. Gregor. *de appellat, lib.*2.*cap.*5.Peregrin.*de fideicom. artic.* 46.*num.*47.Fachin.*contr.lib.*1,*cap.*75; Paul.Christian.*decis.Belgic.*121.*num.* 1.*volum.*4.Rodrig.*lib.*1.*quæst.*17.*numer.*51.Cancer.*variar.*3.*part.cap.*14. *num.*36.Fontanel.*de Pact.nupt.tom.*2. *claus.*7.*gloss.*3.*part.*10.*à num.* 86.*vsque* 91.

Ex qua doctrina difficilis est praxis, *l.* 5. *titul.* 19. *lib.*4. vbi in remedijs possessorijs,seu in iudicio Tenutæ introductæ,apud nos virtute, *l.*9.& 10.*tit.*7.*lib.*5.& *l.*45.*Tauri*,absolutè denegatur supplicatio á sententia declarante locum esse remedio *d.l.*45.*Tauri.* 61

Nam post constitutionem,*d.l.*10.*tit.* 7.*lib.*5.dubitandum non est hoc iudicium, etsi possessorium sit admixtam habere causam proprietatis, vt defendunt Molin. *lib.*3.*de primog. cap.* 13. *num* 9 & 17.Mieres *de maiorat.*3.*p.q.* 15.*num.*19.Paz de Tenut.*cap.*5.& *capit.*6.*ex num.*1. & *cap.* 12. Molin. *de iust.& iur.disp.*602.*num.*2. Dom.Episcopus Salmant.Valenç. *conf.*69. *num.* 248.& *conf.*92.*num.*220. ex Gregor. Lop.*in l.*7.*tit.*4.*part.*3.*verb.possession.* addit.ad Molin.*d.lib.*3.*cap.*13.*num.*9. Leon.*decis.Valent.*24.*num.*16.ex Menoch. Molin. & alijs, consequenter ex supradicta doctrina dicendum erat in hoc iudicio admittẽdam esse supplicationem,sicuti constitutum erat in *l.* 9. & 10.*tit.*7.*lib.*5. cum regulariter admittatur in omni iudicio possessorio habente admixtam aliquam qualitatẽ proprietatis,vt supradicti Doctores. 6

Sed nihilominus dicendum est in hoc iudicio rectè constitutum, vt appellatio non admittatur cum irregularissimum sit,ac constitutum, vt in eo non admittatur appellatio causa litium amouendarum, ac ne nimia dilatione grauentur subditi,si lis ęquè in possessorio,ac petitorio discutienda sit,vt deducitur ex dispositione ipsius *l.*5.*tit.* 19 *lib.*4. 63

Nam præcipuè licèt verũ sit, quod 64

iu-

iudicium Tenutæ habeat ad mixtam cauſam proprietatis, vt ſupradicti Doctores, attamen in eo de nuda tantum detentione poſſeſsionis agitur, nec ſentẽtia aliquod ius, quoad proprietatem confert, imò proprietatis cognitio ad Cancellariam pertinet. Ex quo iuſtè poſſeſſorium iudicium regulandum eſt, in eoq; deneganda venit legitimè appellatio, aut ſupplicatio ſecundum diſpoſitionem *d.l.* 5. quam regulam eſſe credo attenta diſpoſitione, ac doctri-
65 na *l. vnic. C. ſi de momentan. poſſeſſione*, vbi ratione poſſeſsionis ibi diſcuſæ, eo quod de poſſeſſoria tantum actione agitur, denegatur ſupplicatio ſuſpenſiua, ac deuolutiua, vt tenent ex Ludouiſ. *de cif. Peruſ. 20. num.* 18. Couarr. *pract. cap.* 23. *num.* 8. Paz de Tenuta *cap.* 12. *ex num.* 13. *vſque ad* 19. de quo videndus Paul. Chriſtian. *deciſ. Belgic.* 121. ex Aloiſ. Riccio, *deciſ.* 203. quod in caſu noſtræ *l.* 5. dicendum eſt Peregrin. *de fideicom. art.* 46. *num.* 44. & 45.

66 Nam illa reſolutio Doctorum, præcipuè Molin. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *ex num.* 9. & adductorum ſuprà *num.* 62. dicentium hoc iudicium Tenutæ admixtam habere cauſam proprietatis, non ex eo intelligendum eſt, quòd ibi diſcutiantur merita cauſæ principalis, vt ex eo ſuper addatur qualitas, quæ appellabilẽ ſententiam Tenutæ efficiat, vel quæ fidem faciat in iudicio petitorio, vt idẽ Molin. *d. cap.* 13. *num.* 20. & ibi Additionat. *& num.* 22.

Sed ex eo, quòd cum ipſo iure poſt mortem poſſeſſoris maioratus poſſeſſio virtute *l.* 45. *Tauri*, translata ſit in legitimum ſucceſſorem, *Que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo aya de ſuceder*: Et hæc poſſeſsio non conſiſtat in apprehenſione, ſed in translatione legali diſputandum eſt in hoc iudicio, & ſi ſummario de viribus illius poſſeſsionis translatæ ipſo iure in verum ſucceſſorem poſt mortem vltimi poſſeſſoris.

Hæc poſſeſsio, cum certa ſit, à lege que translata, benè admittitur in iudicio Tenutæ diſputatio de qualitate iuris ſuccedendi, & in hoc caſu habere admixtam cauſam proprietatis dicendum eſt, ſed non ex eo, quod de proprietate in eo agatur, vt latè diſputat Molin. *d. cap.* 13. vbi videndus Additionator.

Secundò notandum eſt, quod iudicia 67
poſſeſſoria dupliciter habent admixtã cauſam proprietatis: vno modo cognito de poſſeſſorio iure irreſeruato manente iudicio proprietatis: altero modo cognito de poſſeſsione, reſeruata cognitione proprietatis ad iudicium petitorium; hoc caſu etſi poſſeſsio habeat admixtam proprietatis cauſam, non debet habere ſic cognitionem plenam, vt tamquam iudicium petitorium cenſeatur, ſed denegata appellatione, vt in cæteris iudicijs ſummarijs, exequenda eſt ſententia, vt in cauſis Tenutæ ſeruatur, & hanc diſtinctionem poſſeſsionis ſecuti ſunt Roman. in *l. naturaliter*, *§. nihil commune*, *num.* 13. *de adquirend. poſſeſſ.* & Iaſſon, *num.* 45. reſeruata proprietatis qualitate ad iudiciũ petitorium.

Quæ doctrina comprobatur, ex tex- 68
tu in *l.* 1. *§ fin. de aqua quot. & æſtiu.* vbi iudicium poſſeſſorium cognitionẽ plenam habet, ac tamquam petitorium regulatur, quia in eo finitur, tàm quæſtio poſſeſsionis, quàm proprietatis, vt *gloſſ. ibi*, *verb. Aſsignationis*, Socin. Iun. *conſ.* 182. *num.* 7. *lib.* 2. Menoch. *de retin. rem.* 3. *n.* 122. & 123. Grato *conſ.* 139. *num.* 12. & 13.

Ex quibus principijs iuſte conſtitu- 69
tum in noſtro caſu dicendum eſt, vt à ſententia in cauſis mutationis paſcuorum non admittatur appellatio ſuſpenſiua ratione ſummariæ cognitionis illius iudicij, pariterque ratione boni publici, ac conſeruationis paſcuorum.

Sed quærendum duxi ex his an in 70
hoc iudicio ſummario admitti debeant exceptiones impedientes mutationes paſcuorum, qualiter probatio cauſarũ, ex quibus moti fuerunt ſupremi iudices ad conceſsionem facultatum, ad id vt defeſſæ fierent, vel ad culturam reducerentur paſcua.

Hæc ſanè quæſtio decidenda eſt ex

ver-

verbis ipſius conſtitutionis: Nam ſic cõceditur ſummaria cognitio, vt omni modo quæcunque exceptiones impedientes executionem huius conſtitutionis ſummoueantur, cum hoc iudicium regulari debeat, ſecundum diſpoſitionem *d. l. vnic. C. ſi de momentan. poſſ.* in quo quaſcumque exceptiones reijciendas eſſe dicendum eſt, remiſſa ad ſupremos iudices illarum cognitione, ex vulgari concluſione deducta á Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 13. numer. 15. ex l. ille à quo, §. ſi de teſtamento ad Trebellian. l. ſi is à quo, vt in poſſ. legator. l. 3. §. ibidem ad exhibend.* & quæ ibi adducit Additionat. 71

Et cum legem expreſſam habeamus non erit locus diſputationi, ex *l. ancillæ, C. de furt.* Sed id ſeruandum, quod conſtitutum eſt, ſcilicèt, vt ipſo facto, appellatione que remota, paſcua culta ad naturam primæuam paſcuorum reducantur, vt ex ipſa lege.

Nec ſi relinquenda eſt quęſtio, quę in iure paſsim, præcipuè apud nos vertitur, an in iudicio ſummario Tenutæ admittantur exceptiones, quæ ad petitorium pertineant: nam regulariter dicendum videtur, omnes exceptiones, quæ incontinenti probari poſſunt, admittendas eſſe, ſicuti de iudicio executiuo diximus num. & in noſtro caſu, Molin. *lib. 3. cap. 13. num. 15. & 16.* Mier. Velazq. Auędan. Azeued. Rot. Paz, Tapia, adducti ab Additionat. *d. cap. 13. num. 15. & 16.* 72

Quibus omiſsis dicendum, quod inſpiciendum eſt, an exceptiones iudicium reſcindens & reſciſſorium reſpiciant: nam ſi reſpiciant, admittendæ non ſunt in iudicio ſummario Tenutæ, quia in eo non finitur quæſtio proprietatis, vt dixit *d. l. 1. §. fin. de aqua quot. & æſtiu.* ſed altiorem indaginem requirunt, vt ex *l. fin. & ibi gloſſ. C. de edict. D. Adrian.* probat Zuchar. *numer. 323.* Felin. *cap. ex literis num 15. de fid. inſtrum.* Menoch. *de adipiſc. rem. 4. num. 704.* Bertrand. *conſ. 75. num 8. lib. 5.* vt Paz de Tenut. *cap. 38. num. 15.* quamuis teneat contrarium, *num. 22.* 73

Et ſi exceptio oppoſita in rem tendit, aut ad iudicium reſcindens reſpicit, cum hoc remedium in rem detur, ex *l. in cauſæ 14. §. interdum de minoribus*, in iudicio ſummario admittenda non eſt, Achil. *deciſ. 15. num. 2. de reſtitut.* Hieron. Gabr. *conſ. 44. num. 12. lib. 1.* Peregrin. *de fideicomm. art. 48. num. 31.* Rota apud Farin. *deciſ. 698. num. 3. part. 2.* in recentior.

Hinc prouenit illa quæſtio, an ſi virtute Regiæ facultatis alienatio alicuius rei, vel ad communitatem pertinentis, vel ad maioratum facta ſit, in hoc iudicio ſummario Tenutæ de viribus facultatis agi poſsit. 74

Quod etiam extendendum erit ad illam quæſtionem, an in iudicio ſummario, *l. 45. Tauri*, agi poſsit contra diſpoſitionem mutãtem antiquum ſuccedendi modum à prima conſtitutione maioratus prouenientem, virtute facultatis Regiæ, vt quotidie fit, & in caſu ſucceſsionis maioratus de Tobar factum fuiſſe, refert Valenç. *conſ. 69.* & maioratus de Poça, Rouito *conſ. 15.* Menoch. *conſ. 993 per totum.*

Varia ſanè eſt inter DD. hæc quæſtio, dicentes admittendam eſſe in hoc iudicio exceptionem nullitatis Regiæ facultatis, quia in eo admittuntur exceptiones, quæ incontinenti probantur, vt diximus ex Additionat. Molin. *lib. 3. cap. 13. num. 15.* & cum comprobentur ex defectu poteſtatis Principis non valentis concedere facultates admutationem maioratus in præiudiciũ iuris quæſiti ſucceſſoribus, ſeu vocatis ad ſucceſsionem (vt latè conatur defendere, Paz *de Tenut. cap. 38. ex num. 20.* qui exceptiones admiſsit contra facultatem, contraque cæteros titulos maioratus ex eo, quod credat iudiciũ Tenutæ mixtum eſſe) in eo de omnibus exceptionibus agendum. 75

Et Argel. *de ligitim. contrad. quæſt. 3. num. 161.* tenet in iudicio poſſeſſorio agi poſſe demeritis petitorij, in quo videndi Rouit. *conſ. 5. num. 10.* Doctiſs. Fab. Capic. Galeot. *lib. 1. contr. 15. num. 15.* ex Menoch. *de adipiſc. remed. 4. q. 80.* 76

80.*num.*753.*&* 759.Peregrin. *de fideicomm.art.*46.*ex num.*35.Valençuela *conſ.*69.*ex num.*248.

77 Ponte *conſ.*62.*ex num.* 15. in iudicio inueſtituræ agi poſſe de meritis tituli tenet,cũ ſi inueſtitura facienda ſit ſucceſſori legitimo,natura illius iudicij erit,vt liquidetur prius ſucceſſor : etſi dubitatio exoritur ſucceſſoris,neceſſario indagandum venit, an verus ſucceſſor ſit,& cognoſcatur de viribus tituli, aut inueſtituræ.

78 Contrariam verò ſententiam alij tenuerunt dicentes in iudicio poſſeſſorio merè , nec aliquod præiudicium auferente in petitorio, agi de viribus Regiæ facultatis nõ poſſe,vt in caſu *l.*45. *Tauri*,tenuerunt Auendan.*d.l.*45 *gloſſ.* 10.*num.*2.Molin.*de iuſtit.&iure,quæſt.* 638.*num.*4.Decio *conſ.*588.*num.*12. Argel.*de legitim.contr. quæſt.* 19.*num.* 56. Rouit. *conſ.*15.*num.*18.*&* 19.& in maioratu de Touar,vidimus Valéç. *conſ.*69.

79 Nam quamuis Capicius Galeot. & Rouit.teneant in iudicio poſſeſſorio admittendas eſſe exceptiones proprietatis,& agi debere de viribrs tituli , doctiſsimus Fab.Capic.Galeot *ex num.* 23.tenet hoc procedere caſu,quo agitur de iudicio requirente altiorem indaginem,ac cognitionem,quàm remedium *l.fin.C.de edict.Diu.Adrian.*& ex eo quod ſententia in illo iudicio lata adferat præiudicium in petitorio,& in ipſo caſu, ſic defendit Ponte *conſ.* 62. *ex num.*19.cum ſequentibus.

Etſi attendenda eſt doctrina Rouiti *d.conſ.*5.vt patet *ex num.*11.*&* 12.loquitur in cauſa merè petitoria , & vbi agitur de ſucceſsione in iudicio petitorio.imò *num.*10.dum loquitur de iudicio ſummario,ac poſſeſſorio, tenet exceptiones contra inueſtituram admittendas non eſſe.

80 In hoc tamen dubio opinionum in quo verè inſudarunt noſtrorum temporum aduocati.Dicentes,ad petitorium pertinere cognitionem , an facultates ad maioratus mutationem cõceſſæ ſeruari debeant,nec de eo agendum in iudicio ſummario,*l.*45.*Tauri*, ſed illius l. remedium competere virtute tituli antiqui,nec admittendam contra eum exceptionẽ facultatis principalis , nec an potuit à Principe in derogationem illius conſtitui: Alij contrario fatentes facultates ſeruandas eſſe, nec de his agi poſſe,ſed exceptiones contra facultates remittendas eſſe ad iudicium petitoriũ,conceſſo remedio *d.l.*45.virtute diſpoſitionis qualificatæ regia facultate.Meum interponere iudicium non auderem,ſed tamen adhærendo doctrinæ ſapientiſsimi Molin. *lib.*3.*cap.*13.*num.*55.dicendum eſt.

Quod ſi virtute Regiæ facultatis diſpoſitio facta eſt derogatoria alicuius qualitatis maioratus antiqui, quod in hoc iudicio nulla exceptio admittenda eſt contra nouam diſpoſitionẽ qualificatam regia authoritate, ſed id ſeruandum,quod Principe authore fuerit factum , vt his verbis reſoluit Molin. *Aut titulus ex quo alienatio facta fuit,proceſſit à primo maioratus inſtitutore,vel alienatio ex debitis eiuſdem facta fuit, vel aliàs Regia facultate interueniente , & tunc dicendum eſt,pro rebus hoc caſu alienatis remedium,d.l.*45.*Tauri,præſtandũ non eſſe, ſed negotium hoc ad Regios conuentus eſſe remittendum,vt ibidem petentibus via ordinaria iuſtitia miniſtretur.*

Miror quo iure ſecundum Molin. contra bona maioratus alienata virtute Regiæ facultatis , non detur remedium *l.*45.concedatur verò contra diſpoſitionem mutationis qualitatum ſuccedendi laudatam,confirmatam , vel factam Regia facultate interueniente. Quo iure concedenda Principi authoritas ad alienationem perpetuam bonorum maioratus,& deneganda ad mutationem temporalem qualitatis ſuccedendi ? Nullam rationem differentiæ inueni , fateor tamen hoc deſcendere ab inſufficientia mea:ſed difficilis mihi viſa ſemper eſt hæc quæſtio , vt poſsit Princeps facultatem concedere ad alienationem bonorum maioratus, & non ad mutationem,ſeu ad inducendam nouam diſpoſitionem ſuccedendi.

Præ-

81 Præsertim attenta resolutione, Mieres *de maiorat. 3. part. quæst. 15. numer. 122.* qui tenet, quod si maioria in filio facta sit facultate interueniente, & contra facultatem obijciatur, nihilominus filius mittendus est in possessionem virtute Regiæ facultatis, & reseruandum est ius, seu exceptio ad iudicium proprietatis.

82 Additio Molin. *dict. numer. 55.* hanc opinionem reijcit, admittitque in iudicio summario *l. 45. Tauri*, exceptiones contra facultatem, debeatque in eo à doctrina Auendan. Molin. Theolog. Valençuel. *consil. 69. ex numer. 248.* Mart. *de succession. legal. part. 4. quæst. 16. articul. 3. numer. 37. vsque ad 40.* qui omnes fatentur, viam executiuam competentem virtute antiquæ dispositionis vulneratam esse regia facultate interueniente ad illius derogationem, ex quo denegandam esse possessionem virtute illius successionis, tenuit Mart.

83 Sed vndè hæc Additionis doctrina, ex eo quod mixtum est iudicium *dict. l. 45.* vt ipse testatur. Et quia ad mixtam habet causam proprietatis, ob idque agendum de omnibus exceptionibus proprietatem cõcernentibus.

84 Id verò dicendum crederem in iudicio vbi agendum erat de proprietate, aut vbi sententia præiudicium in iudicio petitorio adferret, vt in *d. l. 1. §. fin. de aqua quotid. & æstiu.* diximus, & notant doctissimus Fab. Capic. Galeot. *d. lib. 1. controu. 15. numer. 23.* & Rouit. *consil. 5. numer. 11. & 12.* sed in iudicio summario momentaneæ possessionis, in quo nec supplicatio, nec appellatio admittitur, qualiter admittenda exceptio, quæ omnimodo summoueat ius proueniens á disponente virtute Regiæ facultatis.

85 Hoc præcipuè noto ex eo, quod si aliquis virtute iudicialis authoritatis missus est in possessionem rei maioratus subiectæ, contra possessorem non datur remedium *d. l. 45.* vt notat Azeued. *l. 8. tit. 7. lib. 5. num. 11. versic. Posset*, & Matienç. *in ipsa lege glossa 5. numer. 9.* quod si ex causa necessaria est facta alienatio, non erit locus huic remedio, & dum iudicialis authoritas interuenit ad alienationem, latè probat Mieres *de maiorat. 3. part. quæst. 14. per totam.*

Quo iure admittenda exceptio nulli 86
tatis facultatum, aut dispositionum Regiarum in iudicio Tenutæ, dum virtute dispositionis laudatæ Regia interueniente facultate succeditur, imò tenendum est quidquid dicat Addit. ad Molin. quod seruanda est Molin. resolutio tradita *d. numer. 55. capit. 13.*

Sed vtinam dicent, admittendã ex- 87
ceptionẽ nullitatis facultatum in iudicio *l. 45.* ex eo quod nullitas notoria est notorietate iuris, cum Princeps non possit disponere in præiudicium iuris tertij, etiam in spe tantum competentis, neque ad id mutare modum succedendi in maioratu à primo fundatore constitutum, vt præter traditos in nostro *tract. de lege Politic. lib. 2. cap. 14. num. 29.* tenent Anton. Gomez *l. 40. Taur. num. 89.* Burg. de Paz, *cons. 9. numer. 27.* Mieres *de maiorat. 4. part. quæst. 1. num. 15.* Garc. *de nobilit. gloss. 12. num. 80.* Gregor. Lop. *l. 3. titul. 3. part. 6. gloss. magn. quæst. fin.* Mexia *ad l. Tolet. 2. part. fund. 7.* Aluar. *de coniect. lib. 2. cap. 4. num. 66.* Valençuel. *consil. 69. num. 102.* Anton. Fab. *in iuris prud. tit. 2. princip. 8. illat. 2. cons. 1. & 2.* D. Ioan. de Solorzan. *de gubernatione Indiarum lib. 2. cap. 27. num. 48.* eleganter Angel. Matheac. *de via, & ration. tur. lib. 1. cap. 34. per totum, præcipuè numer. 19. & 29.* Pinel. *in Rubric. de resc. vend. 1. part. cap. 2. ex numer. 18.* Dom. Valenç. *cons. 66. ex num. 102.*

Et cum hæc exceptio in potentiæ 88
ex ipsis actis, seu instrumentis comprobetur, admittenda est in iudicio Tenutæ, seu quolibet possessorio, Aflict. *decis. 65.* Romanus in *l. si verò, §. si de viro. num. 6. solut. matrimon. & cons. 42.* Surd. *cons. 186.* Garc. *de benefic.*

nefic. part. 1. cap. 5. num. 558. Leon *dec. 209. numer. 58.* Peregrin. *de fidei-comm. articul. 46. num. 38.* Caſtill. *controu. lib. 3. cap. 24. num. 165.* & non venit reijcienda ex Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 9. numer. 42.* ad iudicium requirens altiorem indaginem, ſed terminanda eſt in iudicio poſſeſſorio.

89 Præcipuè, quod cum conſtet ex ipſa legali, ac iuridica diſpoſitione de impotentia Principis non valentis derogare ius tertij, ex conſtitutione *l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. l. ſi donationem, C. de reuocand. donation. l. quoties, C. de præc. Imperat. offer.* ex quibus in Principe denegarunt hanc poteſtatem traditi à nobis, *dict. tractat. de lege Politica lib. 2. capit. 14. numer.* 29. D. Franciſc. Amaya *in l. vnic. ex numer.* 82. *C. de pœn. Fiſcal. libr. 10.* exceptio contra facultatem, ac titulum Regium admittitur, tanquam euidens, prouenienſque ex notorio defectu tituli, Menoch. *de recuperat. remed. 15. numer.* 572. & latius *conſil.* 515. *numer.* 15. 16. & 17. Camil. de Medic. *conſil. 1. num.* 29. & 37. Rouit. *conſil. 1. ex numer.* 18. Camil. de Larrata *conſil. 87. numer. 7.* & 8. Decio *conſil. 220. numer. 20. numer. 13. lib. 2.* Caualcan. *deciſ. 36. num.* 468. *lib. 2.*

Hæc doctrina deducitur ex conſti-
90 tutione Imperatoris *in l. non dubium, C. deleg.* vbi annullantur omnes conſtitutiones, pacta, factaque legibus contraria, & cum derogatio iuris tertio prouenientis pacto, conſtitutione, teſtamento, aut contractu contraria ſit legalibus diſpoſitionibus *dict. l. ſi teſtamentum, dict. l. quoties, dict. l. ſi donationem*, ipſo iure pro nulla habenda erit, nec vires habere, nec ſubſiſtere poſſe ad hoc, vt virtute illius poſsit conferri remedium *dict. l.* 45. ſed virtute antiquæ diſpoſitionis conferendum, cum ſecundæ obſtet dictarum legum conſtitutio.

Sed nihilominus fatendum eſt,
91 quidquid Doctores dicant contra poteſtatem Principis facultates à Rege conceſſas ad alienationem bonorum maioratus, mutationemve ſuccedentis ſubſiſtere debere ex cauſis à nobis adductis *in tractat. de leg. Politic. lib. 2. cap. 14. ex num. 28. cum ſequentibus*, & defendunt Menoch. *conſil. 956. num. 9.* Rodolphin. *de ſuprem. poteſtat. Princip. capit. 6. numer.* 146. Tapia *deciſ. Ital. 20.* Ponte *conſil.* 152. Ciriac. *tom. 2. controu.* 312. *numer.* 13. 14. *vſque ad 20.* Mieres *de maiorat. part. 1. quæſtion. 26. numer. 92.* Petr. *de poteſtat. Princip. capit. 32. §. 1. numer. 33. & §. 2. numer. 34.* Rouit. *conſil. 15. num. 32. & conſ. 76. num. 2.* Menoch. *conſ. 993. per totum.*

Nam *l. ſi teſtamentum, & l. quoties* 92
non negant Principes habere poteſtatem ad derogationem iurium tertij, ſed conſuluunt, vt non derogent, quod diuerſum eſt, vt diximus *de lege Politica, dict. capit. 14. numer. 34.* nec nullitatem in actu influunt, ſed tantum irrationabiliter procedere notant, vt dixit Barboſ. *in dict. l. quoties, numer.* 19. & Didac. Perez *l. 6. tit. 12. lib. 1. ordin. pag.* 666.

Et quamuis nullitatem actus à Principe factus contra ius tertij inducat Bald. *in l. ſi donationem, C. de reuocand. donation.* quia à Principe tolli non poteſt dominium tertio quæſitum, Angel. ibidem, *num.* 1. Matheac. *dict. capit. 34. numer.* 19. Additio tamen Bart. *in l. ſi teſtamentum*, ex Decio, Abb. Iaſſon, & alijs tenet ex cauſa reſcriptum contra dominium tertij valere, vt diximus *dict. lib. 2. de lege Politica capit. 14. ex num. 35.*

Et omiſſa omnia latè tradita â 93
nobis, *dict. capit. 14.* & per Doctores relatos *numer.* dicendum eſt, quod quamuis actus nullitatem recipiat, ex quo contra legem fit, vt conſtitutum *in d. l. non dubium*, & deducunt Scribentes *in dict. l. ſi donationem*, quamuis lex poſt prohitionem actus non annullet, vt Gregor. Lop. *l. 28. verb. Contra, titul. 11. part. 5.* Menchac. *vſufreq. capit. 1. numer. 5.*

Van-

Bantio de nullit. tit. quib. mod. nullitat. in iud. prop. numer. 52. Mendoç. *de pact. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 39. Paz *ad ll. Styl. l.* 200. *num.* 81. Anguian. *de legib. lib.* 3. *contr.* 5. *nu.* 10. *& controu.* 7. *num.* 21. Auguſt. Barb. *l. non dubium, num.* 10. *C. de legibus.*

Ex eo quod omnes leges habent clauſulam decreti irritantis in his, quæ contra eas fiunt, ſiue per viam pacti, aut conſtitutionis, vt deducit Anguian. *d. lib.* 3. *controuerſ.* 5. *num.* 10. erit conſequenter dicendum, quod derogatio â Principe facta quorumcumque iurium contra mentem *l. ſi teſtamentum*, *l. ſi donationem*, excludenda eſt, ac pro nulla habenda, cum contra legum voluntatem operetur.

Nihilominus tamen fatendum eſt *l. non dubium* reſolutionem, aut conſtitutionem limitandam eſſe. Primo,
94 quando prohibitio legis perpetua nó eſt, aut abſoluta, ſed aliquo in caſu, aut interueniente aliqua ſolemnitate admittitur, tunc actus contra legem factus annullandus non eſt, ſi illa qualitas interueniat ex qua prohibitio, aut in quo non operatur, & ita declarat illam legem ex Bant. Suar. Salas, & Farinat. Auguſtin. Barboſ. *in d. l. non dubium, numer.* 11. & 12.

95 Secundò, excluditur regula *d. l. non dubium* poſt executionem actus, nam etſi à principio ſit prohibitus ex poſtfacto tenet, vt in caſu regiæ facultatis, rationeque ſupremę maieſtatis, ne in detrimentum authoritatis tendat reuocatio iam conceſſæ, ac effectum ſequutæ defendit Paul. Pariſ. traditus à nobis *de lege Politic. d. cap.* 14. *num.* 43.

96 In qua quidem quæſtione notatu digna congerit Suar. *de leg. lib.* 5. *cap.* 25. *ex num.* 1. inquiens, quam plura à iure prohibita eſſe, quę ex poſtfacto tenent ratione reuerentiæ, circumſtantiæ, prohibitionis, vel modo facti, qualiter in matrimonio prohibito ratione voti, vel in receptione rerum ludo lucratarum, nam quamnis harum prohibitio rerum a iure conſtituta ſit, non annullatur matrimonium, nec recepta res reſtituitur, licet poſtea reuocari poſsit, quia præcepta clauſulam irritantem non habent, idem & dicendum videtur in noſtro caſu, quod licet Princeps in præiudicium iuris quæſiti procedere non poſsit, quia iura naturalia ex quibus dominium iam quæſitum eſt, derogare non poteſt, & quia ex prohibitione dictarum legum *l. ſi teſtamentum*, *l. quoties*, *& l. ſi donationem* li- 97
mitata eſt Principis poteſtas ad derogationem illorum iurium: fatendum tamen eſt, limitandam eſſe hanc concluſionem poſt conceſsionem, ac executionem principalis diſpoſitionis, cum dictæ leges clauſulam irritantem non habeant.

Hæc præcipuè procedunt atten- 98
ta Theorica *d. l. non dubium, de legib.* nam quamuis ex diſpoſitione illius conſtitutionis factum contra legem nullum ſit, diſtinguendum eſt, aut fieri non debet, & ſit, hoc caſu factum nullitatem non continet, imò tenet: aut actus prohibitus eſt abſolutè, & hoc caſu factus nullus eſt, nec facto comprobatur. Deducitur hæc doctrina ex textu *in l.* 1. *§. biduum, quando appellandum ſit*, ibi enim 99
conſtituitur, quod ſententia conditionalis non feratur, ſed tamen inquit Vlpian. quod ſi feratur tenet, ibi: *Sane quidem non eſt ferenda ſub conditione ſententia, ſed ſi fuerit dicta, quid fiet, & eſt vtile ſtatim tempora ad appellandum computari debere, cap. biduum* 2. *quæſtione* 6. & ibi gloſſa, Archidiac. & Prępoſ. Suar. *de legibus, lib.* 5. *capitul.* 25. *numer.* 13.

Lex contraria diſpoſitioni *d. l. non* 100
dubium, & quamuis Doctores latè ſcripſerunt ad declarationem harum legum dicentes, prohibitionem legis eſſe de conditione extrinſeca, quæ vitiat ſententiam, ſecus vero, ſi feratur ſententia ſub conditione in-

trinſeca: Nam tunc valet, quia hæc cõditio non fuit prohibita à lege, vt latè Alexand. *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, de re iudic.* & Bartol. ibidem *numer.* 4. latè Oſaſch. *deciſ.* 146. *per totam*, Franciſc. Marc. *deciſion.* 418. Cardin. Tuſch. *littera S. concluſion.* 108. *per totam*, hæc ad caſum noſtrum non pertinet vide Hieron. Gabriel. *comm. concl. tit. de ſententijs, lib.* 2. *concl.* 1.

101 Sed fatendum eſt, quod ad hoc quod actus nullus ſit ex quo contra legem factus, neceſſe eſt, quod lex expreſſe illum prohibeat abſolutè, nec vltra progrediatur, vt notat Bartul. *in d. l. non dubium num.* 16. & 21. Molin. *de iuſtit. & iur. diſp.* 88. *num.* 12. *verſ. leges etiam Caſtellæ.* Hęc qualitas deficit in diſpoſitione *d. l. ſi teſtamentum*, C. *de teſtament. l. ſi donationem*, C. *de reuoc donat.* Nam non prohibetur diſpoſitio principalis in dd. ll. ſed tantum dicitur quod non oppertet quod teſtamenta, aut donationes principali indulto derogentur, quæ verba irritationem actus non inducunt, vt deducit eleganter Baldus *d. l. non dubium num.* 11. cum non prohibeatur actus, aut diſpoſitio, ſed tantum dicatur, quod fieri debeat, nec facto nullitas inducitur.

102 Hic proxima eſt conſtitutio *l. relegatorum, §. ad tempus, de interdict. & relegat.* vbi prohibitum eſſe dixit I. C. relegatis ad tempus bona auferre, ſed ſi ſentẽtia fuit lata auferens bona, inquit I. Conſult. *Sic tamen, vt non infirmentur ſententiæ quæ ita ſunt prolatæ.*

Quid enim diuerſum in hac lege inuenitur ad hoc vt ſententia contra legem lata non derogetur, & in caſum *l. ſi teſtamentum* reſcriptum Principis nullum cenſeatur à Doctoribus poſt expeditionem? dices hanc reſolutionem deſcendere ex diſpoſitione *d. l. non dubium.*

103 Fatendum tamen eſt in omni caſu tam in caſu *d. l. ſi teſtamentum*, *l. ſi donationem* diſpoſitionem contra teſtamentum valere poſt expeditionem, quam in caſu *d. §. ad tempus*, nam quamuis gloſſ. Bartol. Baldus, Alberic. & Doctores difficultatem ſentiant *d. l. non dubium*, Bartol. tamen *in d. l.* 1. *§. biduum, num.* 3. dixit ob reuerentiam rei iudicatæ ſententiam contra diſpoſitionem legis ſuſtinendam eſſe, his verbis, *Non vidro, quod aliter poſſet dici niſi quod hic ſit ſpeciale propter authoritatem rei iudicatæ, & hoc videtur velle hic Iur. Conſult.*

Idem dicendum venit in caſu noſtro: Nam licet regulariter à Principe facultates ad mutationes ſucceſſionum conſtitutarum in maioratibus, aut ad alienationem rerum maioratus concedi non debeant, quod poſt expeditionem ob reuerentiam principalis authoritatis, ac poteſtatis ſuſtinendæ ſunt, vt in caſu *d. l.* 1. *§. biduum*, dixit Bald. *d. l. non dubium numer.* 11. & in caſu *d. l. ad rogatorum, §. ad tempus, numer.* 14. ibi: *Speciale propter authoritatem rei iudicatæ*, quod tenendum eſt meo videri.

Vltimo ſanè pro coronide huius 104
concluſionis notandum eſt, quod *l. ſi teſtamentum*, *Cod. de teſtament. l. ſi donationem*, *Cod. de reuoc. donat. l. in ciuili*, *Cod. de rei vendicat. l. de contracta*, *Codic. de reſcindend. vendit. l. cum te*, *Codic. de donation. ante nupt. l. nec auus*, *Codic. de emancipation.* ex quibus deducitur limitatio poteſtatis principalis ad derogationem iurium iam quæſitorum, non loquuntur prohibitiuè ad hoc vt in eis operetur diſpoſitio *d. l. non dubium*, ad hoc vt quidquid factum fuerit, ſit nullum tamquam contrarium legibus.

Nam illa regula *l. non dubium*, 105
limitatur caſu, quo prohibitio ratione honeſtatis à lege inducta eſt: quia tunc actus contra legem factus non eſt nullus, Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *lit. L. num.* 201. doctiſsim.

Au-

Auguſt. Barboſ. *in d. l. non dubium, nu.* 12. *ad finem.*

106 Quod prohibitio dictarum legum non ſit abſoluta, ſed tantum ratione honeſtatis inducta, patet ex verbis illarum: Nam *l. in ciuile, Codic. de reſcindend. vendition.* inquit, *In ciuile, atque inuſitatum eſt, quod poſtulas, l. de contractu, Codic. de reſcind. vendit.* dixit *Nullo recedi tempore bona fides patitur, l. cum te, Codic. de donat. ante nupt. Perfectam donationem reſcindi, nec noſtro opportet reſcripto, l. ſi teſtamentum, Codic. de teſtament. Authoritate reſcripti noſtri reſcindi non opportet, l. ſi donationem, Codic. de reuoc. donat. Hanc authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet.*

107 En leges ex quibus deducitur, Principes non poſſe facultatibus conceſsis mutare teſtatorum diſpoſitiones, ſi ex eis deducitur prohibitio ratione honeſtatis inducta eſt, meo videri, quidquid dicant Burg. de Paz *Proœm. leg. Taur. numer.* . Menchac. *vſufreq. lib.* 1. *§.* 1. *num.* 29. Præſertim quod *dd. ll.* ex quo factum prohibent, non impediunt quoad valorem, & ſubſtantiam, ſed quoad honeſtatem, quo caſu cum non auferatur poteſtas Principibus, ſed cohibeatur voluntas, vt ex dictis verb. *non opportet*, licèt facultas concedatur contra honeſtatem valet, vt eleganter notat Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſputat.* 17. *numer.* 25. cum actus factus etiam contra illam prohibitionem honeſtatis valeat, vt defendunt Farinac. & Barboſ. Et in caſu ſimili notat Suar. *de legibus lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 6. quod ſi lex tantum prohibeat facere donationem, nec ad irritationem tranſeat, actus, aut donatio nulla non erit quamuis iniuſta.

108 Ex quo dicendum eſt, quod *d. leges ſi teſtamentum, &c.* quidquid dicant Doctores, non diſponunt ſic vt actus ab eis damnatus ſit nullus, ſed tantum fateri poſſumus, quod iniuſtitiam continebit, cum factus ſit contra diſpoſitiones teſtatorum, aut inderogationem iuris tertij: & vere magna differentia adeſt in eo quod actus ſit nullus, aut quod ſit iniuſtus: Primò caſu nullam obligationem, actionemvè parit: Secundo verò, vt in venditione vltra iuſtum pretium, quamuis actus ſit iniuſtus, eſt validus: ratio eſt, quia iniuſtitia eſt per accidens, ſic nec ſufficiens ad annullandum actum, vt reſoluit Suar. *de legibus lib.* 5. *cap.* 27. *numer.* 9. qui elegantem concluſionem exponit in donatione, aut venditione prima ſine traditione facta, quod ſi ſecunda cum traditione fit licèt iniuſtitiam ſecunda contineat, non tamen irritatur, licèt actus prohibitus ſit, & iniuſtus, ſiuè iniuria poſsit reſarciri, ſiuè non. 109

Comprobatur ſanè hæc doctrina 110
præcipuè in diſpoſitionibus Principalibus. Nam ſi Papa, Imperator, aut Rex iniuſtam diſpenſationem, reſcriptum, laudum quidvè proferat ſine cauſa, quamuis actus per ſe iniuſtus ſit, ratione tamen reuerentiæ, ac poteſtatis principalis ſuſtinetur, & exequi debet, vt ex Caietano, & Couarruuias, defendit Morl. *in Emporio part.* 1. *titul. de legib. quæſt.* 2. *numer.* 15. *&* 16. Sanchez, Suarez, Vazquez, Bonacin. Baldus, & alij adducti à nobis tract. *de leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 14. 15. *&* 16.

Præcipue tamen hæc procedere di- 111
cendum eſt apud Nos, vbi conſtitutio *d. l. ſi teſtamentum*, & concord. admiſſa non eſt, & frequentia facultatum conceſſarum ad mutationē maioratuum & ad alienationem rerum ſubiectarum reſtitutioni inadmiſsit diſpoſitionem dd. ll. & etiam mentem, ac doctrinam *d. l. non dubium*, in qua ſentit Suar. leges irritantes, conſuetudine abrogari poſſe, de legibus *lib.* 5. *capit.* 28. *numer.* 16. ex quo

enim inducenda abrogatio legum potiori iure, quam ex multitudine, ac frequentia facultatum conceſſarum, & expeditarum quotidie apud Nos: quibus dicere puſſumus, quę refert Victor *de poteſt. Pap. & Concil. numer.* 12. circa diſpenſationes Pontificis: quod cum pro parte inſtet ſuperioris Principis authoritas ad validitatem actus: pro parteque derogatio iuris tertij, vel conſtitutionum iuridicarum: facienda eſt lex conſtituens, quid fieri à Principe poſsit, vel non: interim vero ſuſtinenda eſt principalis conſtitutio, aut lex, neque ex abſoluta prohibitione reſtringenda Principis authoritas, cum præſumatur ſemper in eo cauſa ad diſponendum, præcipuè inter ſubditos.

112 Et etiam quod neceſſario apud Nos cenſet Doctores, quod ad hoc, quod actus factus ſit nullus ex prohibitione legis, lex habeat decretum irritans, vt defendit Molin. *de iuſt. & iur. diſput.* 88. *numer.* 12. *verſ. leges Caſtellæ.* Vazquez 1. 2. *diſput.* 164. *cap.* 3. & contra Matienz. *in ſpecie legis* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ. vltim.* defendit Suar. *de leg. lib.* 5. *cap.* 30. *numer.* 2. Sed cum ille leges non habeant, nec vlla lex ſit apud Nos tales actus, aut facultates prohibens cum decreto irritante: & ſi antequam conferantur facultates deliberatè, ac maturè agendum ſit, nec facilè concedi debeant viſis, ac recognitis cauſis: poſt
111 expeditionem, aut executionem de viribus illius loqui non debere crederem, *vt de leg. Polit.* diximus *lib.* 2. *cap.* 14. *ex num.* 29.

113 Et quamuis Bald. dicat, quod actus à Principe factus in præiudicium iuris tertij quæſiti, eſt nullus abſolute, nec dici poteſt, licèt peccet, actum valere, quia Princeps talia faciens pecus eſſet *in cap.* 1. *ſi de feud. fuer. contr.* quem ſequitur Fortunat. Garcia *in l. Gallus, §. & quidſi tantum, num.* . *de liber. & poſthum.* vel tiranicè procederet, vt voluit Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 31. Couuarr. *variar. lib.* 3. *capit.* 6. *ex numer.* 6. quem ſequuntur à nobis traditi ſuprà *num.* 87.

Adhuc tamen re maturè, ac 114
deliberatè conſiderata, diuque agens inter tam varias Doctorum reſolutiones, dicendum, credo nec abſolutè reijciendam Molinæ doctrinam traditam *d. cap.* 8. *num.* 31. nec abſolutè tenendam.

Ipſe ſane Molina eandem ſequitur *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 27. & etiam ſi maioratus Regia facultate interueniente factus ſit, *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. *& ſeqq.*

Potiſsima ratio huius concluſionis ea eſt, tam ex mente Molin. quam cæterorum Doctorum, quod Princeps non valet diſponere in præiudicium iuris tertij, ſaltim quæſiti in ſpe probabili, ſic notat *d. cap.* 3. *lib.* 4. *numer.* 11. *& d. num.* 27. *& in ipſo num.* 31.

Hanc quæſtionem diſputat quam 115
plures adducens Doctores D. Luis de Lima *addit.* ad Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. Sed tamen vt ibi vides, eadem ratio adducitur, quod ius in ſpe tolli non poteſt à Principe, addit etiam quod ius competens ſucceſſoribus maioratum, tamquam iam delatum à primo inſtitutore difficilius derogandum eſt à Principe, ni magna cauſa interueniente.

Sed in hac quæſtione antequam 116
ad noſtram reſolutionem, & quid tenendum, deueniamus: notandum eſt, quod illa Molin. doctrina ex qua conatur defendere Principem non poſſe derogare ius in ſpe ſucceſſoribus competens ad ſucceſsionem maioratus, parum tuta eſt attenta ipſius reſolutione tradita *lib.* 2. *capit.* 7. *numer.* 30. vbi tenet: Principem poſſe certa ſcientia derogare ius ad eundi hæreditatem iam delatam: & quamuis dicat *num.* 31. *& ſequentib.*

hoc

hoc à Principe fieri non debere. Illa tamen doctrina ab omnibus recepta est, nec reijcitur, ni tantum à Fortunio Garc. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ex numer.* 286. *de liber. & posthum.*

117 Eamque in puncto iuris defendunt primò, Bartol. *in d. §. & quid si tantum*, ex eo Paulus de Castr. *num.* 19. & 20 *& in l cum hæredes, de acquirend. possessione*, Baldus *in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num.* 9. C. *de Episcop. & Cleric. & in l.* 2. *num.* 4. C. *de iur. & fact. ignorant.* Petrus Paulus Paris. *cons.* 1. *num.* 64. *lib.* 2. Iason. *in d. §. & quid si tantum numer.* 121. & 122. Aretinus, Socinus, & Alexand. *in d. §.* Paulo de Castr. *cons.* 34. *num.* 5. *volum.* 1. Dyn. *cons.* 10. tradito à Paulo de Castro, & ab Alexandr. *cons.* 2. *numer.* 14. *volum.* 1. Carolus Ruin. *cons.* 68. *numer.* 3. *volum.* 3. Cost. *in d. §. & quid si tantum* 2. *part. numer.* 177. Castill. *lib.* 5. *controuers. capit.* 67. *numer.* 57. Molin. *lib.* 2. *capit.* 7. *numer.* 19. Peregrinus, Mieres, Ruinus, & cæteri adducti numero.

118 Ex quo sicuti Princeps potest disponere in præiudicium huius iuris, æqualiter in præiudicium iuris succedendi virtute vocationis maioratuum: Nam id ius quod tolli à Principe non potest, est iure dominij nobis competens tamquam â iure naturali descendens, & in quo Molinæ ratio inuenitur tradita *d. cap.* 8. *num.* 31.

119 Sed ius in spe competens successoribus maioratuum, est quædam facultas succedendi, nec plenum ius dominij penes vocatos ad successionem adest, vt dixit Baldus *in d. l. Deo nobis, §. hoc etiam, numer.* 9. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Nam quamuis ius delatum sit, quia primo fundatori succeditur, nihilominus plenum dominium, quod irreuocabili iure naturali competit, non quæritur vsque ad delationem veræ successionis: Et si dicant quod competit eis certum ius succedendi a iure ciuili introductum, vt notauit Iason. *in d. §. & quid si tantum num.* 122. hoc casu posse Princeps disponere in præiudicium illius iuris in dubium non venit.

Et taliter verum est, quod ex 120
Paul. de Castro *consil.* 34. *volum.* 2. tenuit Alexandr. *d. cons.* 2. *numer.* 14. Quod ad hoc, quod Princeps disponere non possit in præiudicium tertij, nec tantum necesse est, quod hæreditas sit adita, sed etiam adepta possessio, taliter quod ante possessionis ademptionem poterit disponere, cum antea dominium iure naturali non competat, sed iure ciuili, quo derogari posse non est dubium, Iason. *in d. §. & quid si tantum, num.* 124.

Fulcitur hæc doctrina ex alia 121
recepta à Paul. de Castr. *in l. testamenti* 3. *num.* 3. *de testament.* scilicet, quod ius competens hæredi, aut successoribus post delatam, ante vero additam hæreditatem nullatenus prouenit à iure naturali, aut gentium, sed á iure ciuili.

Ideòque cum hoc ius successo- 122
ribus competens â iure ciuili descendat, nec ante ipsam apprehensionem possessionis iure gentium vallatum dici valeat, vt latè Iason. Paul. de Castro, Alexand. Baldus, & cæteri *in d. §. & quid si tantum*, inter bona, quæ à Principe derogari, seu tolli non possunt, computanda non sunt, ex eleganti dispositione Pauli in *l. pretia rerum* 64. *ad l. Falcid.* ibi: *Sed neque hæredem post mortem testatoris institutum seruum tanto pluris esse, quanto pluris venire potest. Pedius scribit. Est enim absurdum me ipsum hæredem institutum esse locupletiorem antequam ad eam: si autem seruus hæres institutus sit, statim me locupletiorem esse effectum, cum multis casus ac-*

cidere posſit, ne iure nostro adeat. Acquirit enim nobis certè cum adierit. Est autē præpositorum ante nos locupletiores dici, quam acquisierimus. Hunc textum ponderant Alexand. Bald. Paul. de Castr. & cæteri *in d. §. & quid si tantum.*

123 Nam quamuis dicant, quod dominium post delatam hæreditatem animo quæri posſit, dicendum est, quod erit iure ciuili tantum inspecto, quo casu poterit Princeps disponere in præiudicium illius iuris. Sed ad hoc quod dominium irreuocabili iure naturali competat, & vt procedat Molin. resolutio, & cæterorum necessaria est traditio, ac apprehēsio vera ipsius, vt *in §. per traditionem, inst. de rer. diuis. l. traditionibus, C. de pact. l. 46. tit. 28. p.* 3. Conan. *lib. 7. com. cap. 6. num.* 10. refert innumeros Doctores, August. Barbos. *in d. l. traditionibus, num.* 1. & 2. Donel. *lib. 4. com. cap.* 15.

124 Sed haud ignoro doctrinam *l. cum hæredes, de acquirend. possess.* vbi adita hæreditate omne ius transfertur hæredi, & etiam dominium, vt notauit Mātic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 17. *num.* 12. Molin. *de iust. & iur. disp.* 3. *num.* 8. Aug. Barbos. *d. l. traditionibus, num.* 4.

125 Nam dicendum est, quod per additionem hæreditatis virtute *d. l. cum hæredes*, transfertur dominium vtile, seu adquiritur dominium iure ciuili, vt *gloss. verb. ciuitatis nostræ in l.* 1. *de acq. rerum domin.* Iason *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum num.* 125. *deliber. & posthum.* ad acquisitionem vero dominij necessaria est iure naturali traditio, & taliter nō acquiritur, vt Iason *d. num.* 125. Conan. *lib. 2. comment. cap.* 14. *n.* 4. & hæc est illa differentia *l. cum hæredes*, quod per additionem iura transeant, scilicet transmissibilia iure ciuili, ad hoc vero quod naturali iure competat hæreditas, iura vè illius necessaria est corporalis apprehensio, & ita seruari apud Nos, & apud Lusitanos defendit Molin. *de inst. & iur. d. disp.* 3. *num.* 18. *vers. secundus est.*

126 Et in casu nostro probat Paulus de Castr. *in d. l. cum hæredes*, quod possessio, seu dominium translatum per additionem hæreditatis est de iure ciuili, Molin. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 28. necessariam vero esse possessionem ad acquisitionem domini naturalis, quia illud ius ciuile est, & à Principe tolli posse defendit, sequitur Paul. de Castr. Alexandr. *in d. l. cum hæredes, num.* 5. & quamuis *num.* 7. teneat Principem non posse tollere dominium quæsitum post additam hæreditatem, probat tamen posse illud ius hæredi competens post delatam; quia illa spes etsi certa inter dominia non connumeratur.

In hac materia latè, & eloquentissimè scribit D. Fab. Capic. Galeot. 127
lib. 1. controu. controuers. 1. per totam, qui defendit, Principem non posse in præiudicium agnatorum, seu cognatorum ad successionem feudi disponere, cum ius habeant certum à primò fundatore, seu virture primæ inuestituræ, quod ad nostrum casum verissimè adaptandum est, cum pariter hæreditario iure successio maioratuum non reguletur, sed iuræ sanguinis, pacto, ac prouidentia fundatorum, vt latè Molin. *de primogen. lib. 1. cap. . per totum.*

Sed vere huic oppinioni adhærere 128
non dubitarem, si ex illa difficultate non tenerer, quod illud ius in spe competens vocatis ad successionem maioratuum nullo priuilegio iuris naturalis gaudet, sed tamen ius ciuile censetur, quod derogari à Principe posse nō dubitant DD. nec ipso Molin. nec Matienz. pro contraria adductus oppinione *l. 7. tit. 7. lib. 5. gloss. 8. num.* 9. aliter nec ius adeundi derogari potest, & licèt sentiam id verum sit, quod notat Doctissim. Fab. Capic. Galeot. *d. controuers. 1. num.* 34. ex Bald. *in l. si emancipati num.* 11. C. *de collat.* Surdus *decis.* 272. *num.* 2. 4. & 9. quod vocati ad feudum dicuntur habere titulum expressum à lege, & a defuncto tacitum: Idem & in casu nostro dicendum est, cum iam habeat titulum hæres virtute institutionis, & nihilominus quod ius adsistat, certaque sit succedendi spes, à Principe reuocatur, & admitti-

tur

tur derogatio Matienz. *d. gloss.* 8. *num.* 9.

129 Notandum etiam est, quod doctrida D. Fab. Capic. Galeot. procedit post delatam successionem feudi, nam cum virtute statutariæ dispositionis ipso iure transeat possessio in agnatum in præiudicium illius iam verè, & realiter quæsiti virtute possessionis translatæ, vt latissimè Tiraq. *tract. le mors saisit, p.* 1. *declarat.* 2. *& seqq. per tot.* non potest Princeps disponere, nam cum translata sit, nec tantũ ciuilis possessio, sed & naturalis, vt in casu *l.* 45. *Taur.* iam hoc ius radicatum in successore naturale censetur, nec derogari à Principe poterit, vt omnes DD. tenẽt, sed quando ius in spe tantum competit, cum ciuilis sit, ac ciuilissimus posse derogari à Principe, vt DD. suprà traditi tenendum non dubito.

130 Et quamuis Fortun. Garc. *in l. Gallus, §. & quid si tantum num.* 293. nostram doctrinam teneat eamque reprobet *num.* 294. non tamen suadeor ad id quod intẽdit probare, scilicet quod succedendi ius naturale est, ac virtute, & firmitate vallatur, vt statim ac hæreditas est delata competat irreuocabili iure naturali hæredi: nam hæc doctrina facilis mihi visa est, si filius est hæres, tunc cum denuo adquiri hæreditas non dicatur, sed quasi continuetur dominium *l. in suis, de liber. & posthum.* adsitque naturalis vis in successione filij, *l scimus* 36. *§. illud, C. de inoffic. test.* & quæ congerit Robles de Salcedo *de repræsent. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 20. Iustè dicendum, quod in præiudicium legitimæ delatæ filio, non poterit Princeps disponere, cum valletur in varia bilitate iuris natnralis, quod vero ius naturale conferat extraneis; agnatis vè succedendi ius, salua Fortunij pace dicendum non est.

131 Nam dicere cum Fortun. Garc. *d. num.* 294. quod post delatam hæreditatem adest virtus, seu dictamen iuris naturalis ad acquisitionem, & quod hoc procedat instituto extraneo hærede difficilimum credo, præsertim authoritate *l. cum ratio* 1. *de portion. quæ liber. & §. emancipati, inst. de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur.* Nam vt ex verbis ipsius patet, loquitur in casu successionis filiorum, ibi: *Cum ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adijciat, &c.* Et in *§. emancipati*, de emancipatione liberorum, loquitur Imperator. vnde enim deducenda hæc naturalis vis ad extraneos, quibus à iure ciuili tantum conceditur succedendi ius, *§.* 1 *inst. de legitim. agnat. succes.*

Hæc sanè quæstio indubitabilis est 132
post Decisionem successionis maioratus de Touar, pro quo consuluit latè Aponte, p. 1. conf. 4. vbi absolutè credunt aliqui, facultates à Rege concessas ad mutationẽ successionis maioratus reiectas fuisse, delata successione virtute antiquæ fundationis.

Sed quamuis tanta sit rei iudicatæ 133
authoritas, ad huc sequens quam pluriũ Doctorum mentem, credo, quod in pũcto iuris verior sit resolutio, quod Princeps possit mutare vocationes, seu ius succedendi in præiudicium vocatorum: Nam etsi pro cõtraria parte extet dicta decisio: Pro valore facultatum autumnant alij etiam decisum, *En la succession de la Casa de Poza, Condado de Pliego, de Casares, en el mayorazgo de Villada, y Villavicencio, y en el del Ducado de Alcalà*; in quibus pro valore facultatum iudicatum fuisse, ac potestati Regiæ delatum. 134

Varia equidem in hac quæstione est Doctorum dissensio, Vnde enim? ex eo quod *Velle suũ cuique est, nec voto viuitur vno.* Mihi vero hæc secunda resolutio placet, cũ validissimis in iure nitatur fundamentis, comprobeturque à DD. infra referendis. Nam etsi, pro vtraque parte latè de hac quæstione agant alterutri parti fauentes, quorum Molin. Nostet latissimè in hac quæst. scripsit, qui qualiter inteligendus infra videbimus. Pro vtraque etiam parte decisum est, vt suprà retulimus. Veriorem resolutionem amplecti desidero, si non cõsequar ex eo credo quod, inquit, D. Ambros.

broſ. *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 3. *Diuerſa hominum ingenia ſunt: alios vtilia, alios amena, delectant, infirmior ameniora eligit, vtiliora faſtidit: Villicus nonnumquam vtilis eſt, vel actor agri confertur Vrbano: ſi inſipiens ſit electo, aut eosum eligit, aut vocalem, quem venuſtioris gratiæ putat, refutat utiliorem.*

136 Fatens ergo quod ab inſipientia mea deſcendat hanc amplecti doctrinã, cum tantæ molis incapax ſim, temeritatiſq; inſtar ſit in hac re Calamũ attingere, meũque interponere iudicium cũ in æa iuriſprudentiæ Patres reſolutiue locutifuerint. Tamen, credo Princepes poſſe ius in ſpe cõpetens vocatis ad ſucceſſionẽ maioratus mutare, quã ex mẽte Doctorum de promere conabor.

137 Nam vere attenta Doctorum reſolutione ſcribentiũ à Principe ius tertio quæſitum tolli non poſſe, (quidquid contrarij teneant) loquuntur caſu, quo verè dominium quæſitum aut ſuccedendi ius certum eſt, aut immutabile, & in variabile, nec loquantur caſu quo tantum ius in ſpe, ſeu ciuili dominium derogatur, & ſic tenent omnes Doctores traditi à Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31.

138 Nam Philipp. Decio, *conſ.* 689. loquitur caſu quo dominium iam quæſitum eſt per contractum factum à Principe. vt patet *n.* 13. & 19. Et *conſ.* 445. *num.* 22. loquitur caſu quo Regia autho ritas limitatiuè fuit interooſita.

139 D. Ant. Padill. *in auth. res quæ, C. cõmun. delegat.* non loquitur reſolutiuè, *n.* 118. ſed conſultiue ſuadet iudicibus, vt facultates non conferant admutationem maioratus, & ſucceſsiones illorum.

140 Latè diſputat hanc quæſtionẽ Burg. de Paz *in Præm. leg. Taur. ex num.* 327. cum ſequentibus. Recte tamen attenta illius reſolutione, ac doctrina, loquitur caſu quo maioratus conſtitutus eſt, ex contractu, aut teſtamento particulari, neque Regia facultas ad conſtitutionem interuenit, vt notat *num.* 350. Nam cum hoc caſu ex particulari diſpoſitione tantum pendeat ſucceſsio, difficilius derogatio admittitur propter obſeruantiam voluntatis teſtantium.

Et vt reſpondeamus obiectioni alio- 141
rum ex mente ipſius Burg. de Paz, qualiter Fulgoſio, Alexand. Socin. Decio, Cardin. & Iaſſ. dicentium ius agnatorum ad ſucceſsionem derogandum non eſſe: Fatendum etiam eſt, dum ius certum, a radicatum eſt: nam Pater nullo modo poterit derogare ius filio primogenito competens ad ſucceſsionem maioratus à Patre poſſeſſus, quia illud ius certum eſt, in variabile; immutabile quæ cenſetur, vt ipſe Burg. de Paz *n.* 332. & *conſ.* 4. *num.* 30. Mieres *de maiorat.* 2. *p. in init. num.* 475. Tiraquel. *tract. de primogen. q.* 40. *n.* 69. Matienz. *l.* 7. *gloſſ. numer.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. Sed ius competens tranſuerſali virtute vocationis, qualiter certum, ac inuariabile cenſendum, vt ex eo diſpoſitio Principis derogantis ſuſtinenda non ſit? Nam ſit verum eſſet: Vtique diceremus illud ius certum eſſe, ac illa ſpes ſufficiens iudicanda eſt, ad admiſsionem repreſentationis, etiam non extante diſpoſitione, *l.* 40. *Taur.* Sed hoc vt ex ipſa, *l.* 40. patet, non admittitur, imò reijcitur repreſentatio, dum ſucceſsio certa non eſt: aut ſpes ſuccedendi ſic eſſe debet infalibilis, vt derogari non poſsit, quod Pater neceſſario ſucceſſurus erat, vt Molin. *lib.* 3. *cap.* 7. *ex num.* 1. & DD. ibi traditi ab Addit, & alias non admittitur.

Et ſecundum hanc doctrinam intel- 142
ligendus eſt Decius *conſ.* 294. *num.* 10. traditus à Molin. *d. num.* 31. & eſt ratio adducta à Matienz. *l.* 7. *gloſſ.* 7. *num.* 4. & 6. *tit.* 7. *lib.* 5. cum credat, ius certum ad hoc vt á Principe derogari non poſsit, eſſe quod filio primogenito competit, aut id quod admittitur ad repræſentationem virtute, *l.* 40. *Tauri.* Sed illud ius competens agnato virtute vocationis vniuerſalis ad ſucceſsionem cum ciuile ſit, neque naturale cenſeatur vſque ad apræhenſionem naturalis poſſeſsionis, vt Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 130. vel fauore maioratus, vſque ad infabilitatem ſucceſsionis atten-

tenta diſpoſitione *l.40.Tauri*, ſub poteſtate Principum eſſe fatendum eſt.

144 Neque attendenda eſt Mieres reſolutio *de maior. 2.p. in init. ex num.* 460.cum vt *ex n.* 509. patet, loquitur caſu quo ius certum quæſitum eſt filio primogenito: Nam cum in dominio patris partem habere dicamus per *l.in ſuis, de liber. & poſthum.* Tiraquel. *de primog quæſt.* 33.*n.* 12.*& in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* Parlador. *rer. quot. lib.*2. *cap.* 13. *num.*4. ipſe Mieres *d. init.*2.*p. num.*515.difficilius procedere Principem ad derogationem illius iuris iam quæſiti dicendum eſt.

145 Ex quo inſtat reſponſio ad alios Doctores dicentes, ius in ſpe competens ſucceſſoribus virtute maioratus derogari non poſſe: Nam vt ex Tiraquel *de primog.* & alios ipſe Mier. notat *num.* 503.hæc ſpes certa competens ſucceſſori non procedit, nec cenſetur certa quoad ſucceſsionem non nati, cum nul-

146 lum ius quæratur ante natiuitatem: Ideòque illud ius prioritatis, ac ſucceſſionis quod à Principe non poteſt tolli, eſt quod per primogenituram certè quæritur Mier. *num.* 504. aliud ius quod vagum, ac incertum eſt competens tantum aptitudine non nato, qualiter dicendum, aut iudicandum ad hoc vt derogari non valeat, vt in terminis tenuit Decio *conſ.*56. *num.*36. & expreſsius *num.* 56. & ita deducitur ex Menoch. *conſ.*211. *num* 97.*&* 98.qui in caſu iuris competentis fideicommiſſario loquitur, & notat procedere in caſu iuris quæſiti iam per natiuitatem primogeniti, & ita intelligendos eſſe Doctores contrarium tenentes defendit Beccio *conſ.* 56. *n.*58. ex Roland. *conſ.*3. *num.*139.*volum.*1.

Præcipue dum *numer.* 101. lo-

147 quitur de iure tranſmiſsionis, ſeu tenet ſpem ſuccedendi tranſmitti: Nam hoc procedit, cum ſpes certa eſt, & radicata, aliàs nec tranſmiſsibilis, nec certa, nec talis quæ ius conferre naturale dicatur. Hæc mea reſolutio comprobatur apertius ex doctrina Angel. *in l. ſpes, C. de donat.* adducta à Mier. *num.* 500.dicentes, ius certum in ſpe eſſe quod filio competit in ſucceſsione patris, aut matris: aliàs vana dicitur. Et hoc ius eſt quod per Principem derogari non poteſt, reſoluit Doctiſsim. D.Ioan.de Solorzan. *deGubern.Indiar. lib.*2.*cap.*16. *ex n.*37. præcipue quod incommendis Indorum filio primogenito ius à Principe confertur cum ſchedula pro patre, & filio expediatur, & cum illud certum ſit ex natura ſucceſsionis, & tituli, & etiam dominium à Principe per ſolam voluntatem conferatur: ſequitur difficilius tolli poſſe, cum iam verè in filio aliquod dominium, aut naturale ius adſit, quod ceſſat in ſucceſsione agnati, aut vocati ad maioriam.

Quapropter fatendum eſt reiecta 148
oppinione Molin. & cæterorum dicétium à Principe non poſſe mutari ſucceſsiones maioratuum in præiudicium iuris in ſpe ſucceſſoribus pertinentis; Id iuſte facere poſſe caſu quo Regia facultas ad conſtitutionem maioratus interuenit: Nam tunc quamuis voluntas diſponentis attendatur, efficax, & præcipua pars operatiua diſpoſitionis, eſt Principis authoritas, cuius virtute, aut interuentu vires conferuntur maioratui: Et quãuis hæc doctrina reijciatur ab vtroque Molin. amplectenda eſt authoritate Sapientiſs. Couarr. *lib.*3.*variar.cap.*6.*num.*9.*verſ.*4.quem ſequitur Garc. *de nobilit.gloſſ.*12. *num.* 80 Burg.de Paz *in Præm. legum Taur. num.*350.Matienz.*l.*7.*tit.*7.*lib.*5. *Recopil.gloſſ.*5.*num.*4.*& gloſſ.*7.*n.*8.*&* 9. Menoch. *conſ.*993.

Quæ reſolutio à Mier. cognita *d.*2. *part. in initio, num.*535. inquit: procedere in ſucceſsione rei à principali conceſsione prouenientis. quod tenendum erit in bonis vinculatis, virtute Regiæ facultatis, aut dum ſucceſsio conſtituta ab ipſo Principe eſt, quia tunc cum priuilegij virtute ſubſiſtat diſpoſitio a Principe derogari poſſe, ex Couuarruu. defendunt ſanior Doctorum reſolutio Auend. *l.*27.*Tauri, gloſſ.*1.*num.*4.*&* 5.qui tenet ex men

te

te Couarr. quod ſi maioria conſtituta eſt ex tertio, aut quinto bonorum, cũ tunc abſolutè voluntas diſponentis per ſe ſufficiat ad conſtituendam ſucceſsionem, & iure communi attento procedat, ius que naturale adſit ad conſeruandas teſtantium voluntates. Rectè fatẽdum eſt non poſſe Principem mutare qualitates ſucceſsionis. Sed quãdo maioria de omnibus bonis cõſtituta eſt, cum priuilegium Regium neceſſarium ſit, nec conſtitui valeat virtute ordinariæ diſpoſitionis liberis exiſtentibus, conſiſtatque virtute principalis facultatis, poſſe Principem derogare hæc iura, atque vocationes conſcriptas, aut cõſtitutas virtute ſuę facultatis, tenent Auendan. *d. num.* 4. & 5. & Couarr. *d. num.* 9.

Hæc reſolutio adductis pro noſtra opinione fundamentis ſupra relatis defenditur à Greg. Lop. *in l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. *verb. mugeres, verſ. contrariam oppinionem*, quòd de iure verius eſſe dicit, quia illud ius competens ſucceſſori futuro, ſeu vocato, realiter quæſitum nõ eſt, ac iure ciuili tantum procedit: & etiam ex eo quod cum ſucceſsio maioriæ tractum ſucceſsiuum habeat, Princeps poteſt reuocare actum quoad actus futuros, & perſonas: & etiã quod prohibitio ſucceſsionis cũ proueniat à voluntate Principis poterit obſtaculum remouere, & derogato proprio reſcripto, admittere excluſum ad ſucceſsionem, quod ſic abſolutè voluit vt credat, eſſici à Principe poſſe etiam ſine cauſa, Angulo eamdem defendit reſolutionem *l.* 11. *de melior. gloſſ.* 5. *ex n.* 5.

Et quamuis Mieres contrariam oppinionem teneat *d.* 2. *p. in initio*, vt ſuprá. In noſtro tamen caſu, & dum cum Regio interuentu maioria facta, ac cõſtituta eſt, hanc defendit reſolutionem ex Aymon *conſ.* 135. *n.* 11. *de maior.* 4. *p. quæſt.* 1. *limit.* 6. *num.* 74. & 75. quã doctrinam reiectis contrariam tenentibus probat Robles de Salcedo *de repræſentatione lib.* 3. *cap.* 5. *ex num.* 26. *vſque* 31. Ponte *conſil.* 152. *num.* 24. *vol.* 2. Moneta *de commut. vltimarum voluntatum cap.* 15. *num.* 111.

Poſt diffuſſam diſputationem hanc noſtram diſtinctionem ſequitur Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 132. etiã ſine cauſa, & antea *num.* 130. veram eſſe dicit illorum doctrinam dicentium dominium quæſitum tantum iure ciuili per Principem derogari poſſe, qualiter ius delatæ hæreditatis, dum verè addita non eſt hæreditas, cum ciuile vſque ad apprehenſionem poſſeſsionis cenſetur, Greg. Lop. *l.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *verb. mugeres, quæſt. fin.* Mier. *de maior.* 2. *p. in initio ex num.* 487. adducens Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 79. *num.* 3. Theſaur. *deciſ.* 227. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 181. *num.* 27. Ruin. *conſ.* 130. *num.* 17. *vol.* 5. Beccio *conſ.* 56. *num.* 58. 149

In hac quæſt. latè ſcribit Iacob. Menoch. *d. conſ.* 181. *per tot.* & quamuis rationes pro vtraque parte adducat, acquieſcatque oppinione illorum dicentium, Principem non poſſe reſcribere in præiudicium iuris pertinentis agnato ex antiquo feudo, etiam à Principe proueniẽte, ex ea præcipuè ratione quod licet ſucceſsio à iure ciuili deſcendat, ius aliquod quæſitum vocatis à iure naturali, ſeu gentium eſt. 150

Attamen conuictus authoritate, ac ratione illorum dicentium, omnia iura ciuilia ſubeſſe diſpoſitione Principis, & conſequenter ex eo quod cũ ſucceſſio feudi quoad vocatos ad illam à iure ciuili ſit: inquit Principem mutare non poſſe ſuccedendi modum preſcriptum virtute feudi, dum iam ius quæſitum eſt, *d. conſ.* 181. *num.* 55. Nam antea cum illud ciuiliſsimum ſit, præcipuè conſiſtens in aptitudine ſuccedendi, ille qui in rerum natura non eſt, á Principe tolli poſſe, cui dubium? Ita defendit ex Alex *conſ.* 2. *n.* 19. *lib.* 1 Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 61. & 64. *lib.* 2. Beccio *conſ.* 56. *n.* 38. Bardel. *conſ.* 17. *n.* 25. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 623. *num.* 4.

Præcipuè quod omnium ſcribentiũ aſſenſus denegantium poteſtatem Principis ad mutationem ſucceſsionis, loquuntur caſu quo iam delata eſt ſucceſſio, & certa, ac infalibilis ſpes penes

ſuc-

ſucceſſorem extat, vt notat Menoch. *d. conſ.* 181. Cephal. *conſ.* 186. *num.* 31. *& ſeqq. vol.* 2. in alio vero abſolute contrariam fatentur doctrinam: aliàs
151 daremus quod nec naturalia, nec ciuilia iura à Principe derogari poſſent. Et quod ius competens non nato, nec exiſtenti in rerum natura certum, ac conſiderabile eſſet, quod falſum eſſe probat Cephal. *conſ.* 3. *n.* 36. *& conſ.* 12. *num.* 17 *&* 18. Beccio *conſil.* 95. Rubio *conſ.* 8.

152 Neque attendenda eſt differentia facta à Mier. *d.* 2. *p. in init. ex num.* 335 de feudo ad maioratum, ſcilicèt quod feudorũ ſucceſsiones mutari poſſunt, quia pendent à mera Principis voluntate: Nam ſemoto quod ex ipſo principio deducitur euidenter quod dum maioria ex rebus á Principe donatis conſtituitur, vel ab ipſo Principe poterit vtique mutare ſucceſsionis formã, vt diximus *de leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 38. Ratio eſt, quia cum poteſtas Prin-
153 cipis operatiua ſit diſpoſitionis, facilius ad derogationem rei à Principe latæ admittenda erit ipſius voluntas, & ſufficiens iudicanda admutationem illius iuris ab eo prouenientis, Tiber. Decian. *conſ.* 25. *num* 4. *lib.* 1. Conrad. *templ. iudic. lib.* 1. *cap.* 1. *§.* 4. *verſ.* 8. *num.* 6. Maſtrill. *de Mag. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 318. Solorz. *de Gub. Ind. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 44. *&* 45. Cephal. latè *conſ.* 3. *n.* 34. & latius *conſ.* 12. *num.* 19. *& ſeqq.*

Quia Princeps potuit etiam mutare ſucceſsionis formam in fideicommiſſo conſtitutam, ſicut in feudo, vt latiſsimè ex plurium Doctorum placito defendit Franc. Beccio, *conſ.* 56. *num.* 38. *&* 58.

154 Spes enim illa cõpetens vocatis ad ſucceſsionem maioratus, feudi, aut fideicõmiſsi certa eſſe debet certitudine proxima, ac infalibili: Nã in agnato naſcituro nullũ ius extat, quod impediat poteſtatem Principis ad mutationem ſuccedendi, cum ante natiuitatẽ, neque in ſpe, neque in aptitudine ius exiſtat aptũ, ac tale quod Principem impediat ad diſponẽdũ, cum ad eſſentiã illius iuris natiuitas neceſſaria ſit, *l. ſi cognatis, de reb. dub.* Alciat. *reſp.* 523 *n.* 2. *& reſponſ.* 171. *ex num.* 2. & taliter hoc tenet Alciat. quod defendit *d. reſponſ.* 171. quod Princeps poteſt præiudicare agnatis in ſucceſsione eis cõpetente poſt mortẽ aliquorum, cum illa ſpes vaga, nec certa ſit: Et in caſu ſtrictiori tenuit Philipp. Decius, *conſ.* 95. quod filiorum appellatione filius non natus, non continetur, & ex Ruin. *conſ.* 130. quod agnati non nati nullũ ius habere dicuntur ad hoc, vt à Principe in præiudicium illorũ non poſsit diſponi *n.* 16. *&* 17. *vol.* 5. Hãc opinionẽ neruosè defendit reiecta contrariorũ doctrina, Franc. Beccio *conſ.* 56. per totũ, præcipuè ex *num.* 56. *&* 58. *vol.* 1.

Neque obſtat, quod his obijci poſsit, 155
quod licet agnationis ius non adſit penes ſucceſſorẽ vocatũ, ſed non natum, adeſt penes agnatũ natum, & viuentẽ, & cũ ſucceſsio nõ ſit perſonæ cõnexa, conſeruatur illud ius ſuccedendi de vno in aliũ, ac tranſit ſicut primogenitura, & ſanguis, taliter quod & ſi morte agnati extinguatur, renaſcitur agnati natiuitate, vt Tiraq. *de primog. q.* 40. *n.* 9. Secundò, quod potentia ſuccedendi tranſmittitur, vt ex Bartul. Tiraq. *n.* 91. *qui n.* 93. tenet, quod potẽtia ſuccedendi conſiſtens in primogenito, durat in ſucceſſore, etiã mortuo primogenito, quod & in caſu noſtro dicendũ videtur, quod ius ad ſucceſsionẽ agnato cõpetit, & ſi non nato, virtute iuris quæſiti agnato viuente, qui conſeruat illud ius fauore omnium vocatorum.

Facilis enim eſt reſponſio, attento, 156
quod illa ſpes primogenituræ, certa, ac invariabilis, de qua loquitur Tiraq. eſt illa quæ filio primogenito iure naturæ pertinet in ſucceſsione Patr. vt *ex l. cũ ratio, de bon. damn. l. ſcripto vnde liber. & l.* 3. *de interd. & releg.* Tiraq. *d. n.* 90.

Illa vero ſpes ſecundogenito 157
competens, cæteriſque vocatis, & ſi quoad aptitudinem ſuccedendi certa ſit, cum anteferatur in ſucceſsione ab alijs habentibus ius primogenituræ, vana, ac vaga iudicatur, ciui-

uiliſsimaque, ac ciuiles eſectus habēs ac conſequenter derogabilis à Principe, cum nullum principium naturale contineat, vt Alciat. refert, & defendit *reſponſ.* 171. *n.* 3. Et ſi Alciat. dicat quod iniuria fit agnato, dum in præiudicium ſuæ vocationis alius ad ſucceſſionem admittitur, ſed tamen ex *n.* 4. noſtram probat doctrinam, inquiens, periculoſum eſſe dicere Principem non poſſe filium legitimare in præiudicium domini immediati, ex Curt. Iun. *conſ.* 1. *num.* 30. *& conſil.* 157. *num.* 24. cum illud ius vocato competens ad ſucceſsionem, dum primogeniti vices non ſuſtinet, ciuile ſit, quod derogari à Principe poteſt.

Et quamuis dicere poſſumus *ex §. 2. inſt. de legit. agnat. ſucceſ. l. 1. § poſt ſuos, & ibi gloſſ. verb. conſanguinei, de ſuis, & legitim. hæred.* quod ſucceſsio agnatorum ciuilis eſt, à legeque duodecim tab. deſcendens, ac quod potuit à Principe tolli illud ſucceſſorium edictum miniſterio legis ciuilis conceſſum, Molin *de Primog. lib. 2. c. 7. n. 28.* cum hæc ratio procedat in ſucceſsionibus ab inteſtato, omittendum eſt.

Et dicendum quod ius in ſpe & ſi pacto, ac conſtitutione antiqua defendat ſic falibile iudicatur, vt Luca de Pen. *in l. Diuæ memoriæ 65. C. de decur. lib. 10. num. 7.* teneat, quod ſi prædia filio primogenito debeantur, poterit Princeps diſponere in præiudicium primogeniti, & diuidere inter fratres, quia ius primogenituræ confert tantum ius in ſpe quod a Principe tolli poſſe non dubitat.

Quia quamuis per *legem in ſuis, de lib. & poſthum.* dicere poſſumus, quod filius in illa ſpe à patre poſſeſſa ad ſucceſsionem maioriæ partem habet, & quod ſic continuetur illud ius ſucceſſorium vocationis de agnato in agnatum, reſpondēdum eſt, quod illud ius, ſpes, dominiumve fictum eſt, ficteque cōtinuatur, nec propriè, ſed improprie conſeruatur, Iaſon. *l. in ſuis, de liber. & poſthum* Menoch. *conſ.* 526. *num.* 10. *&* 18. ideoque quæcumque ſpes, aut quod cumque ius proueniens virtute huius fictionis primogenituræ incertum eſſe non dubitat, Luc. de Pen. *in l. 1. ex n. 7. C. de priuil. cor. qui in Sacr. Palat. lib.* 12.

Præcipuè quod licet filius ſecundi geniti, ſecundus genitus cenſeatur, loco que ſuccedat patris, hoc non procedit veritate naturali attenta quoad ius ſuccedendi in maioratu, in quo alijs ius primogenituræ quæſitum eſt, quamuis verū ſit quoad patris ſui ſucceſsionem, ſed fictione iuris, aut illius interpretatione, & cum hæc omnia iura per fictionem ciuilem conſeruētur, quare a Principe tolli, aut derogari no poſſunt, vel ſuſpendi ſublata ſucceſsione per aliquod tempus, vel derogato illo iure fictitio cōſeruato fictione iuris poſitiui. 159

Hanc noſtram reſolutionem dum primogenituræ ius quæſitum non eſt natiuitate, defendit Tiraquel. *de primogenit. q.* 22. *per tot.*

Præſertim, quod licèt dicere valeant quod fictio illa admittitur quoad originem, quoad ſucceſsionem vero Pater & filius vnam perſonam repreſentant, vt Menoch. *conſ.* 124. *ex num.* 100. *&* 211. *num.* 68. hoc procedit caſu quo certa eſt ſucceſsio, & deriuatur de patre, in filium. Sed quando agitur de ſucceſsione tranſuerſali attenta perſona poſſeſſoris, qualiter in patruo, & nepote conſiderari poterit, quare dicendū quod nepos iure naturæ admittendus ad ſucceſsionē patrui, cuius extraneus iudicatur Molin. *lib. 1. cap. 6. n.* 21. Ramon *conſ.* 100. *n.* 483. *l. ſtēmata, de gradibus*, latiſsime innumeros cōgerens Valenç. *conſ.* 97. *ex n.* 5. *vſque ad* 12. Ex quo plura paſsim DD. ad hoc vt ſpes ſuccedendi ficta: a ciuilis cenſeatur, ac derogabilis amobibilisque à Principe. 160

Roland. à Vall. *conſ.* 3. *ex num.* 139. *vol.* 1. defendit, Principem poſſe derogare ius in ſpe competens ſucceſſoribus, quia cum quæſitum non ſit verè, & realiter nulla in eo virtus, nec obligatio à iure naturali orta dicitur, Gozdin. *conſ.* 9. *num.* 47. quam eſſe communem oppinionem defendit Beccius *d. conſ.*

consil. 56. *numer.* 58.

161 Andr. Fachin. *lib.* 8. *controu. cap.* 63. disputans de potestate absoluta Principis ad ius tertio quæsitum tollēdum sex cōclusiones adducit, ex quibus poteris de promere nostræ rationis virtutem, dum vere dominium iam quæsitum est, cum tunc, pro conseruatione illius iuris adsit naturalis ratio, & tolli nō posse tenet, & ita defendit Andr. Gail, *lib.* 2. *obser.* 56. & 58. Et Fusar. *de substitut. q.* 408. ad finem adducit Pij IIII. constitutionem prohibentem vt filij legitimari non valeant in præiudicium vocatorum ad successionem fideicommissi, quam sic intelligit Fusar. *d. q.* 408. *num.* 188. *verum hanc Bullam intelligendam esse quando legitimationes sunt factæ post ius quæsitum fideicommissario.* Ex Eugen. Laderch. Rim. Lup. & Farin. Sed dum agitur de tollendo iure competenti in spe tantum, dependenti ex futuro euentu, qualiter in casu successionis, Principis potestatem non negat *conclus.* 4. ex Ruinus, Alberthus Brunus, Iasson. & Gabriel.

162 Flores de Mena *addit. ad Gam. decis.* 279. hanc disputat quæstionem, & *concl.* 6. tenet denegandam non esse Principi potestatem declarandi, & etiam subuertendi voluntates testantium, quod ex causa fieri posse defendunt Doctores omnes traditi ab Addit. Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. & à D. Ioan. del Castill. *lib.* 3. *contr. cap.* 28. *per totum.*

163 Surd. *cons.* 203. dum diserit, ac resoluit Principem non posse tollere ius quæsitum in casu de quo loquitur, ex eo est, quod in illo casu ius quæsitum erat tertio à iure gentium, scilicet per testamentariam dispositionem, & simul per apprehensionem possessionis rei de qua agebatur, hoc casu, non dubito Principem facere non debere, cū irrenocabili iure naturali cōpetat ius.

164 Vltimo dicendum videtur, quod si verum, & satis notum est in iure, quod spes vna est certa. & probabilis, & deducibilis, ac transmissibilis, alia vaga, & incerta, quæ deduci in commertiū, nec transmitti potest, & in successione maioratus spes certa penes immediatum successorem adsit, vt latè *de lege Politic. lib.* 2. *capit.* 14. *numer.* 18.

Necessario est fatendum penes cæ- 165
teros vocatos ad esse illam spem incertam, de qua nec transmissio, nec commertium admittitur, Cuman. *cons.* 168. *num.* 4. Surd. *consil.* 1. *num.* 28. & *consil.* 571. *num.* 37. Mart. *de successionē legal part.* 1. *quæst.* 18. *art.* 3. *num.* 19. & *art.* 8. *num.* 13. Fusar. *de substitut. quæst.* 408. *ex num.* 1. Mario Cutel. *de donat. tract.* 1. *discurs.* 2. *part.* 6. *numer.* 156. 158. 159. cum aliàs daremus, quod penes duos vna ipsa spes certa existeret, contra dispositionem *l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, commod. l.* 3. *§. ex cōtrario, de acquirend. possess.* Menoch. *consil.* 226. *num.* 154. & ita in termi nis tenuit ipse Menoch. *cons.* 526. *numer.* 18. quod dominium parentis in filio non considerat̄ur quo ad hoc, vt ex eo detur ius certum in filio, verba sunt Menoch. *Nam verius est filium viuo patre non esse dominum bonorum patris, ne dentur duo eiusdem rei domini insolidum contra textum, l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. comm. & propterea filius viuo patre dicitur impropriè dominus ob spem, quam habet succedendi ex quo obtinet primum proximitatis gradum successionis abintestato,* & Bartul. *in d. l. in suis, num.* 4. inquit, quod hoc dominium filij in bonis parentis imaginarium tantum est, non verum, & intellectuale di cit Alban. ad Bart. *d. l. in suis num.* 2.

Ex quibus si à Patre facultas im- 166
petratur ad mutationem successionis, & filium primogenitum habeat in quem adsit primogenituræ ius, Tiraqueil. *de primogenit. quæst.* 40. *numer.* 179. Menoch. *consil.* 211. *numer.* 68. & spes certa, quare denegandum Principi, vt possit mutare modum successionis in præiudicium spei illius incertæ quæsitæ secundo genito, cæteriſque vocatis ad susceptionem.

Nam etsi obijcere valeas, quod 167
illa spes incerta, & à iure ciuili radicata ad hoc, vt nullo iure na-

turali valetur ; neceſſe eſt quod nunquam adſit vllum ius naturale ad adquiſitionem bonorum , aut maioriæ : Nam ſi maioria in filio primogenito conſtituitur æquè ius naturale confert ius ſecundo genito, quatenus Patris communis ſucceſsio conſtituitur , cum in bonis patris ius naturale omnibus filijs commune ſit , *l. cum ratio , de bon. quæ liber. l. ſcripto vnde liber.* & quamuis ciuilis cenſeatur ſucceſsio , & ius competens agnato attenta perſonæ poſſeſſoris , attento verò fundatore patre omnium ius adeſt naturale, Don Luis de Lima *Addition. ad Molin. lib. 1. capit. 8. numer. 28. verſicul. Et cum*, Ramon *conſil. 100. numer. 483.* cum in omnes deſcendentes conſeruetur illa naturalis virtus paternalis ſucceſſionis ad hoc , vt tolli non poſsit à Principe , *l. 1. §. ſi filius , & §. ſequent. de ſuis, & legitim. hæredib. l. liberorum, de verb. ſignificat.* & ſenſit Tiraquell. *de primogen. quæſt. 40. ex numer. 19.* Molin. *de primogen. lib. 2. capit. 1. numer. 7. & 8. & 14.* & ibi *Addition.* Quo vt ſatisfaciamus dicendum eſt:

168 Primò quod ius primogenituræ, ex qua primogenito filio competit ſucceſsio ſic indiuidua eſt, quod ad ſecundum genitum extendi non poteſt; ideòque cum ius naturale ſucceſsionis penes primogenitum exiſtat , verè , & realiter , Bald. *l. vt mteſtato, C. de ſuis , & legitim. hæredib.* Tiraquell. *de primogenit. quæſt. 40. numer. 179.* Menoch. *conſil. 211. numer. 88.* Secundò genito , cæteriſque vocatis ius ciuile competere ad ſucceſsionem dicendum, cum natura non permittat, vt duo primogeniti ſint , *ex l. Arethuſa , de ſtat. homin.* Afflict. *capit. 1. numer. 17. de ſucceſs. feud.* Et ſic attenta hac prælatione filius ſecundo genitus extraneus dicitur ad hoc , vt in ea dari non poſsit exiſtente primogenito infallibilis , ac certa ſuccedendi ſpes , Tapia *deciſ. Neapol. 1. numer. 26. & 27.* Mar. Giurb. *de ſucceſs. feud. §. 2. gloſſ. 10. num. 18.*

Secundò, quod ſupradicta doctrina procederet in maioria conſtituta ex tertio , & quinto bonorum , cum tunc communi iure conſtituta ſit , & æqua ſucceſsio omnibus filijs naturali iure competat , quod per voluntariam patris electionem non tollitur, ſed dum omnium bonorum maioria conſtituitur facultate Regia interueniente, cum nullum ius naturale ad fit quæſitum penes ſucceſſores , ſed iure ciuili Regiæ authoritatis interuentu quæratur, poſſe Principes mutare ſucceſsionem non dubitat Couarruu. quod etiam dicendum videtur, dum maioria ab extraneo conſtituitur in fauorem alicuius, vel dū ad agnatos de familia, ſed non deſcendentes à fundatoribus ſucceſsio deuoluta eſt , cum eadem ratio inueniatur , nec vllum adſit ius naturale conferens ſucceſsionem, quod conſeruetur per natiuitatem filiorum , ac ſubrogationem filij , & nepotis, vt in *d. l. 1. de ſuis, & legitim. hæred.* 169

Nam quamuis dicant , quod filio ius legitimè tollitur per conſtitutionem maioriæ , & ei ſucceſſoribuſque ſuis non debet tolli ius ſucceſsionis, per quod ſuccurritur defraudatione legitimè: facilis eſt reſponſio , quod etſi legitima iure naturali ſit debita , quota á iure ciuili conſtituta eſt , vt diximus *de leg. Politic. lib. 2. capit. 14. numer. 57.* ideò potuit Princeps facultatem concedere , & diminuere quotam legitimè conceſſa maiori parte filio in quem maioria conſtituta fuit, ad quam nullum adeſt naturale ius fauore filij ſecundo geniti , nec cæterorum vocatorum , cum iam à Patre fundatore receperint legitimam , ad quam conſequendam naturalis vis aderat, ſecundum *d. l. cum ratio, de bon. quæ liber.* Ergo iuſtè potuit hoc caſu Princeps diſponere, mutareque maioratus ſucceſsiones, cùm tantum in noſtro caſu ciuile ius adſit quo derogandum eſt, nec vlla naturalis ratio inueniatur diſpoſitiones Principis impediens.

Sua-

170 Suadeo etiam ad hanc opinionem tenendam ex alio principio per Doctores deducto ad intelligentiam, *l. 42. Taur. & l. 3. tit. 7. lib. 5.* Nam ibi tenent absolutè, & etiam ipse Molin. *lib. 2. cap. 7.* quod Princeps virtute Regiæ facultatis potest tollere filio ius competens ad successionem patris, concessa dispositione in fauorem filij vnius, cæteris à successione exclusis, vt latè D. Ioan. del Castill. *tom. 5. contr. cap. 67. num. 67. 68. & 69.* Vndè enim hæc potestas si naturale ius adest filio, vt succedat Patri, & habet dominium in bonis parentis? quia vt D. Ioan. del Castill. *d. num. 69.* tenet, illud dominium filij in parentum bonis adsignatum considerari non valet, quia euenire potest, vt mortuo filio patri nõ succedat. Si enim hæc doctrina defenditur a Molin. & Castill. quid dicendũ in casu nostro, videat lector.

171 In hac enim controuersia opinionum conferentium, aut denegantium Principibus potestatem mutandi successiones maioratuum, fideicommissorum, &c. illa mihi fortior visa est, vt denegantium opinionẽ sequerer, quod testantium voluntates omnimodo seruandæ sunt, bonoque publico conueniat, vt testamentorum ius, tanquam á iure gentium, latè Menoch. pluribus adductis, *cons. 20. num. 2. Couarruu. lib. 3. variar. cap. 6. num. 7.* & passim DD. liberum sit, vltimaque elogia seruentur secundum dominorum voluntatem, quæ in suis rebus suprema lex esse debet, *l. verbis legis, de verbor. signific. Authentic. denupt. §. disponat.* Ex quo principio Angel. Matheac. *de via, & ration. iur. lib. 1. cap 34. ex num. 26.* Hanc abstulit à Principe potestatem, & illa fuit, quæ motum præbuit, Couarruu. *dict. lib. 3. cap. 6.* vt de potestate Principis dubitaret, circa derogationes mutationis voluntatum testantium D. Ioan. del Castill. *lib. 3. controu. cap. 28. num. 10.*

Huius difficultatis responsum præbet D. Præses, Couarruu. *d. cap. 6. nu. 9. vers. Quarto*, his verbis. *Quo fit vt maxima hac in controuersia sit differentia constituenda: an fideicommissum institutum fuerit peculiari Principis priuilegio iure prohibente, an ex beneficio ipsius legis, etiam humanæ: nam priori casu Princeps mutare poterit conditiones, & leges ipsius fideicommissi; posteriori vero non, quia in prima specie ius acquisitum alteri, ex priuilegio Principis potest ab eodem Principe tolli, saltim vbi omne ius quæsitum in specie alteri non fuerit.*

Ratio enim huius difficultatis ea 172
est, quod dum maioria facultate Regia interueniente constituitur: non tantum adest dispositionis voluntas, quæ inderogabilis censetur, & in qua illa publica vtilitas conseruationis voluntatis testantium inuenitur. Sed pars præcipua dispositionis est Regia authoritas, quæ cum semper viuit in Rege, & sicuti poterat voluntas à disponente mutari, vsque ad mortem, pariter a Principe, dum ius absolutè, verè, ac realiter quæsitum non sit parti, quo in casu non posse disponere Principes, notauit Angel. Math. *d. lib. 1. cap. 34. num. 2. 5. 26. & 27.* non spe, sed verò dominio: non ficto, sed naturali.

Comprobatur hæc mea resolutio ex recepta Molin. doctrina, *lib. 2. de maior. cap. 7. per totũ*, D. Ioan. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 67. ex num. 58.* Nam ex *l. 42. Taur. l. 3. tit. 7. lib. 5.* necessariũ est ad validitatem maioriæ factæ à Patre de omnibus bonis, vt facultas Regia, vel ante, vel in ipso actu, aut fundatione interueniat: Quod ex eo est, quia voluntas disponentis non sufficit, sed necesse est, vt simul ad validitatem, actus concurrant voluntates Principis, & fundatoris, Molin. *d. num. 37.* Ideòque cum maioria non pendeat, ex vltima testatoris voluntate, in cuius cõseruatione versatur causa publica, sed Principis, quæ derogari, aut limitari potest: sequitur rectè ab ipso, etiam sine iniuria disponentis posse mutari vocationes, cum semper Principis voluntas, in facultate concessa, præcipua, ac dignior censeatur, quæ trahere debeat ad se disponentis voluntatem, tanquam

minus dignam, vt ſeruetur quod à Principe diſponitur, dum à ſua authoritate, aut voluntate actus, aut diſpoſitio pendet.

173 Sed nunc videndum eſt, an citatio illorum quorũ intereſt, aut intereſſe poteſt, quod facultas non expediatur neceſſaria ſit: quàm quæſtionem latè diſputant DD. quos hic vide remiſsiuè, & de quibus ſaniorem, ac veriorem opinionẽ elige. Quod neceſſaria ſit citatio, defendit Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 3. ex num. 21.* & ibi latè Addit. Burg de Paz *proœm. leg. Taur. n. 324.* Caſtill. *lib. 3. cap. 28. num. 13.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 408. num. 153.* qui innumeros DD. refert, Lara *Comp. vita homin. cap. 1. num. 6.*

Contrariam ſententiam tenuerunt adducti ab Addit. Molin. *d. cap. 3. num. 22. & 23.* Ex eo quod facultatis expeditio actus facultatibus eſt, atque extraiudicialis, valens expediri etiam ſine citatione Bart. & Addit. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthum.* Abb. & Felin. *in cap. cum olim, de re iudicat.* Anton. Gabr *comm. opin. tit. de citation. concl. 1. numer. 424.* Angel. Matheac. *de fideicomm. lib. 3. cap. 22. num. 12.* Menoch. *conſ. 20. num. 38. & conſ. 1140 num. 31.* Franc. Ciriac. *tom. 2. controu. 208. num. 41.* Rouit. *ad pragm. Neapol. pragm. 8. de poſſeſſ. non turb. num. 18. & 19.* Fuſar. *d. quæſt. 408. num. 134.* Nec neceſſaria iudicatur citatio caſu quo Princeps aliquem ad ſucceſsionẽ admittit virtute ſupremæ poteſtatis, eaque vtens, ac clauſulis adhibitis demonſtrantibus ſupremam poteſtatem, Socin. *conſ. 14. num. 26. volum. 3.* Decio *conſ. 191. num. 8. & conſ. 269. numer. 8.* Curt. Iun. *conſ. 1. num. 26.* Cephal. *conſil. 3. & 12.* Beccio *conſ. 56.* Surd. *conſ. 1. num. 94. & 95.* Petr. *de poteſt. Princ. cap. 22. num. 12.* Ponte *conſ. 42. num. 70. & 71. volum. 1. & conſ. 152. num. 5. & conſ. 154. num. 8. volum. 2.* Mareſcot. *lib. 3. cap. 20. num. 98.* Mantic. *de coniect. lib. 2. tit. 11. num. 10.* Peregrin. *de fideicomm. art. 23. num. 68. & artic. 52. n. 128.* Matt. *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 18. art. 8. num. 19.* Tapia, *deciſ. 20. num. 27.* D. Ioan. del Caſtill. *lib. 3. cap. 28. num. 13.*

Hæc omnia procedere dicendum 174
eſt dum Princeps inter ſucceſſores, ac vocatos de familia fundatoris diſpoſuit; ſed ſi diſpoſitio Principis fertur ad hoc, vt exterus de familia ſuccedat, ſeu alienigena bona conferantur, cum tunc non tantum mutatio voluntatis ſequatur, ſed ſubverſio; ſeruandam eſſe credo Molinæ reſolutionem, ac cæterorum fatentium Principem non poſſe mutare teſtantium voluntates, cum nulla præſumptio adeſſe poſsit conferens extraneo bona, quæ perpetuo in familia eſſe voluit: & ſic ſeruãdum credo, quod defendunt innumeri DD. adducti à Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 408.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 3. per totum*, & ibi Addit. D. Ioan. del Caſtill. *tom. 5. controu. cap. 106.* quod Princeps non poteſt legitimare filium in præiudiciũ vocatorum ad ſucceſsionem fideicommiſsi: omiſsis rationibus ab his adductis.

Primò ex eo, quod ſimiles legitima 175
tiones à Principe Catholico expediri non debent, nec tales filij admittendi ad ſucceſsionem, ne detur peccandi materia (ſe moto, quod nec tantum legitimatio eſſet nulla, ſed lex, aut ſtatutũ admittens ſpurios ad ſucceſsionem, Bald. *l. 1. de teſtam. l. 1. C. de iur. aur. annul.* Ioan. Bapt. S. Seuerin. *l. omnes populi, de iuſt. & iur.* Federic. de Sen. *conſil. 223. & 227.*) vt elegantèr conſuluit Petr. Bymius, *conſ. 8. per totum.* Qui Catholicam hanc rationem exponit, his verbis: *num. 17. & 18. Ratio qua moti fuerunt Legislatores ad id ſtatuendum, in ſucceſsione, vt aiunt actiua, & non paſsiua fuit, vt à Chriſtianis præſertim hominibus peccandi cum meretricibus effrenatam libidinem, & appetentiam, adeò pernitioſam & periculoſam cohiberent: & ideò ſtatuentes cum ſummopere abhorrent filios ex dãnato, & illicito congreſſu progenitos, multa in eorum odium voluerunt decernere, quo magis homines ab huiuſmodi turpi, inhoneſto, ac indecoro concubitu ſe abſtine-*

rent,

rent, & abſterrerentur, repetit *conſ. 100. ex num. 18.*

176 Secundo ex eo, quod ſicut pater vir tute facultatis in perſona filij ſpurij nõ poteſt maioratum conſtituere, cum incapax abſolutè ſit paternæ ſucceſsionis, ſiue teſtamentariæ, ſiue fideicommiſſariæ, Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 25.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 11. num. 67. & de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. num. 97.* Angel. Matheat. *de fideicomm. lib. 2. cap. 20. n. 21.* Caſtill. *tom. 5. cap. 67. & cap. 110. num. 26.* Molin *de iuſtit. & iur. diſp. 610. num. 4.* Ita non poterit mutare Princeps diſpoſitiones in præiudicium vocatorum legitimorũ, vt admittatur filius illegitimus, ac ſpurius ad ſucceſsionem.

Et quia filius ſpurius de familia non iudicatur, *l. ſi ſpurius, vnde cognati*, Bartul. *l. pronuntiatio, §. familiæ, num. 1. de verbor. ſign.* Caſtill. *tom. 5. cap. 82. n. fin.* Giurb. *ad ſtatut. Meſan. cap. 10 gloſſ. 9. num. 9.* Paleot. *de noth. & ſpur. cap. 39. num. 24.* Roxas *de ſucceſſion. cap. 15.* Doctiſs. Dom. ac Sapient. D. Ferdin. Pizarr. *viror. illuſtr. en el diſcurſ. legal. fol. 3. lit.* K. Lupo *de illegitim. comment. 1. §. 5. num. 164.* Matienç. *l. 6. titul. 8. lib. 5. gloſſ. 4. num. 1.* Domin. D. Ioan. de Solorçan. *de Gubern. Indiar. lib. 2. cap. 17. num. 6.* congerit innumeros ſumma notitia, D. Petr. Noguer. *tom. 1. allegat. 9. num. 21.*

Ex quo Petr. Gregor. *de Republic. lib. 7. cap 8. num. 3* periculoſas eſſe nothorum, & ſpuriorum ſucceſsiones notat. Qui ad noſtrũ caſum non cõtemnenda verba refert, *num. 12.* ex quibus hanc à Principe tenendam reſolutionem credo, vt in præiudicium legitimorum ſpurios legitimare non poſsit, nec debeat, ſiue ius quæſitum ſit ſucceſſori, ſiue non, quia ius quod ſufficiens non iudicatur ad hoc vt in fauorem vnius de familia diſponere poſsit Princeps, ſufficiens eſt ad excluſionem illegitimi, cum & ſi certæ perſonæ nõ ſit quæſitum verum ius; familiæ quæſitum eſt ex iure naturæ, cum ſemper familiæ conſeruatio, ob quam bono publico conſultum eſt per conſtitutionẽ maioratus in vnoquoque de familia exiſtat, quod ſufficiens erit ad hoc, vt exterus extantibus legitimis admitti non poſsit. Audi Petr. Gregor. *Sed cõſideremus vltra, nothorum admiſsionem repugnare ſucceſsioni Regnorum, quæ deferuntur exiſtentibus ex ſtirpe Regia proximiori: Nemo autem dixerit ſpurios ex concubinis genitos eſſe ex ſtirpe Regia, aut ex genere Regio; & niſi ſint ex legitimis vxoribus nati, vt dicebat Dares Phrygius in exordio libri de Bello Troiano: Neque aſſertio paterna facere poteſt, quod nõ eſt, & facit quidem, vt aſſertus ſpurius dicatur alicuius; ſed non facit, vt aſſertio ſpurij ſit filiatio legitima, vnde, & aſſerti dicuntur, non legitimi, ſed legitimati. Neque Princeps poteſt mutare, quæ ſunt iuris gẽtium, aut iuris diuini, & proinde facere non poteſt, vt coniunctio illegitima cõtra rationabilem hominum coniunctionẽ, quàm nos matrimonium, inquit Vlpianus, appellamus, legitima dicatur; nam hoc non pendet à lege humana poſitiua, quam mutare poteſt Princeps, ſed ex Dei, & naturæ præceptis. Dixit enim Deus, Non mœchaberis: non erit ſcortor de filijs Iſrael, non meretrix. Neque inter Chriſtianos cõcubinatus, aut naturales liberi diſtinguntur à vetita venere, omnis quidem coniunctio extra matrimonij fœdus, damnata à Deo in Euangelio eſt, & continetur ſub illa prohibitione non mœchaberis: neque in poteſtate Principum eſſe ea non dicuntur, quibus boni mores, & quod æquum, & iuſtum eſt repugnant.*

L. 4. Cap. 25. d. tit. 14. lib. 3.



En la misma conformidad, y con las mismas penas procederàn contra los que huuieren plantado, ò plantaren viñas sin nuestra licencia, y facultad, desde cinco de Março del año passado de mil y seiscientos y treinta y tres, por auer crecido en quãto a esto el exceſſo demasiadamẽte en perjuizio dela labor y cria del ganado: Y man damos a los del nuestro Cõsejo tengã particular atẽcion en cõceder las dichas licẽcias, y facultades.

SVMMARIVM.

1 *Terræ vinearum feraces laudantur ex Coripo.*

2 *De vinearum cultura plantatione, & necessitate scripsit D Ioan. de Solorçan.*

3 *Princeps an possit prohibere plantatione vinearum ob pascuorum conseruationem, num. 4. referuntur DD. tenentes, quod sic.*

5 *Vinearum cura, quare commendata Principi ex D. Ambros. & num. 6. ex Platon.*

7 Nueuos diezmos, *an dicantur debiti ex prædio nouiter ad culturam redacto, si antea ex eo non soluebatur decima.*

8 *L. 6. tit. 15. lib. 1. refertur, & DD. in ea Scribentes, remissiue, & 21.*

9 *Decima debetur iure diuino, quoad congruum, quota verò à iure positiuo.*

10 *Consuetudo attenditur in causa decimarum.*

11 *Decima præscribi potest, taliter vt ex aliquibus fructibus nõ debeatur.*

12 *Index laicus in causa decimali competens est, dum de facto tantũ quæritur.*

13 *Decima non debetur ex prædio ad culturam redacto, si ante culturam non debeatur, quia decimandi ius reale est, & 36. Contrarium tenetur, & ex quibus, num. 18. 19. & 20.*

14 *Cap. quid per nouale 21. de verb. sign. refertur.*

15 *Priuilegium non decimandi, è noua libus extenditur ad prædia nouiter culta, & 17.*

LAudat, & meritò Coripus, *lib. 3. n.* 1
3. Prouincias vinearum feraces.

——— *Dulcia Bachi.*
Muneraque serepta ferax, quæ Gaza crearat
Ascalon, & lætis dederat, quæ Græca Colonis.
Quæve antiqua Tyros, quæ fertilis Aphrica mittit,
Quæ Meroæ, quæ Memphis habet, quæ candida Cypros,
Quæque ferunt veteres maturo robore vites;
Quas manibus proprijs Itachus planta uit Vlysses.

Cum magnopere habita semper fuerit terra vinorum abundans. Plura cõgerere possem, circa vini qualitates, ac naturam, quæ omito, vide ex Virgil. Hesiod. Hom. Plin. & alijs Demster. ad Rosin. *lib. 2. Paralip. ad cap.* 11. Natal Comes *in Mytholog.*

De

2 De vinearum cultura, plantatione, vtilitate, neceſsitate, ac prohibitione, tàm a tempore Romanorum, quàm noſtrorum regum, aliarumque prouinciarum plura commemorat doctiſs. D. Ioan. de Solorçan. *de Gubern. Ind. lib. 2. cap. 7. ex num. 47.* vbi vide. Et ex quo deducere poteris, quàm plures cauſæ ex quibus vinearum plantatio potuit prohiberi.

3 Ad nos verò tantum ſpectat ſcire, an valeat induci cauſa conſeruationis paſcuorum. Hanc quæſtionem defendit Marc. Ant. Surgens *Neapol. illuſtr. lib. 1. cap. 24. num. 16.* qui tenet, poſſe Reges, ac etiam debere conſtituere, vt paſcua ad culturam reducantur intra certum tempus, & è contra.

4 Domin. Præſ. Couarruu. illam tenet reſolutionem, *cap. 37. variar. num. 4.* quod Princeps poterit ratione conſeruationis paſcuorum prohibere nouellare, quem ſequitur D. Ioan. de Solorçan. *de Gubern. Ind. lib. 1. cap. 7. numer. 59.*

An poterit vaſſallus Syluam extirpare, & vineam plantare, abſque domini conſenſu ex Pariſ. de Pateo, tenet quod non Randel. *de Paſc. 4. part. de paſc. ſingul. cap. 1 fol. 230.* Capiblanc. *de Varonib. prægm. 11.*

Rationes huius prohibitiones latè adducit Solorçan. *d. cap. 7. ex num. 61. cũ ſeqq.* Adde Guillelm. Hamner *in Geneſ. fol. 70.* Similem diſpoſitionẽ Galli canam, refert Renat. Chopin. *de priuileg. ruſtic. lib. 2. cap. 7. num. 4. ad fin.*

Apud Nauarros etiã prohibita eſt vinearum plantatio, abſque iudiciali permiſſu, *l. 26. §. vnic. tit. 14. lib. 1. Recop. Nauarr.*

5 Sed vndè hæc cura Principi, tàm commendato, ex eo quod boni Principis eſt prius attendere pro ea, quæ vtilia ſunt, quàm quæ voluntaria. Paſcuorum conſeruatio, ac agrorum ſemper ſumma fuit: ideò poſtpoſita vinearum cultura pro illorum conſeruatione proſpiciendum. Audi D. Ambroſ. *lib. de Noe, & Arca, cap. 29. Quid eſt, quod iuſtus primum vineam plantat, & non aut triticum, aut hordeum? Vnde autem vinea poſt diluuium corruptionẽque terræ? Sed de hoc ſupra diximus, quia veris tempore, etiam corruptarum radices vitium pullulare potuerunt, vnde & illud maiori ſolicitudini ſoluendum arbitror, quia iuſtus prius quæ voluptaria, quã quæ neceſſaria ſunt requirit. Neceſſarij enim fructus ſunt tritici, & hordei, ſine quibus non poſſumus viuere: vinum autem voluptarium, & cauſa delectationis datum.*

Ex quo olim voluptaria, ac damnata vini potatio fuit, vt ex Locrenſibus, ac Maſilienſibus ex lege Zeleuci, notat Atheneus, & ſic ſuadet ſuo Principi Plato de legib. *Neque ciuitati alicui opus erit multis vitibus. Quum enim illa, quæ ad agricolationem, & quotidianum vſum pertinent ordinata ſunt, multò magis quæ ad vinum pertinent conuenit eſſe ordinatiſsima, & pauciſsima.* Quia fœda, ac barbara iudicatur compotandi inordinata conſuetudo, proueniens ex inordinata vinearum abundantia, reiecta ab omni benè ordinata Reſpublica Suidas. *Tres ſolum cyathos miſceo prudentibus. Quem primum bibunt ſanitatis cauſa eſt. Secundus verò, amoris, & voluptatis. Tertius, ſomni cauſa, quem vbi biberint prudentes appellati domi ſe conferunt. Quartus verò, Cyathus non eſt cenſendus noſter eſſe, ſed ignominiæ.* Quæ cõ ſuetudo deducta fuit ex Anacharſi Philoſopho, vt Laert. *Hic dixit vitem tres ferre vbas. Primam voluptatis: Secũdam, ebrietatis: Tertiam, trictitiæ.* 6

Hanc conſuetudinem, ſeu temperantiam ſeruatam a Carolo Magno, refert Abb. Vſpergenſ. & ab Auguſt. *Suet. in eum.* Contrarium barbariem, inquit, Hamner *in Geneſim*, ex moribus Germanorum, Scytharum, & Perſarum, *fol. 71.*

Sed cum noſtri Reges Catholici, hæc cognita habeant, magnamque vtilitatem proueniẽtem ex cultura, agrorumque ſeminatione, rectè conſtituerunt in noſtra lege, vt abſque regia facultate vinearum nouellatio, ſeu plantatio fieri non poſsit.

His

7 His autem ſic dictis, remiſſaque hac quæſtione ad Doctores Scribentes circa prohibitionem vinearum. Scire deſcendit, an ſi per Regium placitum liberum eſt, ac conceſſum alicui, vt paſcua ad culturam reducantur, ex quibus decima non ſoluebatur ante culturam, an poſt debeantur, vel ſic prędia ſemper immunia ſint, vt *nouos diezmos*, hi cenſeantur ad hoc, vt locus ſit diſpoſitioni *l.6.tit.5.lib.1.*

8 De materia *d.l.6.* videndi ſunt Azened. *in ea*, Couarruu. *lib.1. variar. cap.17.* Ioan. Gutierr. *lib.1. practic. quæſt.17.& 18.* Auend. *cap.1. præt. part.1. numer.32.* Bobadill. *lib.2. Politic. cap.18. num.148.* Valenç. *conſ.146. ex numer.52.* D. Ioan. de Solorçan. *de Gubernat. Indiar. lib.3. cap.21. num.6.& 7.* D Frā ciſc. Salg. *de Supplicat. ad Sātiſs. part.2. cap.17. num.32.* Graſſal. *de effect. Cleric. effect.1. num.291.* Carleb. *de iudic. diſp. 2. quæſt.2. num.311.* Barboſ. *l. Titia, numer.48. ſolut. matrim.*

9 Et antequam ad diſputationem deueniamus, notandum eſt, quod cum decimæ quoad congruam à iure diuino debeantur, quota verò à iure poſitiuo ſit, Couarruu. *lib.1. cap.17. num.2.3.& 4.* Gutierr. *Canonic quæſt. lib.2. cap.21. num.7.8.& 9.* Læſius *de iuſtit. & iur. lib.2. cap.39. dub.1. num.4.5.& 6.* Barboſ. *cap. Parrochianos 14. numer.4. de decim. & tract. de iur. Eccleſ. lib.3. cap.26. in initio, num.6.& 7.& §.3. numer.64. & de poteſtat. Epiſcop. part.1. tit.1. cap.6. numer.26.* Caſtill. *de tertijs, cap.10. numer.7.9. & 10.* Valençuel. *conſil.114. numer.5. & ſequentibus, & conſil.146. num.5.* Squilant. *de priuileg. Cleric. cap.3. num.5.* Villalob. *in Summ. tractat.33. difficult.1. num.7. & 6.* Machad. *Perfect. Cõfeſſ. lib.2. part.4. tract.10. Docum.1.* poſt hæc ſcripta, Ioan. Franciſc. Anſald. *de iuriſdict. part.2. tit.4. cap.1. e. num.1.*

10 In id autem, quod à iure poſitiuo eſt, ad hoc vt decima, vel non ſoluatur, vel minus ſoluatur locum eſſe conſuetudini tenuerunt, *cap. cum homines 18. de decim.* & ibi Anton. de Butr. & Barboſ. *num.3.* Couarruu. *d. cap.17. numer.2.* Rebuf. *de decim. quæſt.13. num.46.& 54.* Monet. *eod. tractat. cap.5. num.87.* Gutierr. *practic. lib.1. quæſt.19. num.3. & Canonic. lib.1. cap.21. num.32.* Cened. *collectan. ad Decretal. collectan.66. num.4.* Suar. *de religion. tom.1. tract.2. lib.1. cap.12.* Caſtill. *de tertijs, cap.13. num.28.* Mantic. *deciſ.341. numer.2.* Franch. *deciſ.124. num.3.* Valenç. *conſ.114. num.12.* Villalob. *d. difficult.1. numer.6.* Machad. *d. part.4. tract.11. Document.2.& 3.* Ioan. Franciſc. Anſald. *d. tit.4. cap.4.*

Huius conſuetudinis virtute, Paul. de Caſtr. *conſil.17. lib.2.* tenuit poſſe præſcribi, vt de certis fructibus, ac ex paſcuis præcipuè decima non ſoluatur, quæ ſequuntur Couarruu. *d. cap.17. num.3.* Gutierr. *Canonic. lib.2. cap.21. num.4.* Rebuff. *de decim. quæſt.13. num.46.* Monet. *eod. tractat. cap.5. num.92.* Azor *Inſtit. Moral. part.1. lib.7. cap.37. quæſt.2.* Auguſtin. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.3. cap.26.& §.3. num.65.* Otero *de Paſc. cap.55. num.2.& 9.* Valenç. *conſil.146. num.10.* Doctiſsim. D. Ioan. de Solorçan. *de Gubernat. Indiar. lib.3 capit.21.* Vazq. *opuſc. de benefic. cap.1. §. vnic. dub.7.* 11

Ex hinc deſcendit noſtræ quæſtionis reſolutio, ſi enim ex paſcuis decima non debetur, quia legitimè decimandi ius præſcriptum extat, ex tali prædio, taliter, quod ſi decima peteretur poſsit conuentus tueri auxilio, *d.l.6. tit.5. lib.1.* cum competens iudex ſit laicus in cauſa decimali, dum de facto tantum agitur exequiturque diſpoſitio *d.l.6.* vt Doctores adducti, numer. 8. probantque Grat. *diſceptat. capit.238. numer.10.* Gutierrez *practicar. lib.3. quæſt.29. numer.2.* Scacc. *de re iudicat. gloſſ.7. quæſt.3. limitation.5. numer.42.* Auguſtin. Barboſ. *capit. tua 25. de decim. num.2.& tractat. de iur. Eccleſ. lib.3. cap.26. §.4. num.1.* Andr. Gail. *lib.1. obſeruat.38. num.8.* Grauat. ad Veſtr. *in prax. lib.5. cap.1. numer.6.* Bobadill. *lib.2. Politic. cap.18. numer.145.* Theſ. *deciſ.82.* Ceuall. *cognit.* 12

nit. ad toll. vim. part. 2. quæſt. 4. numer. 4. Carraſc. *ad ll. Recopilat. capit. 6. §.* 2. *numer.* 10. Caſtill. *de Tertijs Cap.* 12. *numer.* 42. Leon *deciſ. Valent.* 208. Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 89. Ioan. Franciſc. Anſald. *d. tit.* 4. *cap.* 5.

13 Idem videtur dicendum poſtquam paſcua ad culturam redacta ſunt, cum eadem qualitas non decimandi cum prædio tranſeat: nec cultura mutari poterit illud ius reale non decimandi competens ipſo prædio ſicuti decima debetur poſtquam paſcua culta ſunt, ſi antea ſoluebatur, *capit. commiſſum, de decim.* Ruin. *conſil.* 163. *ex numer.* 15. *lib.* 5. vbi videndus Auguſtin. Barboſ. & ab eo adducti Valençuel. *conſil.* 33. *numer.* 51. D. Ioan. del Caſtill. *tom.* 7. *capit.* 15. *ex numer.* 3. Salgad. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *numer.* 143. & 144.

14 Ex textu vero *in capit. quid per nouale* 21. *de verber. ſignificat. cap. fin. de priuileg.* & ibi Abb. & *conſil.* 71. videbatur dicendum, è paſcuis ad culturam redactis non deberi decimam in noſtro caſu. Nam ibi cauetur, quod tunc noualia cenſenda ſunt prædia dum non extat memoria, quod culta fuerint.

